Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1ª
Estante -
Plúteo 2 6

39.1
6
3

DIVI CLEMENTIS

opera quæ ad hunc vsque diem extare comperta sunt. cuius D. Paulus ad Philippenses scribens meminit, [redacted] Rufino Torano Aquileiense interprete.

Accesserunt Canones Apostolorum per eundem Clementem in vnum cogesti, vnà cum interpretatione Gregorii Haloandri & veteri editione.

Adiecimus insuper selectissimas uetustissimorum præsulum, non minus doctrina & eruditione quàm morum sanctimonia insignium epistolas ad fidem ueterum exemplarium Victorinorum restitutas. Lege si libet ὁ θρησκειομάσιξ & fateberis non nudiustertius natas cæremonias, sed iam inde ab Apostolis ad nos usque per manus deuenisse.

Versa pagella elenchum operum complectitur.

Apud Hugonem & hæredes
Aemonis à porta.

1544

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS EORVM QVAE PRAETER RE-cognitionum libros D.Clementis, & Canones Apostolorum & quinque eiusdem epistolas hoc ope-re continentur.

Aegyptiorum pontificum Epistolæ II. Pag.120.I. 123.C
Alexandri III
Anacleti III
Antheri I
Athanasij I
Carthaginensis Concilij I
Clementis V
Damasi VI 126.G. 127.C.& M. 130.D.132.G.M
Euaristi II
Eusebij III
Eusebij mediolanensis episcopi
Eutychiani I
Felicis I
Flauiani I
Hieronymi I
Hygini Epist. II
Innocentij III
Liberij II
Leonis XCV
Marcelli I
Marcellini II
Marci I
Mileuitani Concilij I
Pontiani I
Quinque Episcoporum I
Rauennij aliorumq; episcoporum
Soteri I
Stephani I
Victoris I
Vrbani I
Xisti I
Zephyrini I

Concilium Nicenum
Constantinopolitanum
Ephesinum
Chalcedonense.

De primitiua Ecclesia,& synodo Nicena.
Martiani Imperatoris edictum in confirmatione Concilij Chalcedonensis.
Constantini Imperatoris confessio.
Valentiniani & Martiani Impp,sanctio contra Euticianos hæreticos.
Eiusdem Martiani alia sanctio contra eosdem hæreticos
Synodus Romana sub Damaso Papa.
Cœlestini Papæ decreta.
Quod omnes de filio dei,& spiritu sancto,& de vnitate trinitatis male sentiẽtes, similes sint Iudæis: & de vnitate trinitatis.

91.B
134.C.135.k.138.I
122.F.125.H
141.& sequent.
115.H
14.A
121.B
135.D
95.G
137.H
161.C
92.E
127.H
93.A
94.G
90.E
92.I
103.L
105.I
106.E
109.A
100.G
112.D
99.G
112.G
113.C
126.L
139.D
129.k

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, eidémque illustrissimo principi ac domino D. Bernardo Episcopo Tridentino, Io. Sichardus S. D.

VELLEM equidem Reuerend.in CHRISTO pater,idemq; illustrissime Princeps,tam esset mihi facile virtutes tuas prædicare,quàm id tu es prolixe meritus diuinis tuis non modo erga me beneficiis, verumetiam ab vniuerso hominum genere,dum videlicet hoc tanto tibi studio sumis, vt sis & ipse præter vulgarem ordinis tui captũ haud mediocriter doctus, & literas in capitis iampridem discrimen vocatas, quantum ab vno præstari potest, latissime propages. Si enim meritis ascendimus cœlum,& hæc reliqua est,vt ille dicit, via ad diuinos honores,tuuare mortales, quid supereſt quin te indigitemus? Meruit enĩ Hercules ille ἀλεξίκακον nescio ob quæ domita monstra,immortalem nominis sui gloriam. Hippocrati vero latum est tanquam præsenti deo,ob vnum atque alterum quibus opem contra vulgatam iam tum contagionis luem tulit.Tuum vero quale dicam nunc factum,si cum his cõferatur? aut quem animum erga honestiora ingenia? dum perpetuas illas curas,quibus die noctuq; ob rerum administrationem distineris,posthabes etiam literarum causæ,agisq; vt non solum optimi quiq; autores deterso situ in lucem vindicentur, verum vis hoc tibi deberi, vis hanc tibi esse famam superstitem,vt vnus tu & esse & dici merearis,cuius commendatione,opera, autoritate,in eum postliminio locum literæ restituantur, vnde quorundam improbitate, non dico quanto rerum publicarum etiam detrimento,deciderunt. Incredibile enim dictu est, quàm mihi profuerint literæ R. P. T. quas ne quidem per summam impudentiam optare in animum induxissem,nisi hoc tu tibi,tanquam debitum officij tui pensum,sponte poposcisses, vt tua interesse existimares,ne,quod in te esset,diutius iacerent recta studia.Tuis ergo adeoq; illustrissimi principis Ferdinandi auspiciis egressus,non pœnitendam bonorum,eorumq; vetustissimorum autorum copiam mecum tanquam ex diutino venatu,retuli,quos nunc de integro hoc maiore doctissimorum quorumq; expectatione parturio ,quo magis illi præter opinionem contigerunt.Cui enim,ita comparatis hominum moribus,tale quicquam in mentem venire,hoc præsertim tempore potuit? vbi eò temeritatis quorundam furor progressus est,vt remediis quidem quoquo pacto opus sit,nondum tamen satis adpareat ratio,qua inueterato iam morbo, atque ob id tenaciori occurramus. Mihi sanè videntur hi rectissime ad recuperandam Germaniæ tranquillitatem ingredi, qui eos maxime in medium proponunt libros,tanquam publicos fontes,vnde hauriant vel adolescentes sanioris mentis initia,postquam de quibusdam iam natu grandioribus desperatum est.Quamobrem multum omnino, ac nescio an nõ totum quod vel animo consequi possumus melioris spei, situm mihi videtur in ætate etiamdum tenera,quæ in fatalia quædam huius temporis scripta imprudens, tanquã tempestate aliqua ad scopulos,delata est, ad quos ne conseneſcat, ex bonorum autorum editione pendet.Sunt enim plerique nostratiũ,quibus saltem mica ingenij est, ita alioqui affecti erga studia,vt nõ ita magno negotio opus esse videatur ad abolendas quorundã nænias,quarũ videmus vbiq; nunc gentiũ tantam oriri nauseã, vt præter paucos quosdã, eosq; indoctos legere nemo sustineat.Quemadmodum ergo literarum casus,veluti Cæcias quispiam nubes, traxit secum omnium honestarum artium si non stragem, at certe concussionem, ita in possessionem dignitatis restitutis literis,constantius, equiusq; se habitura sunt omnia,quibus in medio vitæ vsuq; communi viuitur,præsertim ad coruos quibusdam relegatis, qui vt felicius infantiã suã palliarent,promiscuæq; plebi se insinuarent,id nobis calamitatis in literas inuexerunt,vt potius contempsisse quàm ignorasse viderentur.Nimius sum,fateor:at quis non præ indignitate rei totus in lachrymas solueretur? postquam videt non modo nullis in eos qui malum hoc orbi conciliant,animaduerti Senatusconsultis, quod decebat fieri acerbissimis,sed ociose etiam atq; delicate,ob illa scilicet in remp. Christianam benefacta, nepotari. Vtinam hoc moribus nostris aliquando recipiatur, vt & ingeniorum curam saltem subciſiuam ad se putent pertinere qui publicæ saluti præsunt,eoq; nomine rerump. clauos tenent. Si enim Crassus censor officio suo non putauit indignum, imperitos quosdam rhetoras cogere in ordinem,atque interdicere professionis munere,quod parum hoc scite administrarent: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

philoſophis,quod nouam quandam ociandi rationem prætextu philoſophiæ introducerent, ſi non modo ciuitatis ius,ſed & Italia tota adempta eſt: quid demum de his noſtratibus futurum fuiſſe putamus,ſi ex inſperato,tanquam propitius aliquis Iupiter,Craſſus quidam appareat,qui autoritatis ſuæ gladium in eos diſtringat? quibus ludus eſt ſanctiſſima quæq; ſtudia lancinaſſe,atque illotis pedibus conculcaſſe,verum hoc inſuper agunt,ne quicquam ſit vſquã gentium rerum,quod vel acumen reſipiat aliquod,vel non prophanæ etiam turbæ ſit obuiũ. Hæc adeo cauſa eſt cur mathemata etiam vulgo rideantur, tanquam ſuperuacaneum ſit in ea id temporis locare,quod nolimus velimus cogimur parentes viui videntesq; aſpicere palàm inſumi in aleam,& quædam non paulo his etiam deteriora. Eloquentiam putant eam ſatis eſſe Chriſtiano,quæ vtcunque poſſit adumbrare rem quam animo conceperis. At non vident,vt vel hoc tantulum aſſequamur,opus eſſe longiuſculo tempore,ne obſcuri ſimus,& demus ſine mente ſonum , vt elegantiſſimus poëta dicit . Vt enim in Theologo ſummam eloquentiam anxiè non requiro,ſi deſit, quam tamen ſim in lucro habiturus ſi adſit, ita mediocrem cum dignitate coniunctam omnino neceſſariam duxerim : eſt enim omnino etiam in ſacris ſuus eloquentiæ locus,eſt ſua admiratio . Veluti in matrona aliqua honeſtiore , laudes ornatum eum qui aut ſine impenſiore ſumptu paretur, aut non abhorreat à perſonæ decoro, ita ſordes oderis,vt etiam omnibus ſit numeris alioqui in ſuo genere abſoluta. Aut dicãt mihi iſti barbariei patroni, quid calũniatus eſt in louiniano Hieronymus maiore apparatu , atque contentione,ipſoq; adeo libri ingreſſu,quàm orationem male ſibi cohærentem , ridiculũ quendam tumorem, atque demum ſpurcitiem ? vt non ſcriptorem , ſed ἀωγματιςὼ vocet. An nõ maximi vt quiſq; precij habetur in re theologica,ita eloquentiæ fuit ſtudioſiſſimus? vt nunc Tertullianum,Lactantium,Cyprianum,atque denique ipſum quem iam nunc adornamus Victorinum Afrum taceam. Eſt autem quicquam Auguſtino,Ambroſio purius? quorum oratio tantum abeſt à barbarie,quantum eſt eorum inquinatior, qui hodie & nomen & lucellum ex literarum oppugnatione quærunt. Adde etiam ſi libet, quod diuus Aurelius Auguſtinus de rhetoricis & dialecticis integros libros conſcripſit, qui licet vulgo non extent, dabimus tamen operam vt propediem in manus hominum veniant . Quantus vero theologus? Denique vt ſemel finiamus, nullum hominum genus diutius florem eloquentiæ tenuit ipſis Theologis. Cœperunt enim iam tum cadere cauſa iureconſulti,cum & Cicero in foro verſaretur. Medici autem adeo dedicerunt latine,vt poſt Plinium,quod ſaltem ſciam,nihil in hoc genere fermè ſcriptum ſit tolerabili eloquentia . Ob id pro virili cuique pro ſe annitendum cenſeo,cui vel leuiter ille publicus rerum hominumq; ſtatus doleat , vt quemadmodum noſtra tempeſtate ferè opicos aliquò videmus progreſſos in artis ſuæ myſteriis quò ſuperior illa ætas aſpirare nequiuit,ſic nos quoque nihil de induſtria remittamus , vt ſi ad eum quem à maioribus accepimus cumulum nihil accedat , ſaltem à Gotthorum incurſione aſſeratur . Id quo minus faciamus nihil cauſæ eſt,quandoquidẽ argumentis iam aliquod deprehenſum eſt, nec ingenia noſtris deeſſe,nec ad quorum imitationem excitẽtur. Siquidem inter Germaniæ principes,quod nobis bene vertat, nec ferè eſt quiſquam paulò cordatior, qui non inter puratos illos aliquid etiam loci relinquat liberalius eruditis. De R. P. T. vero quid dicam? cuius mihi aula vſqueadeo nihil aulici viſa eſt præ ſe ferre, vt in academia quadam me verſari exiſtimarem,quando in congreſſibus,quod nõ raro fiebat,mentio eſſet vel de literis , vel adminiſtratione rerum orta. Licuit ergo omnino conſtantiſſimo illo vitę tenore philoſophum, mundiciæ principem , parſimonia Epiſcopum agnoſcere, in cuius aula veluti equo Troiano incluſi eſſent tot literarum proceres,apud quos cum ſemel atque iterum de communibus rebus inſtitutus ſermo,fortè Clementis memini,cuius ego editionẽ iam tum parabam . Et quia non obſcure præ ſe R. P. T. viſa eſt ferre incredibilem quendam erga bonos autores amorẽ, & eiuſmodi erat voluntatis tuæ erga me propenſio,vt vitam etiã debere me tibi ingenue faterer,cœpi conſilium,vt vel parti beneficiorum tuorum quà poſſem reſponderem, inſcribendi tibi Clementem,quem etiamdum à prælo madentem R. P. T. dedico,vt vel ſic à quibuſdã huius ætatis vituperatoribus in tuto ſit. Nec enim me mouit illa pluſquam decantata vbique de apocryphis ſententia,quæ ſi ſunt abiicienda,Tertuliano carebimus , Euſebij magna parte, Lactantio. Quid multis? ægre quiſquam paulo vetuſtior locum ſuum tuebitur , quippe quorũ plerique ſynodos illas præceſſerint,quibus veluti cancellis quibuſdam circũſcripta fuit Chriſtianiſmi profeſſio. Mirum ergo videri debet,ſi à vetuſtioribus illis quid ſit variatum, & cœperint legi priuatim,id eſt,fieri apocrypha,quæ paulò ante publice legebantur ? Vt vero interim di-

rim dicam quod ſentio,nondum ſatis mecum conſtitui, quid illa veterum autorum cenſurâ ſibi velit,quæ diſtin.xv.cap. Sancta Ro. habetur, vt omittam quod quædam iſthic ex diametro inter ſe pugnant. Clementis vero dum octo facit libros,& capitum meminit,niſi me animus fallit,quinquaginta,quæ ſint pro autenticis (ſic enim loquitur) recepta , non poteſt mihi non præbere neſcio cuius monſtri ſuſpicionem,vel hoc nomine maxime, quod quæ hodie in vetuſtiſ. bibliothecis ſuperſunt exemplaria,quorum duo omnino licuit per ſeſquimeſtrem illam excurſionem videre , vnum Baſileæ , quo ſumus vſi commodato, alterum Schonaugiæ, nec vllas habebant capitum ſectiones, & in X. Clemens ipſe libros totum volumen digeſſerat,id quod ex fine tertij libri facile eſt videre . Sed hoc quicquid eſt rei , iudicandum aliis in medio relinquam,ſi hoc vnum addidero,mihi alioqui non tam ſuperſtitioſe naſuto , nec videri veriſimile Rufinum virum,ne quid addam præterea magnum,potuiſſe adduci, vt Latio donaret librũ,quem vidiſſet parum dextre ab eruditioribus accipi , aut cui dignitatis ſuæ ratio non iam ante conſtaret. Et quęſo quî fieret vt Origenem, Xiſtum philoſophum, Euſebium Cæſarieñ. Gregorium Nazanzenum,Baſilium Magnum,Pamphilum martyrem , Euagrium, rei theologicæ,quod in confeſſo eſt , facile principes , ex Græcis verteret, hic vero tanquam ſui oblitus,imperare ſibi potuerit,vt tot lucubrationum gloriam,iſtius verſionis veluti tenebris obſcuraret,& tanquam malus poëta vno actu,eoq; poſtremo totam fabulam dehoneſtaret? Quod ergo huius loci eſt,nihil ſanè reſtat, quod quenquam torqueat illa quorundam nõ Ariſtarchorum,ſed Phalaridum exactior quàm verior cenſura,dummodo conſtet Euſebium illum quædã ex his Recognitionũ libris non modo mutuatum,verum quod parũ etiam attẽtis apparet, ad verbum quædam deſcripſiſſe in lib. de Euang. præp. ſexto. Cæterum cum iam editionẽ cogitaremus Clementis noſtri , fortefortuna incidimus in epiſtolas quaſdam , quæ neſcias plus habeant eruditionis an pietatis,eas quoniam argumento noſtro magnopere cõuenirent,nec ante typis excuſæ eſſent,curauimus vt vnà formis deſcriberẽtur. In quibus quia non pauca erant,quæ magno temporum interuallo eſſent remotiora , ſcholiis ſiquando vſus videbatur,atque argumentis illuſtrauimus , quas R. P. T. non enim occurrit alius cui potius inſcribi debeant,nuncupatim dedico conſecroq;. Quo enim munere apud R. P. T. maiorem me gratiam initurum confiderem,non erat,quàm ſi librum doctiſs. eumq; vetuſtiſs. ei potiſſimum conſecrarem,qui non modo ſingulari eſt præditus pietate , verum elegantiore literatura tanta,quanta vel in eius generis hominibus deſiderari poteſt maxima, qui omnem ætatem in literis conſumpſerunt. Bene valeat R. P. T. quam nobis communibusq; ſtudiis Chriſtus quamdiutiſſime ſeruet incolumem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM MEmorabilium vtriusque partis, tam Clemētis quām Epistolarum.

Aaronis officium. 130.L
Abilius Episcopus 103.E
Abraham astrologus. 5.K
Abraham totum mundum ab interitu vindicauit 5.K
Abraham ex ordine stellarum, conditorem earum agnouit Ibidem.
Absolutionum viæ discendæ 25.H
Accusatoribus quibus non credendum. 90.L
Aduentus domini duplex 7.F.& 9.G
Adulteria licita apud Susides 47.E
Adulterium apud Seres nullum 47.B
Adulteria in elementis 49.M
Adulterium vitandum 65.M
Adulterij variæ species 66.A
Adulteria Iouis 51.F
Aegyptiorum plagę XII. iuxta numerum XII. patriarcharum 6.G
Aegyptiorum sacerdotes animas de inferno educere norunt 2.F
Afflictiones dantur aliquando pro remedio. 26.C
Agricolæ 18.H.I
Alexandri Episcopi lenitas erga Arrium. 103.I
Alexandrina ecclesia secunda sedes à sancto Marco consecrata 82.I.103.E
Alcmæon quid de principiis mundi sentiat. 39.H
Alleluia mentio 127.G
Amazonum mos in congrediendo cum viris 47.F
Ambire episcopatum quale peccatum. 164.M
Amicus fidelis homini quærendus 79.F
Amici semper simul sunt 34.I
Amicitiam dei quomodo adipiscamur 31.G
Anaxagoræ opinio de mundo 39.H
Anaximandri ratio de principiis mundi. Ibidem
Angelum proprium vnaquæque gens habet. 14.M
Angeli deum vident 20.C
Anima Christi 148.G
Animarum quies 7.K.L
Animarum præsides 11.k
Animarum vexatores post mortē exosi sunt deo. 2.G
Animæ per ignem traductæ reparantur. 30.C
Animalia etiam contemptissima à deo creata sunt 42.I
Animus humanus agro neglecto confertur. 32.I.& 75.D
Anses à Mose populo præpositus 6.F
Antherus Episcopus 96.H
Antichristi mentio 23.E.F
Antiochena ecclesia tertia sedes 82.I 103.E
Anubion 54.H
Apes ex putrefactis carnibus bubulis 40.L
Apium ex cornu cerui nascitur 40.L
Apis Aegyptiorum deus 6.C
Apollinaris dogma 178.G.H
Apollinaristæ 105.L
Apollinaristis denegatur testamentum facere 113.F
Apollinaristarum libri prohibentur 113.I
Apollinaristarum tria falsa 252.G
Apostatæ qui. 78.G
Apostolorum opus 14.A
Apostolorum simplex oratio 2.k
Apostoli quare sua in Iudæa vendiderint. 100.G
Appion Plistonicensis
Aqua 54.H
Aqua cum sale 5.D
Aqua corpus diluendum 87.M
Aqua & spiritu omnia constare 33.I
Aqua marina ineffabili prouidentia dei salsa est 41.A
Aram qui primus statuerit dæmonibus. 40.L 5.H
Arabes circuncisionem Iudæorum sunt imitati 43.K
Arbitrium quid 19.G
Arbitrij nostri eligere 19.C.D.20.M
Archiepiscopi 68.E
Arcus in cœlo ex repercussione solis. 42.G
Aromatum flores ex Arabia 1.C
Arrij blasphemia 105.H
Arrius multos sibi adhærentes habuit. 103.L.M
Arrio decē & septem subscripserunt. 104.D.E
Arsacen Persæ habent 7.B
Artium liberalium quis vsus 5.A
Asparagi ex cornu capræ nascuntur 40.L
Astrologi taxantur 46.I
Auaritia sectas inducit 109.D.E
Auaritiæ causa clerici nihil agant 105.E
Augustini laus 139.H
Auxentius Arriani erroris 132.H

Balsamū

B

Balsamum Iudæa mittit 1.C
Baptizandi mos 140.H.I
Baptizati non comedebant cum illotis. 18.B
Baptizati ab hæreticis per manus impositionē reconciliantur ecclesiæ 156.I
Baptizari volentes quid facere debeant. 72.M
Baptizandi tempus 24.D
Baptizati hæreticorum 176.k
Baptismus in locum sacrificiorū cessit 6.G
Baptismus solum Paschæ & Pentecostes die dabatur 143.G.177.B
Baptismus Iudæos male habuit 8.C
Baptismatis mentio 8.M
Baptismus quid prosit 76.B
Baptismum qui cassent 136.D.E
Baptismus pueris necessarius 182.D
Baptismum paruulis quare quidam negarunt dandum 133.M
Baptismus omnibus necessarius 33.F
Bacchi numen 26.F
Barbarę gentes vnde 5.L
Barnabæ oratio ad Romanos de Christo 2.I
Bella ex peccatis 14.D
Bellum verbi dei 13.H.I
Bellorum origo 5.I
Bonitas dei 140.k
Bonus nemo est per seipsum 139.M
Bonum omne à deo 43.G
Bragmannorum innocentia 47.B

C

Caesarea 3.E.F
Cæsaris locum deum obtinere quidam dicunt 30.F
Cæsarem Romani habent 7.B
Calamitates nobis in vindictā datæ sunt. 43.C
Callistrati opinio de principiis mundi 39.H
Canones patrum quando incœperint. 103.A
Carnalis intelligentia corrumpit scripturam. 18.E
Carnes putrefactæ corporis à connexione membrorum viuentium sectione separantur 32.M.75.G
Carnis & sanguinis Christi quomodo participes efficimur. 107.F
Carolus Magnus 99.E
Castimoniæ species 76.F
Catafrigæ rebaptizati sunt 105.E.F
Catechumeni lapsi tribus annis inter audientes verbum collocabantur 105.C
Cham seruorum pater 5.H
Charitas magistra omnium bonorum. 85.F. &.115.H
Chrismate vngebantur reges & prophetæ. 7.C
Christus nunquam abfuit piis 7.H
Christus quomodo carne indutus 107.B
Christus mentem rationalem habuit 152.F
Christi diuinitas 90.H.& 108.D
Christus quomodo à spiritu sancto sit glorificatus 108.E
Christus quare dicatur 7.B
Christus patri æqualis 114.E
Christi fama 2.H
In Christo qui sapientia est patris hostia oblata 6.E
Christum nō credunt Iudæi aduenisse 6.L
[redacted] 12.C
Christiani quib⁹ modis ethnicos vincere debeant 33.M
Christiani à Iudæis quomodo discrepēt 7.H
Christianam ad vitam exhortatio 98.M
Christiani hominis exercitium 69.H.I
Christiani hominis vita describitur 115.C &.118.A
Christiani vnde 95.C
Christianorum patientia 9.k
Christianismi principium est, credere prouidentiam diuinam 26.A
Cibum capit Petrus seorsum à gentibus. 4.D
Cibi abundantia 26.L
Circunciduntur Indi & Aegyptij 5.M
Claues verbi 125.E
Clementis oratio 3.A
Clemens in Iudæam nauigat 3.E.F
Clemens baptizatur à Petro 34.C
Clemens negotium scribēdi suscepit à Petro. 24.M
Clemens matheseos fuit doctus 44.E
Clementis profitio [redacted] 35.A
Clementis duæ editiones [redacted] 1.E
Clementis liber de vero propheta 3.M
Clementis & Barnabæ familiaritas 3.C
Clementem excepit Petrus humane [redacted] 3.G.
Clementem quæ sollicitum tenebant 3.H.I
Clemens exclusus à mensa 17.M
Clerici nullum secularem honorem habeant. 110.L.57.C
Climacterici anni astrologorum 46.E
Climata septem 47.I
Cœlestij varij errores 133.E
Cœli duo 17.I.25.A
Cœlum 5.D
Cœlum quare resoluendum 19.M
Cœlum visibile resoluetur in nouissimo die. 17.k

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cœli & terræ filij 52.G
Cœnæ deorum allegoriæ 53.F
Cœnobia extructa 100.I
Columnæ vitreæ 36.H
Communicent omnes 78.K
Comparatio de duobus regibus 13.A
Comparatio de medico 134.F
Comparatio de radiis ſolaribus & prædicatoribus verbi dei 74.B.C
Compoſitum quid 39.A
Concilium quare habendum ſit 109.E.F
Concilij Epheſini ſymbolum 106.K
[redacted] 149.L
Concilia quo tempore anni ſunt habenda. 104.I
Concilij Niceni ſymbolum 105.G
Concilij Conſtantinopolitani ſymbolum. 106.A
Concilium Chalcedonenſe 109.A
Concilia duo in anno ſint 104.H
Confeſſio vera 66.E
Confeſſio ſecreta & publica 177.B
Confirmationis mentio 76.C
Coniecturæ in rebus diuinis nihil valent. 45.D.E
Coniugium inter aquam & terram eſt. 49.M
Coniugium cum hæreticis fugiendum. 111.D
Coniugia per bella diuiſa, an reſtaurari poſſint 176.G
Coniugia quæ ſint legitima 84.A
Coniurationis crimen vitandum 111.F
Conſcientia arguit delinquentes 79.C
Conſtantini Imperatoris confeſſio 99.G
Conſtantinus permiſit patres conuenire propter hæreſes exortas 103.B
Conſtantinus lepra infectus 100.A
[redacted] 102.D
Conſtantinus licẽtiam dedit prædicãdi Chriſtum 100.H
[redacted] 103.I
Conſtantinus querimoniarum libellos ab epiſcopis allatos exuri iuſſit 103.L
Conſtantinopolis noua Roma 109.G
Conſuetudo 10.F.G
Corporis duæ differentiæ 39.F
Corporis & ſanguinis Chriſti myſtica diſtributio 151.L
Corporis humani proportio 41.D
Coruus per os concipit 40.K
Creatorem à creaturis iudicari iniquum eſt. 27.D
Creatoris honor non debet creaturæ deferri. 30.A
Creaturæ ſe ab impijs vlciſcuntur 31.D.E
Crucis inuentio 120.F
Cultor dei verus 23.B
Cupiditas pernicioſiſſimum peccatum 13.G
Cyrilli ſynodicæ epiſtolæ 110.C

D

Daemones miniſtri pœnarum 27.F
Dæmones exhorreſcunt vere credẽtes 28.B
Dæmones, quos inhabitent 26.G
Dæmones corporibus humanis quare immergantur 26.H
Dæmones quomodo expellantur ab hominibus 26.k
Dæmones ad diſcendum veloces 27.A.B
Dæmones quare in mundum miſſi Ibidẽ.D
Dæmones inſidiantur affectioni noſtræ erga deum 12.C.D
Dæmonibus certa ratione aliquid permittitur in homines Ibidem.E
Dæmon poteſtatem aduerſum nos non habet niſi velimus 28.C
Dæmones quare pios affligant. 12.E
Dæmonum præſtigiæ 26.M
Damaſi de Chriſto catholica ſententia 126.I
Democritus ideas finxit principia rerum. 39.I
Dentes molares qui 41.E
Detrahere, quale peccatum 94.B.C
Dei cultus 26.B
Dei imaginem colere 30.L
Deus ſpiritu videtur 20.C
Deus pater ſecreti ſacramenti vocabulum eſt. 67.k
Deus quare puniat 48.B
Deus tribus modis quis dicitur 14.M
Deus malorum non eſt autor 31.C
Dei voluntas quare nos latet & quid obſtat 3.I
Ibidem.k
Deo ſimiles erimus, ſi opera eius imitamur. 29.L
Deum infirmum Simon cauillatur 16.A.B
Deum non iraſci quorſum pertineat 54.D
Deorum nomen in ſcriptura 14.L
Diaboli inſidias qui vincant 139.M
Diaconorum officium 24.C.& 65.k
Diaconorum ordo 105.C
Diaconi epiſcoporum oculi 66.F
Diaconi ſeptem in qualibet ciuitate 83.M
Diaconiſſæ 105.F
Diaconiſſæ quando debeant ordinari 111.E
Dictamni comam Creta dat 1.C
Dij gentium otioſi 29.M
Dij qui vocati 14.L

Dij Aegy-

Dij Aegyptiorum, Apis, Hircus, Gattæ, Ibis, Serpens, Piſcis, Cæpæ, Cloacę, Crepitus ventris. 30.G
Dilectio commendatur. 117.E
Dilectionis dei & mortis collatio. 67.M
Diluuium quare factum. 5.G.43.F
Diodorus amere dixit initium rerum. 39.H.I
Dionyſius à Titanis diſcerptus. 51.E
Dioſcuri error. 171.A
Diſcendum eſt ordine. 19.A
Diſcentibus primo imperitia ſua eſt agnoſcenda. 18.K.L
Diſputatio de Ieſu ex ſcriptura ſit. 9.F
Diſputatio apoſtolorum. 8.C
Diſputationum fructus. 133.K
Diſputationis modus. 44.H.I
Diſputationes apud vulgum modicam vtilitatem habent. 38.E
Diſſenſiones cauendæ. 89.E
Diuinis de rebus loqui humanis coniecturis friuolum eſt. 54.G
Diuitiæ iniuſtæ abiiciendæ. 96.D
Dora oppidum. 25.C
Doritheus derogauit Simoni. 11.F
eius mors. G
Doſitheus & Simon autores ſectæ Sadducæorum. 8.A

E

EBionitarum hæreſis. 90.C
Eccleſiæ miniſteria à Petro diſponuntur. 34.C
Eccleſiarum res quò debeant inſumi. 94.K
Eccleſiæ ſtatus naui magnę ſimilis. 66.H.77.L
Eccleſiæ miniſtri nullis negotiis ſeſe immiſceant, niſi pupillorum & orphanorũ. 100.L
Eccleſiæ bona diripere quale peccatũ. 79.G.H
Elias Hieroſolymorum epiſcopus. 104.K
Epheſini concilij decreta. 108.B
Epheſini concilij improbatio. 151.H.I
Epicuri ſententia de principiis mundi. 39.H
Epicureorum commenta. 38.G
Epiſcoporum vox in ſubſcriptione. 111.M
Epiſcopi pigri ſimiles ſunt meretricibus. 130.H
Epiſcopis non eſt tacendum. 31.F
Epiſcopi non temere reprehendendi, niſi in fide errauerint. 69.M
Epiſcopi electioni magna cura adhibenda eſt. 166.F
Epiſcopi diſpenſatores fuerunt rerum communium. 94.K
Epiſcoporum accuſatio difficile admittitur. 85.G.H
Epiſcopi è ſedibus ſuis pulſi. 93.K
Epiſcopis eccleſiarum tantummodo cura demandatur. 65.K
Epiſcoporum iniuria ad Chriſtũ pertinet. 85.E
Epiſcopi & boni mariti collatio. 85.B
Epiſcopis veris nemo reſiſtat. 67.B
Epiſcopi electio conſenſu & clericorum, & ciuium fiat. 180.L
Epiſcoporum inauguratio. 104.G.H
Epiſcopi quales eſſe debeant. 24.C
Epiſtolæ cõmendatitiæ quib⁹ ſint dandæ. 111.C
Error omnis vnde originem habeat. 26.E
Errorum fontes tres. 48.C
Euangelium colonus cordis noſtri eſt. 32.I
Euchariſtiæ mentio. 8.M.87.K
Euchariſtiæ ſumptio. 78.K
Eudoxiani qui. 105.L
Eufemia martyr. 109.B
Eunomiani dicuntur Anomiani. 105.L
Euſebius tranſlatus Alexandriam. 96.K
Euſebius Cæſarienſis. 103.G
Eutices Apollinariſtas ſecutus eſt. 112.k
Euticetis error. 110.D.145.G.148.E
Excommunicatio. 89.C
Excommunicati ſunt Epiſcopi eccleſiã ſuam deſerentes. 105.D
Excommunicati cur vitentur. 67.C
Excommunicati ab aliis ad communionẽ non recipiantur. 104.H

F

FAbas obtulerunt. 99.C
Felix Epheſum tranſlatus. 96.K
Feſti dies gentilium. 26.E.31.K
Feſta martyrum quare inſtituta. 177.A
Fides dæmones fugat. 26.I.K
Fidei Chriſtianæ compendium. 36.M.67.F
Fidei ſimplicitas laudatur. 103.M
Fidelis dæmonibus imperat. 28.C
Filij diaboli. 95.H
Filiorum [redacted] 139.
Filiorum impiorum nulla voluptas. 120.B
Flagitia Iouis. 51.D
Fontes. 5.E
Fontiniani. 105.L
Fridericus tertius. 99.E
Fumus nunquam eſt ſine igne. 18.L.M

G

GAllinæ nonnunquam vento concipiũt, interdum etiam puluere. 40.K
Gamaliel quare apud ſuos manere voluerit, q̃ aperte cum Apoſtolis ſentire. 9.D
Gamaliel clanculum fauit Apoſtolis. 9.B
Garizim mons. 8.D
Gelonum populus. 47.D
Genealogia deorum gentilium. 50.M & ſeq.
Geneſis quid. 38.C
Genij. 11.K
Genethliacorum vanitas de aſpectibus. 46.L

Gentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentes vocatæ in locum Iudæorum. 6.K
Geometræ principia rerũ definiunt fines. 39.I
Gethonum castellum. 3.F
Gigantes. 5.F
Gladius Matthæi.10. 13.E
Gladij nomine quid intelligatur. 13.H.I.33.A
Gloria patri,quare Psalmis adiunctum. 127.F
Gratia male intellecta à Pelagio. 138.D
Gratia origo meritorum est. 181.M
Gythorũ vicus patria Simonis magi. 11.A

H

HAeresis auxilium dei negans. 136.B
Hæreses variæ. 110.A.B
Hæreses de luce inaccessibili. 84.D
Hæreses pullulantes nõ sunt negligendę. 124.F
Hæretici extra solium Romanum expelluntur. 112.M
Hæresium origo. 171.L
Hæretici quomodo conuertendi 181.L
Hæreticæ insaniæ exordiũ, disputatio publica de rebus diuinis. 112.F
Hæretici pœnitentes non solũ vera affirment, sed suos etiam errores confiteantur. 106.I
Hæreticos pius magistratus nõ ferat. 153.A
Hæretici quomodo suscipiendi. 116.K
Hebræorum genus ab Abrahamo. 5.I
Hebræorum munus proprium gentib. factum commune. 25.I
Heliesdros filius Abrahæ. 5.L
Hierophantæ. 2.F
Hierosolymis nulla sedes. 103.F
Hilarij fuga ne hæreticis subscriberet. 152.I
Homicidij tria genera. 69.H
Homo mendax describitur. 118.G.H
Hominum duo ordines. 22.H
Hominum transformatio. 52.A
[redacted] 49.C
Hominis causa omnia creata sunt. 33.D
Hospitalitas Tripolitarum. 25.D
Humilitas Christi nostra nobilitas est. 98.G
Hyænæ mutant sexum. 40.K

I

IAcob. 5.M
Iacobi tres fuerunt. 8.G
Iacobus episcopus à Christo ordinatus. 6.M
Iacobus de gradibus præcipitatur. 9.K
Iacobus claudicat altero pede. 10.A
Ianua prima ad agnitionem dei. 42.E
Idola proprie & eorum cultus. 27.G
Idolorum primi cultores. 5.H
Idola colentes exanima, sunt idolis stupidiores. 29.I.K
Idolorum cultus ex dæmonibus venit. 27.F
Iecur in homine. 41.E
Ieiunium ante baptismum. 37.H
Ignis & cupiditatis collatio. 27.M & seq.
Ignis à Persis colitur. 27.k
Ignem colere docuit Nemroth. 5.H
Ignorantia mater oĩm malorum. 26.A.28.L
Ignorantia non excusabit in die iudicij. 30.D
Ignorantiæ præsumptio, scientia resecanda est. 28.M
Ignorantia quid. 73.D
Ignorantia dæmon pessimus. 13.C
Ignorantur quædam ab hominibus cum laude. 41.I
Imago dei multarum virtutum admonere debet. 79.C
Imago Petri. 100.C.D
Imaginem dei colere vere quid. 30.L
Imaginem dei violare quid. 30.M
Imbres calidi pestilentes sunt. 40.H
Immensum quid. 39.B
Immensus vnus. 18.H
Immortalitatis cupido. 2.C
Impudicitia pœnam non effugiet. 37.k
Indorum quorundam crudelitas erga hospites. 47.B.C
Inferorum fabulæ. 2.E
Infidelium damnatio in hoc seculo. 32.C
Infirmis cœna dñica ministrabatur. 105.B
Infirmorum cura habenda. 66.G
Ingratus homo. 118.I.K
Intestina quare humida. 41.F
Inuidere fidelibus sacerdotibus pessimum malum. 87.H.I
Inuidia Iudæorum erga Christum. 29.H
Inuidiam ex iustitia ortam contemnunt verbi dei præcones. 67.A
Inuidia omnibus modis declinanda. 34.E.F
Ioannis locus.1.Ioan.5.Qui natus est ex deo,nõ peccat,declaratur. 138.F
Ioannes euangeliũ suũ Ephesi scripsit. 103.F.G
Ioses cognominatus est Barnabas. 94.I
Ira domini iusta in filios. 16.G
Ira non semper mala. 54.D
Iracundia Petri. 21.F.G.
Iracundia iusta. 32.k
Iracundia necessaria. 75.E
Isaac. 5.M
Ismaël. 5.M
Iudæi à Christianis in quo dissentiant. 7.H
Iudas quare à consortio discipulorum non sit eiectus. 133.B
Iudices xij. cuiusq; prouinciæ. 79.H
Iudicia domini. 85.I
Iudicia nostra ne sint præcipitata. Ibidem
Iudicia sacerdotum sint matura. 145.A
Iupiter vnde dictus sit. 52.I
Iuste viuẽtes ppter solum deũ saluantur. 49.E
Iustitia

Iustitia dei quærenda. 21.D
Iustus Noë iustus erat. 5.G
Iustus deus etiam si corrigit. 16.G
Iuuenalis hæretici malitia. 159.G.H

L

LAici in episcopos eliguntur. 85.B
Laici episcopos non accusent. 115.A
Lepores mutant sexum. 40.k
Lex dei sine magistro nõ facile intelligit. 16.D
Lex & gratia distinguenda. 138.B
Lex,transgressionis gratia posita est. 137.L
Lex viuendi à deo data est post diluuiũ. 26.E
Lex domini quo legenda cum fructu. 77.A
Legẽ Iudæorũ admittit Simon magus. 14.G.H
Legis perfectio pax est. 14.D
Liberius episcopus Romanus. 122.F
Liberum arbitrium. 73.E
[redacted] 134.I
Liberum arbitrium Adam perdidit. Ibid.K
Liberis multa vitia corporis hæreditaria à parentibus. 46.A
Liberum arbitrium definitur. 19.G
Liberij arbitrij vis sine gratia nulla est. 133.H
Liberi arbitrij locus insignis. 27.F
[redacted] 135.F.139.L
Libertas arbitrij insita per spiritum. 47.H
Libertas vera vnde. 133.G
Librorum incensio. 120.k
Linguæ malum. 96.B
Lucæ locus,cap.1.Zachariã ambulasse in omnibus iustificationibus,decla. 138.E
Luna mulier. 11.B
Lunam vocauit sapientiam Simon. 11.H
Lunæ vtilitas. 42.M
Lux. 5.D

M

MAcedonianorum hæresis. 126.L
Magia quid possit. 11.D
Magica in mare proiicit Simon. 23.K
Magicæ illusiones vnde natæ. 27.G.H
Magusæi. 47.C
Maiorũ instituta quatenus sunt imitanda. 31.I
Malefici iubentur à Cæsare perimi. 54.M
Mala præterita boni consulenda. 23.M
Malos cur deus durare patiatur. 22.C
Malus apud deum qui. 22.H
Malum esse negant Hebræi. 18.M
Malum bono tanquam ex fœdere coniugali adhæret. 43.H
Mammona quid. 29.A
Mamillæ mulierum. 41.G
Manichæorum error. 151.I
Manuum impositio. 24.B.120.G.177.I
Marcelliani. 105.L
Marcionis insania. 178.H.I
Marcus euangelista Alexandrinam gubernauit ecclesiam. 177.G
Mare. 5.E
Martiani Imperatoris edictum. 112.D
Matrices ecclesiarum. 94.I
Matrimonium Persæ cum matribus, sororibus & filiabus contrahunt. 47.C
Materia. 39.G
Lucæ.10.locus,Pax huic domui.&c.decla. 13.F
Matth.10.locus,Non veni mittere pacem,declaratur. 13.F
Matth.7.locus,de digno in ciuitate quærendo declaratur. 10.H.I
Masculofœmina. 51.A
Melchisedech mensæ dominicæ protulit sacramentum. 138.L
Memoriam ordo iuuat. 4.K
Mendaces. 97.D
Mendicantes interrogandi sunt quam ob causam mendicent. 35.F
Mendicare nemo debet, nisi membro aliquo debilitatus. Ibidem.
Mens pura colit deum. 26.B
Mentiendum non est in gratiã proximi. 21.M
Menstruatæ ne miscearis. 33.H.I
Mercedis spe labores huius vitæ nobis Christus edulcat. 13.G
Metus fidei coniunctus. 46.D
Mileuitanum concilium. 140.A
Milites Christi certamen palam facient. 78.E
Minerua Athenæ dicta propter immortalitatem. 52.K
Miracula Simonis magi. 12.A
Miracula Mosis & Magorum. 22.L
Missæ celebrãdæ solũ in loco episcopali. 74.D
Missæ sacrificium. 57.A
Missarum abusus quomodo irrepserit. 177.L
Molares dentes. 41.E
Monachi à prædicatione verbi dei abarcentur. 169.G
Monachi Palæstini hæresi infecti. 165.I
Monachorum olim episcopi curam habuerunt. 110.K
Monachi quales olim. Ibid.M
Monasteria extructa. 100.I
Morbi aliquando pro remedio inferunt. 26.C
Mortem deus non fecit. 97.E
Mortem sibi inferentes, inferni pœnas subibunt. 35.F.G
Moses & Iacob typũ Christi tulerunt. 29.F
Moses deus Pharaonis. 14.L
Motus in duas partes diuiditur. 19.H
Mundi principiorum opiniones variæ. 39.H.I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mundus nobis pro hospitio est,nō domo. 45.L
Murmuratio nihil prodest. 97.E
Mustella per aurem generat. 40.K

N

NArdi spicarum seges ex India. 1.C
Natiuitates duæ hominum. 45.K
Naturam carnis in se Christus accepit. 98.F
Natura hominis capax boni. 45.M
Naturæ duæ in Christo. 98.H
Naufragium mulierculæ. 35.I
Nectarius episcopus. 105.K
Negligentia nouerca eruditionis. 78.F
Negligentes in ministerio dñi culpantur. 125.L
Nemroth primus rex Babyloniorum. 5.H
Nemroth Græci Ninum vocant. 27.K
Neophytus nō mox in episcopū assumat. 104.F
Nestorij error Ephesi exclusus. 112.I
Nestorij blasphemia. 178.G
Niceni concilij acta combusta sunt. 120.M
Niceni concilij canones. 219.E
Niceni concilij causa. 103.G
Niceta & Aquila. 36.K
Nilus Aegyptum inundat. 40.H
Niniue ciuitas vnde nominata. 27.K
Noë iustus homo. 5.G
Nomen dei. 67.I
Nomina regum apud diuersas gentes. 7.B
Nouatiani in cleros assumuntur. 104.K
Numidiæ concilium contra Pelagianos. 135.I
Nuptias facit venus. 50.B

O

OCulum eruere quid sit. 37.I
Oleo in baptismo vsi sunt in primitiua ecclesia. 24.D
Opera misericordiæ requiruntur. 88.I
Opera deus nō respicit,sed cor hominis. 88.H
Operum bonorum præparatio. 181.M
Opera tū sunt bona si fiūt vt deus præcepit. 33.F
Opera Christianorum. 33.H
Operum hic locus. 70.E.136.D
Operandum dum in vita sumus. 119.K
Opificium dei. 40.D
Orare stantes. 105.F.G
Orationem quidā inutilem esse dixerūt. 133.K
Orationum vis. 89.B
Oratio Petri. 25.M
Oratio apostolorum simplex. 2.K
Orationes bella sedant. 116.D
Orationis sacrificium. 138.F
Oratio omnibus necessaria. 138.G
Ordo memoriam iuuat. 4.K
Ordo prædicandi discendus. 25.H
Ordine omnia sunt facienda. 20.H
Ordine discendum. 19.A
Ordines duo inter discipulos domini. 130.I
Ordo sit in ecclesia. 181.D
Origenis error de anima. 148.F
Ossa in corpore humano sunt p colūnis. 41.D

P

PAphnutius episcopus Aegypti. 104.C
Paradisus. 5.E.F
Paralyticus à Petro sanatur. 36.D
Parentes aut vxores non facile relinquendi sunt causa euangelij. 24.K
Parentes diligendi qua de causa. 33.B
Parentes ministri ad vitam,non autores. 75.K
Parentū reuerētia inutilis qū lædit fides. 106.G
Paria mundi decem. 22.L.23.C
Paria decem totius mūdi collata inter se. 23.F
Parmenides terrā dicit principiū rerum. 39.I
Parsimonia Petri. 35.L
Pastor perfidus [illegible] 78.F
Patientia dei malos expectat. [illegible] 31.E
Patientia commendatur. 124.k.L
Patientia opus in colluctationibus cum aduersariis. 126.C
Patientia Christianorum. 9.k
Patientia dei prolixa. 54.E
Patientia pestifera. 175.A
Patriarchæ duodecim [illegible] M
Patriarchæ Christi typum gesserunt. [illegible] L
Pauli epistolæ difficiles sunt intellectu. 79.M
Pauli locus.1.Timo.5. Manus nemini citò imposueris,declaratur. 182.K
Paulinianistæ rebaptizati sunt. 105.E.F
Paupertas Petri & Andreæ Apostolorū. 34.M
Pax reddita post laborem dulcior est q̄ continuata per ocium. 168.H
Pax odibilis. 130.A
Pacis mater pugna. 13.A
Pax Simoni exosa. 13.E
Peccandi licentiam præbet infidelitas. 28.L
Peccatum vnde. 183.M
Peccatum Sodomiticum. 5.F
Peccatum diluuio vltus est deus. 43.F
Peccati Adæ causā Simō deo imputat. 16.B.C
Peccata nostra perturbant aërem. 42.M
Peccati causa similis est stuppę oblitę pice. 46.C
Peccata parentū filiis quando noceant. 182.B
Peccatis alienis communicare quid. 182.L
Peccatorum prudentia.. 118.G
Pelagij error de libero arbitrio. 133.E
Peregrini fouendi. 66.G
Persæ incesta vitant. 47.B
Persæ ignem colebant. 27.k
Persecutionis tempore episcopi non fugiant de ciuitate in ciuitatem. 105.D
Petri nomen vnde. 65.D
Petri humanitas. 3.G.20.E

Petri eruditio. 38.H
Petri paupertas. 34.M
Petri parsimonia. 34.L
Petri miracula. 17.M
Petrus Romam translatus. 96.K
Petrus & Paulus sub Nerone passi sunt. 103.D
Petrus seorsim à gentib.comedebat. 4.D
Petrus congressurus cū Simone orat. 12.G
Phariſæorum schisma. 8.B
Philosophus ad fidē cōuertit à simplici. 104.B
Philosophiæ studia perdiscenda sunt ad refutandos hæreticos. 37.C
Philosophorum & Christi inter præcepta quid interſit. 54.C
Philosophorum ridiculæ argutiæ. 2.L
Philosophorum labor. 2.C.D
Philosophi taxantur. 44.K
Phrenetici. 17.E
Piis Christus nunquam defuit. 7.k
Piorum afflictio argumento est aliam esse vitam post hanc. 21.E
Plato de mundi factura. 40.D
Plagę decem. 6.A
Plagæ piorum in Christum recidunt. 115.B
Pluuia ex æquo fruges & lolium nutrit. 21.C
Pluuias nullas cur Aegyptus habeat. 40.H
Pluuiæ rāræ ad axem meridianum quare sint. 40.H
Pneumatomachi qui. 105.L
Pœnitentia simulata Simonis magi. 21.M
Pœnitentia trium aut septem aut decem annorum. 105.A
Pœnitentiæ fructus obseruandi. Ibidem
Pœnitentes benigne suscipiendi sunt. 163.C
Pœnitentiæ modus lapsis cōstitutus est. 104.L
Pœnitentiæ forma. 100.D
Prædicatoribus velut agricolis nonnulla semina pereunt. 18.H.I
Præcepta decem. 6.B
Presbyterorum officium. 24.C.65.M
Principes gentium tanquam dij adorati. 5.I.& appellati. 15.A
Principes creaturis omnibus statuit deus. 7.A
Princeps huius mundi adultero similis. 45.E
Prodigia an ex deo aut secus veniant, cognoscendi amussis. 23.E
Promissiones terrenas an Christus promiserit. 8.I.k
Prophetabat nemo sine vnguento. 7.E
Prophetam non facit consequentia. 14.B
Prophetiæ vnde probentur. 7.G.44.I
Prudentia humana cæcutit in rebus diuinis. 44.H
Psallendi mos nullus tempore Damasi in ecclesia Romana. 127.D
Pseudoprophetæ à diabolo. 28.D
Pseudoprophetæ ad tentationem mittuntur. 15.F
Pudicitia carent Mesopotamiæ mulieres. 47.k
Pudicitiæ exemplū in matre Clementis. 35.H.
Pugna mater pacis. 13.A
Purgatorij mentio. 7.L
Pulcherrimæ Augustæ cōstantia in fide. 157.A
Pyrrhoniorum secta. 38.L
Pythagoræ sententia de principiis mūdi. 39.H
Pythones diuinatorij spiritus. 27.A

Q

QVæstio,quare pij cum impiis aliquando affligantur. 43.B
Quæstio, cur deus non perimat falsos deos colentes. 31.B
Quæstio,an deus malorum sit author. Ibid.C
Quæstiones indisciplinatæ. 139.E
Quæstio,an passiones istæ,nempe seipsum occidere, cadere in rabiem & in fœdos actus &c. etiam accidant his qui deum colant. 23.B
Quæstio, quomodo iustum videtur à parentibus separari. 32.M & seq.
Quæstiones vanæ & inutiles vitandæ. 41.H & 70.E
Quæstio,baptismus aquæ quid conferat ad cultum dei. 33.F
Quæstio, quid peccauerint Aegyptij si Mosi non credidissent. 23.A
Quæstio,cur satan factus,& vnde. 44.A
Quæstio, an episcopi de ciuitate ad ciuitatem transire possint. 96.k.L

R

RAnæ præferendæ diis gentium. 30.A
Rebaptizati quomodo suscipiendi. 176.I
Recognitionum libri. 24.M
Reges vngebantur apud Iudæos & prophetæ 7.C
Regis boni officium. 115.M
Regum nomina apud diuersas gentes. 7.C
Regna duo. 73.H
Religio vera in quibus sit sita. 5.B.31.L.M
Religionem veram suscipientibus misericordes simus. 72.L
Religionis summa. 5.B
Religionis mysteria post baptismum docentur. 37.K
Religioni impij ærumnas suas adscribūt. 35.D
Resurrectionem mortuorum Sadducæi negant. 8.A
Romana ecclesia primam sedem habet. 82.I & 103.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

S

Sabbatum Iudæorum. 47.M
Sabelliani. 105.L
Sabellij error. 126.L
Sacerdos virginẽ in vxorem ducat. 182.M
Sacerdotum Capitolij crudele consiliũ. 100.A
Sacerdotum vitia qũo corrigenda. 180.C
Sacrificium deo gratum. 129.H
Sacrificium salutare, in mandatis dei ambulare. 95.K.L
Sadducæorum schisma. 8.A
Sadducæorum principes. Ibidem
Saluabuntur voluntatem dei facientes. 25.K
Samaræum schisma. Ibidem
Sancti homines, impiorum dij. 15.A
Sanguinis gustatio. 5.G
Sapientia carnis. 95.D
Satan omnia non potest. 44.B
Satanæ propria. 96.I
Saturnus humidus. 50.B
Saturnus Rheam duxit. 51.B
Scarabęi ex fimo boum nascuntur. 40.L
Scorpius ex ocimo nascitur. 40.L
Scriptura pro cuiusq; studio vel clara, vel obscura est. 13.D
Scriptura cœno carnalis intelligentię corrumpitur. 18.E
Scripturæ lectio frequens omnẽ hæresim deuitat. 173.A
Scripturas diuinas nullus intelliget sine spiritu sancto. 12.k.L
Seculares qui appellentur. 90.D
Seditio in ecclesia ab hæreticis facta multos pios perdidit. 179.G.H
Seditionum incentores coërcendi sunt. 178.C
Seditiosorum clamor. 9.I
Semen ex medullis. 41.C
Senum officium. 53.K
Sensus præscientiæ sextus. 16.L
Sepulchrum Indorum ignis. 47.G.H
Sepulchra duorum fratrum albescentia. 9.L
Sepulchra illorũ qui fulmine interierant. 27.I
Sepulchrum Mosi ignoratur. 6.F
Sepultura Medorum sunt canes. 47.G
Seres populi innocentes. 43.D & 47.B
Serpens quare condemnatus sit comedere terram. 30.C
Serpens damnatur, quia decepit Euam & deos nominauit primus. 15.D
Serpentum venena carminibus mitigantur. 43.K
Seruitutis conditio. 5.G.H
Signa facta à malo nihil prosunt. 23.D
Signa diaboli qualia. Ibidem.F
Silentium studiis sacrum. 10.H
Simon Chananæus. 8.H
Simon & Dositheus principes Sadducæorum 8.A
Simon magus Petro certamẽ denunciat. 10.B
Simonis magi descriptio. 10.L
Simonis miracula. 12.A
Simonis magi fuga. 25.F.55.B
Simon Stantem se voluit nominari. 11.B
Simon magus ejectus Antiochia. 56.D
Simon magus. 11.A
Simon orator. 10.L
Simonis adsertio de multis diis. 14.G
Simon mentitur se ex virgine natum. 11.L.M
Simplex quid.
Solis cursus. 39.A
Sororem suam in vxorem duxit Iupiter. 42.M & seq.
Sortionem deum fingit Simon. 51.D
Spiritus sanctus à patre & filio. 14.I
Spiritus immundi cur occupent hoĩes. 107.L
Spiritu & aqua omnia constare. 18.A
Splen purgat sanguinis sordes. 41.A
Spyridion Cyprius episcopus. 41.E
Summa silentio honorari volunt. 104.C
Susidiæ mulieres. 4.I
Symbolum apostolorum. 47.E
Syluester summus pontifex. 67.H
Syluester cum clericis suis in cauernis ppter imminentem persecutionem latitat. 99.H
Synodi duæ in anno habendæ. 100.B 180.M

T

Talpæ ex terra originem trahunt. 40.L
Templa ambitiosa cœpta construi. 6.F
Tenebræ. 5.D
Terra. 5.E
Terra in septuagintaduas partes diuisa est. 14.M
Terra vuluæ habet speciem. 40.M
Terra humorem tanquam vberibus concipit. 40.L
Testa ouorum. 20.A.B
Thales aquam dicit principium rerum. 39.I
Thomas apud Parthos euangelizauit. 48.A
Timor humanus. 48.C
Trinitatis mysterium. 88.E.F
Tumultus species vitanda. 34.H.I

V

Venter artis magister. 45.H
Verbum dei rarius audientes admonendi sunt. 66.F
Verbi dei fructus. 23.G.H
Verbi dei audiendi desiderium deus ipse dat. 25.H
Verbi veritatis ministri, radiis solis similes sunt. 38.E.F

Verbi dei audiendi auiditas. 25.G
Verbi bellum. 13.H
Veritas cum quiete & ordine requirenda. 13.B
Veritas vnde requirenda. 22.I
Veritas ratione non caret. 17.k
Veritate nihil preciosius. 9.D.E
Veritatis agnitio. 29.A
Veritatis patroni non semper obtinent. 10.K
Veritatis cognitio soli comparatur. 46.H
Veritatis verbum diuidit homines. 14.C
Veritatis scientiæ bona vita sequela est. 20.L
Veritati repugnãtia sunt infirma & palam inhonesta. 53.D
Veritatis disputatio difficilis apud plebẽ promiscuam. 18.D
Verum à mendacio quomodo discernatur. 27.B.C
Vespæ ex putrefactis carnibus equinis nascuntur. 40.L
Vestis nuptialis gratiam baptismi significat. 28.E.F
Via. 12.L
Viator. Ibidem
Vicarij Christi sunt sacerdotes. 119.G
Vigilandi consuetudo. 10.F
Viperæ ex cinere oriuntur. 40.L
Virgines oppressæ à barbaris in humilitate viuunt. 183.L.M
Virgines voto adstrictæ perpetuã seruare castitatem non compellebantur. 111.E
Virtus dei non est sub lege. 20.B
Vita militia est. 32.M
Vitam ad æternam sufficiunt ea quæ à Christo tradita sunt. 50.k
Vitia corporis liberis hæreditaria. 46.A
Vitia velut fumus non permittunt nos deum videre. 3.k
Vitia si quis corrigere vult quid obseruare debeat. 6.D
Vmbra nubis quare. 6.C
Vnitas dei. 9.H
Voluntates æternæ filius & spiritus. 4.L
Voluntas dei nos latet multis de causis. 43.I & quid obstat quo minus noscamus. Ibid.K
Voluntatem dei facientes saluabuntur. 25.k
Votum paupertatis vnde. 95.C
Vulua in muliere. 41.F
Vxor petatur à parentibus. 84.A
Vxorem vnam Britanni multi habent. 47.F
Vxor Petri vna in peregrinatione fuit. 36.F
Vxorum multitudo est Parthis. 47.C
Vxores Indorum sponte se offerunt ad incendium. 47.G
Vxoris castitas probatur si ad virum priorem redierit. 176.F

Z

Zachæus ordinatur pastor apud Cæsaream à Petro. 24.A
Zenonis opinio de principiis omnium rerum. 39.I
Zoroastris libri de magia. 27.H
Zoroastres fulmine ictus interiit. Ibidem.I

INDICIS FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A RVFINI TORANI AQVILEIENSIS IN CLE-
mentis vetustissimos atque eruditissimos libros
præfatio, ad GAVDENTIVM
episcopum.

B TIBI quidem Gaudenti nostrorum decus insigne doctorum, tantus ingenii vigor, imò tanta spiritus gratia est, vt si quid à te etiam quotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi, & ad institutionem tradi posteris debeat. Nos tamen quos & ingenii tenuitas minus promptos, & senecta iam tardos reddit ac segnes, opus quod olim venerandæ memoriæ virgo Syluia iniũxerat, vt CLEMENTEM nostræ linguæ redderemus: & tu deinceps iure hæreditario poscebas, licet multas post moras, tandem aliquando restituimus prædam: quam, vt opinor, non paruam, Græco-
C rum bibliothecis ereptam, nostrorum vsibus & vtilitatibus conuectamus, vt quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam & solent suauiora videri peregrina, interdum vero & vtiliora. Denique peregrinum est penè omne quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit. Iudæa balsami lachrymam, Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatum flores, & spicarũ nardi India segetem metit: quæ ad nos etiamsi aliquantulo quàm proprius ager attulit, fractiora perueniunt, odoris tamẽ gratiam, vimq; medendi integram seruant. Suscipe igitur anime mi redeuntem ad
D te CLEMENTEM nostrum: suscipe iam Romanum: nec mireris, si fortè tibi in eo minus solito floridus eloquentiæ vultus appareat. Nihil interest, dummodo sensus idem sapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriam sudore transuehimus, & nescio quàm gratus me ciuium vultus accipiat, magna sibi gratia spolia deferentem, & occultos sapientiæ thesauros nostræ linguæ claue reserantem. Sed votis tuis faueat deus, vt nullus nobis sinister oculus, nec cuiusquam liuidus occurrat aspectus: ne extremo prodigii genere, cum nihil inui-
E deant illi quibus aufertur, liuescant tamẽ isti quibus confertur. Aequum est sanè tibi, qui hæc etiam Græce legeris (ne fortè in aliquibus minus à nobis seruatum translationis ordinem putes) interpretationis nostræ indicare consilium. Puto quod non te lateat, CLEMENTIS huius in Græco eiusdem operis ἀναγνώσεων, hoc est, Recognitionum, duas editiones haberi, & duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diuersa, in multis tamen eiusdem narrationis. Denique pars vltima huius operis, in qua de trãsformatione Simonis refertur.
F in vno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autem & quædam in vtroque corpore de ingenito deo, genitoq; disserta, & de aliis nonnullis, quæ vt nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo ego tãquã quæ supra vires meas essent, aliis reseruare malui, quàm minus plena proferre. In cæteris autem quantum potuimus, operam dedimus, non solum à sententiis, sed ne à sermonibus quidem satis, eloquutionibusq; discedere. Quæ res quamuis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epistolam sanè, in qua idem CLEMENS ad Iacobum fratrem domini scribens,

a de obitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

de obitu nuncians PETRI, & quod se reliquerit successorem cathedræ & doctrinæ suæ: in qua etiam de omni ordine ecclesiastico continetur: ideo nunc huic operi non præmisi, quia & tempore posterior est, & olim à me interpretata atque edita. Sed quod in ea nonnullis fortasse videbitur inconsequens, si hic explanetur, non puto absurdum videri. Quidam enim requirunt, quomodo cum Linus & Cletus in vrbe Roma ante CLEMENTEM hunc fuerint episcopi. Ipse CLEMENS ad Iacobum scribens, sibi dicat à Petro docendi cathedram traditam: cuius rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus & Cletus fuerunt quidem antè CLEMENTEM episcopi in vrbe Roma, sed superstite Petro, videlicet vt illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium. Sicut inuenitur etiam apud Cæsaream fecisse, vbi cum ipse esset præsens, Zachæum tamen à se ordinatum habebat episcopum: & hoc modo vtrunque verum videbitur, vt & illi ante CLEMENTEM numerentur episcopi, & CLEMENS tamen post obitum Petri docẽdi susceperit sedẽ. Sed iam videamus: scribens Iacobo fratri domini, operis sui CLEMENS ipse quod sumat narrationis initium.

Episcopi Apostoli.

RECOGNITIONVM
DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM
Domini, Liber primus, à Rufino Torano Aquileiense è Græco in Latinum versus.

EGO CLEMENS in vrbe Roma natus, ex prima ætate pudicitię studium gessi, dum me animi intentio velut vinculis quibusdam sollicitudinis & mœroris innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio (incertũ sanè vnde initium sumpserit.) Crebrò enim ad memoriã meam conditionẽ mortalitatis adducẽs, simulq; discutiens, Vtrúmne sit mihi aliqua vita post mortem, an nihil omnino postea sim futurus: Si nõ fuerim antè quàm nascerer: vel si nulla prorsus vitæ huius erit post obitum recordatio: & ita immẽsitas temporis cuncta obliuioni, ac silentio dabit, vt nõ solum simus, sed neque quod fuerimus, habeatur in memoria. Sed & illud versabatur in pectore, quando factus sit mundus: aut si omnino factus sit: vel antequam fieret, quid erat: an vero semper fuerit. Nam certum videbatur, quod si esset factus, esset profecto soluendus: & si soluatur, quid iterum erit: nisi fortè obliuio cuncta & silentium teget: aut fortè aliquid erit, quod nunc sentire mortalium non potest mens. Hæc & his similia, nescio vnde, indesinenter animo reuoluens, nimietate mœroris incredibiliter tabescebam. Et quod est grauius, si quando respueram huiusmodi curas, vel vt minus vtiles cogitabam, validiores in me fluctus sollicitudinũ consurgebãt. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quiescere nõ sineret, IMMORTALITATIS CVPIDO. Vt enim post rerum exitus docuit, & gratia dei omnipotentis ostendit, hæc me animi intẽtio ad inquisitionem veritatis, & agnitionem veræ lucis adduxit. Ex quo factum est, vt lugerẽ postmodũ eos, quos prius ignorans, beatos credebam. Igitur cum à prima ætate in huiusmodi animorũ intentione versarer, cupiens aliquid discere, philosophorũ frequentabã scholas, vbi nihil aliud quàm dogmatum adsertiones, & impugnationes, videbam agi sine fine certamina: arte syllogismorũ conclusionumq; agitari versutias. Et si quando quidem obtinebat hic sermo, quod immortalis esset anima, gratulabar: si quãdo vero arguebatur quasi mortalis, cum tristitia discedebam: neutrum tamen in corde meo firmitudinem veritatis tenebat: sed hoc tantum intelligebam, quod sententię ac definitiones rerũ nõ pro natura sui, ac veritate causarum, sed pro ingeniis defendentium, falsæ imaginarẽtur, aut veræ: eoq; magis in profundo pectoris cruciabar, quod neq; aliquid ex his quę dicebantur, tanquã firmum tenere poteram, neq; abiicere desideriũ requirendi: sed quãto magis negligere conabar ac spernere, tanto ardentius, vt suprà dixi, velut cum quadã voluptate latenter inrepens huiusmodi cogitatio, mentem atq; animũ possidebat. Coangustatus igitur inuẽtione rerũ, aiebam apud memetipsum: Quid inaniter laboramus, cum manifestus sit terminus rerũ? Si enim post mortem non ero, nunc superfluò crucior: Si vero erit mihi vita post obitum, seruemus illi vitę sui tẽporis motus, ne fortè his quæ nũc patior aliqua me ibi tristiora excipiant, nisi pie ac sobrie vixero, & secundum nõnullorũ sentẽtias philosophorũ † nigri Phlegetontis fluuio, vel Tartaro, vt Sisyphus & Tityus, sed & Ixion, ac Tantalus æternis inferno suppliciis tradar. Et rursus mihiipsi respondebam, Sed hæc fabulæ sunt: aut si ita est in rebus dubiis, præstat pie viuere. Sed iterum reputabam mecum, quomodo possem sub incerto iustitiæ præmio, à peccati me libidine cõtinere: maxime cum etiam quæ sit ipsa iustitia, quæ deo placeat, apud me habeatur incertum: & neque si immortalis sit anima, ac sit ea quę aliquid sperare possit, agnoscam, neque quid certi futurum sit nouerim: nec tamen quiescere ab huiusmodi cogitationibus possum. Quid igitur agam? hoc faciam: Aegyptum petam, atque ibi Hierophantis vel prophetis qui adytis pręsunt, amicus efficiar, & pecunia ab eis inuitatum magum precabor, vt educat mihi animam de infernis, per eam quam Necromantiam vocant, tanquam de aliquo negotio consulere cupienti. Mihi vero hęc erit consultatio, si immortalis est anima. Probatio autem animę quod immortalis sit, non ex eo quod loquitur erit mihi certa, vel ex eo quod audio, sed ex eo quod video, vt oculis meis cernens eam, certissimam de reliquo immortalitatis eius sentẽtiam teneam. Neque enim vltra poterit veritatem visus, ver-

Immortalitatis cupido optima comes.

† Pyriphlegetontis. Fabulæ de inferis.

Hierophãtę sacerdotes Aegypti.

 borum

Universidad de Deusto
Biblioteca

borum fallacia,& auditio incerta turbare. Veruntamẽ hanc ipſam deliberationem meam re- G
tuli ad quendam familiarem meum philoſophum,qui mihi conſilium dedit,ne hoc facere au
derẽ. Siue enim,inquit,euocanti mago nõ obediat anima,tu poſt hæc tanquã nihil eſſe putans
poſt mortem,deſperabilius viues:quippe qui & inlicita tentaueris. Si vero & aliquid ibi vi-
dere tibiviſus fueris,quę tibi religio?aut quę pietas ex inlicitis tradetur & impiis?Exoſum nã-
que diuinitati huiuſcemodi negocium ferunt,& aduerſari deum his,qui animas poſt abſolu-
tionem corporum vexant. Ego vero his auditis, pigrior quidẽ ſum redditus ad hoc quod pa
rabam,nec tamen vſquequaq; aut deſiderium ponere poteram, aut moleſtiam cogitationis
abiicere. Et ne longa vtar narratione,cum his ego cogitationis meæ æſtibus agitarer, fama
Tiberius Cæſar. quædam ſenſim in imperio Tiberij Cæſaris, initio ex Orientis partibus ſumpto, peruenit ad H
nos,& per ſingula conualeſcens, velut à deo bonus quidam nuncius miſſus, vniuerſum re-
plebat orbem,nec patiebatur diuinam voluntatem ſilentio tegi. Diffundebatur ergo per ſin-
gula loca,adnuncians quod eſſet quidam in Iudæa,qui ſumpto à tempore veris exordio, re-
gnum dei euangelizaret Iudæis, idque percepturos diceret eos,qui mandatorum ſuorum, &
doctrinæ inſtituta ſeruaſſent. Vt autem ſermo eius fide dignus,ac diuinitatis plenus eſſe cre-
deretur,virtutes multas & ſigna ac prodigia mira efficere iuſſione ſola,dicebatur:ita vt tan-
quam à deo poteſtatem habens, ſurdos faceret audire, & cæcos videre, & claudos erigere,
atque omnem infirmitatem,cunctoſq; dæmones ex hominibus effugaret, ſed & oblatos ſibi
mortuos ſuſcitaret,leproſos quoq; eminus videns,curaret:& nihil omnino eſſet,quod ei im-
poſſibile videretur. Hæc & horum ſimilia proceſſu temporis,crebris iam non rumoribus,ſed I
manifeſtis quodammodo aduentantium ex illis partibus nunciis, firmabantur: & ipſa iam
per dies ſingulos rei veritas pateſcebat. Denique in vrbe per loca conuentus fieri, & de hoc
ſermone tractari,atque in admiratione res haberi cœpit: quiſnam is eſſet,qui apparuerit,vel
quid nunciꝫ à deo hominibus detuliſſet: donec ſub eodem anno vir quidam adſtans in vr-
Barnabæ oratio ad populum Romanum. bis loco celeberrimo,proclamaret ad populum, dicens: Audite me ô ciues Romani: filius
dei in partibus adeſt Iudææ, promittens omnibus volentibus audire ſe vitam æternam: ſi
quis tamen ſecundum voluntatem eius,à quo miſſus eſt dei patris,actus ſuos direxerit: pro-
pter quod conuertimini à malis ad bona,& à temporalibus ad æterna. Agnoſcite vnum eſſe
deũ cœli terręq; rectorẽ, in cuius iuſtis aſpectibus,vos iniuſti mundũ eius habitatis. Sed ſi cõ- K
uertimini,& ſecundũ voluntatem eius agitis,ad futurum ſeculum venientes, & æterni effe-
Barnabas quis fuerit. cti,ineffabilibus eius bonis ac præmiis perfruemini. Erat autem vir iſte qui hæc loquebatur
ad populum,ex Orientis partibus natione Hebræus,nomine Barnabas,qui ſe etiam vnum ex
Simplex oratio Apoſtolorũ erat eius diſcipulis eſſe diceret, miſſumq; ad hoc, vt hæc volentibus indicaret. Quibus ego au-
ditis,cum reliqua multitudine ſequi eum cœpi,& audire quę diceret. Intelligebam ſanẽ quod
ſet à filio dei,vel vidiſſet,exponeret. Adſertiones enim ſuas non argumentorum virtute mu
te populo,producebat. Verum quoniam ad ea quæ ſyncere dicebantur, libenter annuere po-
pulus,& amplecti ſermonem ſimplicem cœpit: hi qui ſibi eruditi videbãtur, vel philoſophi, L
ridere hominem, ac ſpernere cœpere, ſyllogiſmorum in eum tendiculas velut validiſſima
arma proferre. At ille interritus,& velut deliramenta argutias eorum ducens,ne reſponſio-
ne quidem dignos eos iudicabat,ſed ea quę propoſuerat exequebatur intrepidus. Deniq; cum
loquenti ei,quidam propoſuiſſet,cur ita factus eſſet culex,vt cum ſit animal exiguum, & ſex
habeat pedes,inſuper ei additæ ſint & alæ:elephantus vero cum ſit immane animal,neque a-
Vide ridiculam argutiam philoſophorum. las habeat,quatuor tantum pedes habeat. Ad hæc ille ne reſpiciens quidem, ſermonem ſuũ,
quem importuna propoſitio interruperat,continuata intentione peragebat: hac ſola admo
nitione per ſingulas quaſque interruptiones addita:Nos eius qui miſit nos verba,factaq; mi- M
rabilia,adnunciare vobis in mandatis habemus, fidemq; eorum quæ dicimus non ex argu-
mentis arte quæſitis,ſed ex vobiſipſis productis teſtibus confirmare. Agnoſco enim plurí-
mos adſtare in medio veſtrum,ex his quos vnà nobiſcum memini audiſſe quæ audiuimus,
& vidiſſe quæ vidimus. Sit autem in veſtra poteſtate vel recipere quæ adnunciamus, vel
ſpernere. Nos enim quod vobis expedire nouimus, tacere non poſſumus: quia nobis,ſi ta-
ceamus, damnum eſt:vobis vero quæ dicimus,ſi non recipiatis,pernicies. Sed & ſtultis pro-
poſitionibus veſtris reſpondere perfacile poſſim, ſi veritatis dicendę cauſa quæreretis,
de culicis dico atque elephantis differentia: ſed nunc de creaturis dicere vobis aliquid, ab-
ſurdum eſt,

A ſurdum eſt,cum à vobis ipſe omniũ creator & cõditor ignoretur. Hęc autem cũ dixiſſet,ve-
lut ex vno cõſenſu,indiſciplinato ore omnes ſimul riſum dedere,incutere ei verecundiã,ac
ſilentium imponere cupientes,barbarumq; & minus ſanę mentis eum adclamantes. Ego ve-
ro cum hæc ita fieri cernerem,zelo quodam neſcio vnde repletus, ac religioſo furore ſuc-
cenſus,ſilere non potui,ſed cum omni libertate proclamans: Rectiſſime,inquam, deus om- Clementis diuino furore ſuccẽſa oratio.
nipotens abſcondit à nobis voluntatem ſuã,quos agnitione ſui præuidit indignos, ſicut ex
his quæ nunc agitis ſanum ſapientibus palam eſt. Nam cum videatis prędicatores voluntа-
tis dei aduenisse,quia nullam ſermo eorum Grãmaticę artis ſcientiam profitetur,ſed ſimpli
cibus & impolitis ſermonibus perferunt ad vos diuina mandata,ita vt omnes qui audiunt,
B ſequi poſſint,& intelligere quæ dicuntur:ridetis ſalutis veſtrę miniſtros,& nuncios ignorã-
tes: quia veſtra,qui vobis periti & eloquentes videmini,condemnatio eſt, quod apud agre-
ſtes & barbaros habetur veritatis agnitio,quæ cum ad vos aduenerit, nec quaſi hoſpita ſu-
ſcipitur:quæ niſi intẽperãtia veſtra & libido obſiſteret,ciuis eſſe & vernacula debuiſſet:vt ex
his arguamini,quod non veritatis amici & philoſophi,ſed iactantiæ ſectatores,& vaniloqui
eſtis:qui veritatem non in ſimplicibus verbis,ſed in verſutis & callidis creditis habitare, &
innumerabilia verborum profertis,vnius verbi nequaquã precio penſitanda. Quid ergo pu
tatis futurũ de vobis vos ô omnis turba Greçorũ,ſi erit iudicium dei ſicut iſte dicit? Sed núc
omittentes ridere in perniciem veſtri virũ hunc,reſpondeat mihi qui vult ex vobis, quoniã
C quidem ſolo latratu veſtro obturbatis etiam eorum aures,qui ſalui eſſe volunt:& mẽtes quæ
ad fidem paratæ ſunt,ad infidelitatis lapſum, veſtris obturbationibus declinatis: quæ vobis
eritꝫ vnquam venia,qui diuinitatis nuncium,promittentem vobis agnitionem dei,ridetis, †inquam
& iniurijs afficitis? quem vtiq; etiam ſi nihil veritatis adferret,pro ipſo tamen benignitatis
erga vos propoſito,gratum acceptumq; habere deberetis. Hæc & his ſimilia cum proſequе-
rer,plurimus adſtantis populi fremitus concitabatur,dum alij velut erga hoſpitem miſera-
tione mouerentur,meumq; ſermonem conſequenter habitum probarent:alij petulantes, & Familiaritas Clemẽtis & Barnabæ.
ſtolidi in mę quoque pariter vt in Barnabam effrenati animi,iracundiam concitarent. Sed
cum ad verſperum iam declinaret dies,apprehenſa Barnabæ dextera,obluctantem licet eũ,
D ad meam tamẽ adduxi domũ, atque ibi manere feci,ne quis fortè ex indocili vulgo iniice-
ret ei manus. Aliquantulis igitur diebus vnà poſiti,diſſerente eo paucis,ſermonem veritatis
libenter audiebam: vrgebat tamen profectionem ſuã,dicens ſe diem feſtum religionis ſuæ,
qui immineret,omnimodis apud Iudæam celebraturum,ibiq; de reliquo cum ſuis ciuibus ac
fratribus permanſurum,euidenter indicans iniuriæ ſe horrore perculſum. Deniq; cum ego
dicerem,tu mihi tantum eius viri,quem apparuiſſe dicis,expone doctrinam,& ego meis ſer
monibus tua dicta componens,omnipotentis dei regnum,iuſtitiamq; prædicabo,& poſt hęc
ſi volueris,etiã nauigabo tecum: valde enim cupio videre Iudęam,vbiſcum fortaſſis perpe-
tuò permanſurus. Ad hęc ille: Tu,inquit,ſi quidem videre vis patriam noſtrã, & diſcere quæ
E deſideras,iam nunc mecum pariter nauiga: ſi vero te aliquid tenet,ſigna tibi habitationis no Barnabas.
ſtræ derelinquã,vt cum venire volueris,inuenire nos facile poſſis: ego enim craſtino ingre-
diar iter. Quem vbi immobilem vidi,deſcendi cum ipſo vſq; ad portum, ac diligẽter ab eo
ſigna quæ dixerat habitationis accepi,dicens ei: Quia niſi aliquantulum pecunię neceſſariò
mihi eſſet à debitoribus repoſcendum,nihil omnino differrem: velociter tamẽ inſequar iter
tutum. Cum hęc dixiſſem,commẽdato eo attentius his qui naui præerant,regreſſus ſum tri-
ſtis. Habebat enim me recordatio cõſuetudinis boni hoſpitis,& optimi amici. Diebus autem
paucis remoratus,& his quę debebantur ex parte aliqua profligatis: plurima enim feſtinandi
ſtudio neglexi,ne à propoſito impedirer: enauigaui continuò in Iudæam,& poſt dies xv. Cæ-
F ſaream Stratonis,quæ eſt Palæſtinæ vrbs maxima, adpulſus ſum. Cũq; naui egreſſus,hoſpitiũ Clemens in Iudæam nauigat.
quærerem,rumore populi comperi, quod PETRVS quidam,illius qui in Iudæa apparuit, &
ſigna multa ac prodigia diuinitus geſta inter homines oſtendit, diſcipulus probatiſſimus,
craſtino cum Simone quodam Samaritano ex caſtello Gethonum, habiturus eſſet verbo-
rum,quæſtionumq; certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonſtrari mihi eius hoſpiti-
um: quod cum reperiſſem, atque ante fores conſtitiſſem, ingerebam ianitori,quiſnam eſ-
ſem, atque vnde aduentarem: & ecce Barnabas procedens, ſtatim vt me vidit, in com-
plexus meos corruit, gaudio lachrymans, atque apprehenſum me manu, introducebat
ad PETRVM. quem cum mihi eminus oſtendiſſet, hic eſt, inquit, PETRVS, quem ti-
bi maximum eſſe in dei ſapientia dicebam: cuique de te rurſus ſine ceſſatione loquutus ſum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ingredere igitur tãquàm bene ei cognitus. Omnia enim quæ in te sunt bona, verissime cõpe- G
rit, & religiosum propositũ diligenter agnouit, ex quo & summo desiderio agitur, videndi
te. Vnde magnũ ei hodie munus meis te manib⁹ offero, simulq; oblato me ait, Hic est CLE
Petrus humaniter excipit Clementem. MENS PETRE. At benignissimus PETRVS audito nomine, adcurrens protinus inhę-
sit oculis meis: & post hęc cũ sedere feciſſet me, ait: Bene feciſti prędicatorẽ veritatis hospi-
tio recipere Barnaban, nihil veritus populi insanientis furorem: beatus eris. Sicut enĩ tu le-
gatũ veritatis omni honore dignũ duxisti, ita te quoq; peregrinantẽ, & hospitẽ, veritas ipsa
suscipiet, & ciuem propriæ vrbis adscribet, & tunc tibi erit gaudium magnum, quod exiguã
nunc impartiens gratiã, æternorum bonorũ hæres scriberis. Nunc ergo ne labores exponę-
re mihi animũ tuum: cuncta enim de te & de moribus tuis Barnabas fideli sermone perdo- H
cuit, quotidie penè & indesinẽter bonorũ tuorum memoriã repetens. Et vt tibi breuiter tã-
quam vnanimi iam amico quod in re est definiã, si nihil est quod te impediat, iter age nobis-
cum, & audi sermonem veritatis, quem habituri sumus per loca singula, vsquequo ad ipsam
nobis perueniendum sit vrbem Romam: & nunc tu si quid desideras, dicito. Cumq; ei expo-
†dilectedeo Quæ Clementẽ sollicitum tenuerunt. illa omnia quæ tibi †domine mi Iacobe in principiis indicaui, vti ne eadem repetã, libenter
promisi, cum ipso me iter acturũ: hoc est enim, aio, quod cupidissime expetebã. Veruntamen
prius mihi cupio rationẽ veritatis exponi, vt sciam, si mortalis, an immortalis est anima: &
si immortalis, vtrũ pro his quę hic agit, ducaẽ ad iudiciũ. Sed & quę sit iustitia, quæ deo pla- I
ceat, scire desidero. Tunc præterea, si factus est mundus, vel quare factus est: aut si soluẽdus,
& an in melius renouãdus: aut si omnino post hęc nõ erit mundus: & ne per singula progre-
diar, hæc atq; horũ similia vt se habeãt, dici mihi velim. Respõdit ad hæc PETRVS: Bre
uiter, inquit, tibi ô CLEMENS rerum scientiã tradam, & ausculta iam nũc. Voluntas & cõ-
silium dei latuit homines multis ex causis. Primo quidem pro institutione mala, pro sodali-
tatibus pessimis, pro cõsuetudine nequã, pro conloquiis nõ bonis, pro præsumptionibus mi-
nus rectis: pro his, inquã, omnibus, primum error is, inde cõtemptus, tum infidelitas & ma-
Vitia velut fumus quidã nõ permittunt nos videre volũtatem dei. litia, auaritia quoq;, & vana iactantia, aliaq; his similia mala, velut fumus quidã immensus, K
vniuersam mundi huius domũ repleuit, & habitãtibus intrinsecus intuendi cõditorem suũ,
aspectum liberũ non dedit, neq; quę ei essent placita peruidendi. Quid igitur his qui sunt in-
trinsecus cõuenit? nisi vt ex intimis pręcordiis clamore prolato, auxiliũ inuocent eius, quẽ
solum domus fumo repleta nõ claudit, & accedens aperiat ianuã domus, quò possit fumus
quidẽ qui intrinsecus habetur, excludi: lux vero solis quę extrinsecus resplẽdet, induci. Hũc
ergo qui ad auxilium domus, caligine ignorãtiæ, & vitiorum fumo repletæ, perquiritur, il-
lum esse dicimus, qui appellatur verus propheta, qui solus in luminare animas hominũ po-
test, ita vt oculis suis, viam salutis euidenter inspiciant. Aliter enim impossibile est, de rebus
diuinis æternisq; cognoscere, nisi quis ab isto vero propheta didicerit: quia sicut ipse paulò
ante memorabas, fides rerum, causarumq; sententiæ, pro ingeniis magis defendentium pon- L
derantur. Vnde & eadem causa nunc iusta, nunc iniusta putatur: & quod modo verum vi-
debatur, alterius adsertione falsum videtur: ista de causa, religionis ac pietatis fides, veri
1. Ioan. 4 Probandi sunt enim spiritus, an ex deo sint. prophetæ præsentiã postulauit, vt ipse nobis diceret de singulis, prout se ipsa veritas habet: &
doceret, quomodo oporteat de singulis credi: & ideo ante omnia fidem prophetæ omni cũ
examinatione oportet probari: quem cum cognoueris esse prophetam, de reliquo cuncta ei
credas, oportet: nec vltra discutere eum per singula quæ docuerit, sed habere firma & san-
cta quæ dicit, quæq; quãuis fide suscipi videantur, antehabita tamen probatione creduntur.
Cum enim semel ex initio prophetæ veritas examinata constiterit, reliqua demum fide au-
†scientiam †sciri dienda sunt & tenenda, qua eum doctorem esse iam constitit. Et sicut certum est, cuncta se- M
cundum veritatis regulam teneri oportere, quæ ad diuinam †sententiam spectant, ita indu-
bitatum est à nullo alio nisi ab ipso solo †scribi posse, quod verum est. Et his dictis, tam mihi
aperte, & tam lucide, quis iste esset propheta, & quomodo inueniretur, exposuit, vt ego mihi
ante oculos habere, & manu contrectare viderer: probationes, quas de prophetica veritate
protulerat, ingentiq; stupore deficerem, quomodo ea quæ omnes quærunt, ante oculos posita
Liber Clementis de vero ꝓpheta nõ extat. nullus videt. Vnde iubente eo, ea quæ ad me loquutus est, in ordinem redigens, librũ de vero
propheta cõscripsi, eumq; de Cæsarea, ad te, ipso iubente, trãsmisi. Dicebat enim mãdatum se
accepisse abs te, vt per singulos annos, si qua essent à se dicta, gestaq;, ad te descripta trãsmit-
teret. Interea initio sermonis sui, quem primo die habuit ad me de vero propheta, & de aliis

plurimis,

A plurimis, cũ me instruxisset plenissime, addidit etiã hæc: Vide, inquit, de reliquo, & interesto
tractatibus meis, quos, si quando necessitas attulerit, habebo cum his qui cõtradicunt: aduer-
sus quos disputans, etiam si fortè inferior visus fuero, nõ verebor, ne fortè tu de his quæ tibi
à me sunt tradita in dubiũ venias: quia etiam si ego visus fuero superari, nõ tamẽ idcirco ea
quæ nobis verus propheta tradidit, infirma videbũtur. Spero tamẽ quod nec in disputatio-
nibus superemur, si modo rationabiles sint auditores & amici veritatis, qui discernere va-
leant vim, speciemq; verborum: & agnoscere, qui sermo ex arte sophistica veniat, non veri-
tatem continens, sed imaginem veritatis: & qui sit, qui simpliciter, ac sine fuco prolatus, om-
nem vim non in specie & ornatu, sed in veritate & ratione possideat.

B Ad hæc ego: Omnipotenti, inquam deo gratias ago, quia vt optaui & desideraui, instru-
ctus sum. Verũtamen de me intantum esse debes securus, quod de his quę didici abs te, in du-
bium venire nõ possim, vt si tuipse velis aliquãdo fidem meam à vero propheta transferre,
omnino nõ possis: quia pleno spiritu hausi, quę tradidisti. Et ne putes magnum tibi me aliquid
polliceri, quod ab hac fide negem me posse transferri: certũ est apud me, quia quicunq; homi
num hanc de vero propheta acceperit rationem, dubitare vltra de veritate nullatenus pote-
rit. Et ideo confido de hoc diuino dogmate cœlitus definito, in quo omnis ars malitiæ supe-
ratur. Aduersus prophetiã etenim neq; ars vlla stare sufficit, neq; sophismatum, syllogismo-
rumq; versutiæ. Sed omnis qui audierit de vero propheta, necesse est vt statim desiderũ ca-
C piat ipsius veritatis, nec vltra sub occasione veri quærendi, diuersos patietur errores. Propter
quod domine mi ô PETRE, nolo sis vltra sollicitus, tanquã de eo qui nescíat, quid accepe-
rit, & quantum sibi cõmissum sit muneris: certus esto quod scienti & intelligenti gratiã con
tulisti, nec facile possum decipi, pro eo quod quæ diu desiderabã, citò videor adeptus. Potest
enim fieri vt alius desiderans citò adipiscatur, alius nec tarde ad desiderata perueniat. Et PE
TRVS, his à me auditis: Gratias ago, inquit, deo meo, & pro salute tua, & pro requie mea:
valde enim delector, quia intellexisse te video, quanta sit virtutis propheticæ magnitudo, &
quia, vt ais, nec si ego ipse cupiam, quod absit, potero te transuertere in aliam fidem, & ex hoc
iam incipe esse nobiscũ, & crastino die interesto disputationibus nostris: erit enim mihi cer-
D tamen contra SIMONEM magum. Cumq; hæc dixisset, secessit vt cibum caperet cum suis, Petrus seorsim à gẽtibus comedebat.
me autem seorsim vesci iussit: & post cibum cum laudem dixisset deo, & gratias egisset, etiã
huius ipsius facti mihi reddidit rationem, & addidit, dicens: Det tibi dominus exæquari no-
biscum in omnibus, vt percepto baptismate possis ad eandem nobiscum conuenire mẽsam:
& his dictis, quiescere me iussit: iam enim somnum natura corporis, & ratio temporis inui-
tabat. Postera vero die matutinus ad nos ingrediebatur Zachæus, & cum salutasset, ait ad
PETRVM: Differt SIMON certaminis diem in vndecimam mẽsis præsentis, quæ est post
septem dies. Tunc enim magis vacuum sibi disceptandi tempus adfirmat. Sed & mihi vi-
detur cõperendinatio eius etiam nobis esse necessaria, vt plures conueniant, qui disputatio-
E nis nostræ vel auditores vel iudices fiant. Veruntamen si probabile tibi videtur, inter moras Legant hoc qui ignauiæ suæ spiritũ prætexunt.
ea, quæ in controuersiam venire posse opinamur, inter nosmetipsos prius discutiamus, vt v-
nusquisq; nostrũm cum quæ proponenda sint, & quæ respondenda, cognouerit, apud semet-
ipsum pertractet, si recte se habeant, aut si inuenire poterit aliquid aduersarius quod obiiciat,
aut quod obiecta frustretur. Si vero ex omni latere, quæ à nobis dicenda sunt, clarueruṫ esse
munita, ita demum confidenter quæstionis ineatur exordium. & quidem mea hæc est senten
tia, quod ante omnia requiri oporteat, quid sit omnium primum, quidve† immaculatũ, quod †imediatũ.
etiam causam esse omnium quæ sunt, docendum est: deinde cuncta quæ sunt, si facta sunt, &
à quo, vel per quem, propter quem, vtrum ab vno, an ex duobus, an à multis accepere substan
F tiam: & vtrum ex nullis substantibus, an ex aliquibus sumpta sint, & adornata, tum si aliqua
virtus est in altissimis, aut in inferis: Si est, quid melius est omnibus, aut cunctis inferius: Si
sint aliqui motus, aut nulli: si hæc quæ videnter erant semper, & erunt: Si extitere nullo ope-
rante, & nullo soluente dilabentur. Si, inquam, ex his initium acceperit disputatio, puto
quod ea quæ quærentur diligenti examinatione discussa, facile clarescant. Cum autem hæc
clarueriṇt, eorum quæ sequuntur in promptu reperietur agnitio. Ego quid senserim protu-
li: quid etiam tibi videtur, indicare non pigeat: Ad hæc PETRVS: Dic, inquit, interim SI-
MONI, faciat vt libet, certus, quod diuina prouidentia largiente, semper nos inueniet para-
tos. Et Zachæus quidem quę audierat, egressus est SIMONI nunciare. PETRVS vero, re-
spiciẽs ad nos, & intelligẽs cõtristatũ me esse ꝓ dilatiõe certaminis, ait: Qui credit sũmi dei

 prouidẽtia

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouidentia dispensari mundũ,non debet ô amice CLEMENS, de singulis quæ quoquo mo G
do accidunt,aspernãter accipere,certus quod iustitia dei,etiam ea quę superflua videtur, aut
contraria in vno quoq; negotio, opportuno exitu,competentiq; dispensat,præcipue tamẽ er-
ga eos,qui eum familiarius colunt:& ideo qui de his,vt dixi,certus est,si quid eueniat contra
sententiam,nouit pro eo mœrorem de animis expellere, meliore sententia manifestum ha-
Diligẽtibus deum,omnia cooperantur in bonũ.Rom.8. bens, quod dispensatione boni dei,etiam quod contrariũ putatur,vertatur in melius propter
quod ô CLEMENS etiam nunc nõ te contristet magi SIMONIS ista dilatio. Credo enim
quod per dei prouidentiã gestum sit ad vtilitatem tuã,vt possim tibi rationẽ fidei nostræ, in
hac septem dierum cõperendinatione,absq; aliquo strepitu,ordinemq; consequenter expone-
re secundum traditionẽ veri prophetæ,qui solus scit,quæ facta sunt,vt facta sint:& quę fiunt, H
vt fiant,quæq; erunt,vt erunt:quæ tamen manifeste quidem dicta,non tamen manifeste scri-
pta sunt, in tantum, vt cum leguntur, intelligi sine expositore non possint, propter pecca-
tum quod coadoleuit hominibus, sicut superius diximus. Idcirco igitur explanabuntur ti-
bi per me omnia, vt in his quæ scripta sunt, dilucide quæ sit sententia legislatoris agnoscas.
Cumq; hæc dixisset, exponere mihi singula de his quæ in quæstione esse videbantur legis,ca-
pitulis cœpit,ab initio creaturę vsq; ad id tẽporis,quo ad eũ Cæsareã deuolutus sum.Hęc mi-
hi,dicens,dilatio SIMONIS cõtulit, vt per ordinem cuncta cognoscerem. Aliàs,inquit,se-
cundum ea quæ opportunitas sermonis adtulerit,de singulis quibusq; quæ nunc cõpendiosius
†qui dilati. diximus,latius disseremus,vt secundum ea quæ pollicitus sum tibi,plenius de omnibus per se
ctiusq; cognoscas.Quia ergo hodierna adhuc nobis supereſt dies,ex his†quæ dilata sunt, vo- I
lo tibi rursus ea quæ dicta sunt breuiter iterare,vt magis tibi ad memoriam reuocentur. Et
exin cœpit hoc modo mẽtibus meis innouare quæ dixerat.Meministi ô amice CLEMENS,
quæ mihi fuerit de ęterno seculo,ac finẽ nescienteꝰnarratio?Tũc ego,nihil,inquã,ô PETRE
aliquando retinebo,si hoc omittere,aut obliuiſci potuero. Et PETRVS libẽter hac mea re-
Summa,silentio honorari volunt. sponsione susceptа, gratulor tibi inquit,quod ita respondeꝛis,& non quod hæc ipsa facile di-
cas, sed te meminisse protuleris: quæ enim summa sunt, silentio honorari volunt. Ad si-
dem tamen eorum que de ineffabilibus meministi,dic quæ retines ex his quę in loco secundo
à nobis dicta sunt,quæ proferri facile queunt, vt peruidens tenacitatẽ memoriæ tuæ,de qui- K
bus volo,promptius tibi indicem,& libenter aperiam. Tunc ego vbi aduerti eum auditorum
memoria gaudere,noñ solum,inquam, definitionis tuæ memor sum, sed & præfinitionis il-
lius, quæ ante definitionem posita est,& omnium penè quæ exposuisti,sensum integrum ser-
uo,etiamsi verba non omnia: quia tanquam vernacula animæ meæ, & ingenita effecta sunt
quæ dixisti.Nimium enim sitienti mihi dulcissimũ poculum porrexisti. Et ne putes quod re-
rum immemor,verbis te occupem,iam nunc quæ dicta sunt in memoriam reuocabo: in quo
Ordo memoriam iuuat. me plurimum iuuat ordo disputationis tuæ. Etenim quia consequenter directa sunt,& libra-
tè ordinata quæ dicis, idcirco & facile ad memoriam ordinis sui lineis reuocantur. Multum
nanque ad recordandum prodest ordo dictorum: cum enim recolere singula per consequẽ-
tiam cœperis,vbi aliquid deest,statim sensus inquirit,& cum inuenerit,seruat:aut certe,si in- L
uestigare nequierit,à magistro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea
Aeternas voluntates appellat filiũ & spiritum sanctum. quæ poscis à me,retexam breuiter,quæ de veritatis definitione tradidisti. Erat semper,& est,
& erit illud à quo prima voluntas genita sempiternitate constat, & ex prima voluntate ite-
rum voluntas.Post hæc mundus,ex mundo tempus,ex hoc hominum multitudo,ex multitu-
dine electio amicorum,ex quorum vnanimitate pacificum construitur dei regnum. Reliqua
vero quæ hæc consequi deberent, aliàs te mihi dicturum esse promiseras. Post hæc cum de
creatura mundi exposuisses: definitionem dei, quam in conspectu omnium primorum an-
†consilio gelorum de sua†voluntate promisit,quamq; æternã legem cunctis statuit,intimasti: & quod
duo regna posuit,præsentis dico tẽporis & futuri:& tempora vtriq; constituit,statuitq; expe- M
ctari iudicij diem,quã ipse definiuit, in qua habenda sit rerũ,animarumq; discretio, vt impij
quidem pro peccatis suis igni tradantur æterno: hi vero qui secundũ voluntatem conditoris
dei vixerint,pro bonis operibus benedictione susceptа clarissima luce fulgẽtes,introducti ad
æternã sedem & in incorruptione durantes, ineffabilium bonorum munera æterna perci-
piant.Hæc me prosequẽte,gaudio perfusus PETRVS, tanquã super filio tripudiãs, ne fortè
in reliquorũ memoria titubans,erubescerem propter eos qui aderant,sufficit,inquit, ô CLE
MENS: euidentius enim hæc quàm à meipso exposita fuerant, edidisti. Et ego aio: Narran-
di ordinem,& lucidius ea quæ res expetit proferendi, eruditio nobis contulit liberalis, qua

si vtamur

A si vtamur in antiquitatis erroribus,in perniciem vitæ verborum decore, ac suauitate decidi-
mus.Si vero ad adserendam veritatẽ,eruditionem sermonis,&gratiam conferamus,puto ex Artium liberalium quis debeat esse scopus.
hoc non parum vtilitatis adquiri. Veruntamen mi domine PETRE, quanta me arbitraris
gratulatione sublatũ,cum in cæteris omnibus,tum præcipue in illius doctrinæ sententia, qua
ais,vnus est deus,cuius opus mundus est,quiq; quia iustus est omnimodis,vnicuique pro ac-
tibus suis reddet.Et posthæc addidisti,dicẽs:Pro cuius dogmatis adsertiõe innumera verborũ
millia mouebuntur:sed in his,quibus veri prophetæ concessa est scientia, omnis ista verborũ
sylua succisa est.Et propter hoc cum mihi tradideris de vero propheta sermonem, omni me
adsertionum firmitate roborasti. Inde denique ego cum aduertissem, in hoc summam totius
B religionis pietatisq; consistere,ilico respondi:Optime prosequutus es PETRE,propter quod Summa religionis nostræ in vno deo cõsistit.
de reliquo iam tanquam scienti quæ sint fundamenta fidei, & pietatis, veri prophetæ tradi-
tiones incunctanter expone:cui soli credendum esse,euidenter probatum est.Illam vero expo
sitionem quæ adsertionibus & argumentis indigeat,infidelibus serua, quibus nondum com-
mittere propheticæ gratiæ,indubitabilem iudicaueris fidem.Et cum hæc dixissem, tu vtrũq;,
inquam,pollicitus es:te hanc mihi simplicem expositionem,ac totius erroris expertem,& il-
lam quæ per singulas quasq; quæstiones explicatur,quæ †& à te mouebantur, in tempore tra- †quidem
diturum.Et posthæc exposuisti per ordinem,à principio mundi,vsq; ad præsens tempus con-
sequentiam rerum:& si placet possum memoriter vniuersa retexere.Ad hæc PETRVS:Ma-
C gnifice:inquit,delector ô CLEMENS,quod tam tuto cordi verba committam: memorem
nanq; esse eorũ quæ dicuntur,indicium est in promptu habere operum fidem. Cum vero ma
lus dæmon salutis verba furatur,& de memoria rapit,etiam si velit,saluari non poterit. Per-
dit enim viam, qua peruenitur ad vitam: propter quod eo magis repetamus, quæ dicta sunt,
& confirmemus ea in corde tuo:id est,quomodo,vel à quo factus sit mundus,vt tendamus ad
amicitiam conditoris. Amicitia autem efficitur bene viuendo, & voluntati eius obediendo,
quæ voluntas omnium viuentium lex est. Breuiter ergo tibi hæc eadem firmioris causa me-
moriæ retexemus.In principio cum fecisset deus cœlum & terram, tanquam domum vnam,
ipsa quę ex corporibus mundi reddita est vmbra,his quæ intrinsecus clausa fuerant,tenebras
D ex se dedit.Sed cum voluntas dei introduxisset lucem, tenebræ illæ quæ ex vmbra corporum Lux.
factæ fuerant,continuò deuoratæ sunt: tunc deinde lux in diem, tenebræ deputantur in no- Tenebræ.
ctem.Iam vero aqua,quæ erat intra mundum,in medio primi illius cœli,terræq; spatio, quasi Aqua.
gelu concreta,& crystallo solidata distenditur, & huiusmodi firmamento velut intercludun
tur mediа cœli ac terræ spatia,idq; firmamentum cœlum conditor appellauit,antiquioris il- Cœlum
lius vocabulo nuncupatum,& ita totius mundi machinam,cum vna domus esset,in duas di-
uidit regiones.Diuisionis autem hæc fuit causa,vt superna regio angelis habitaculum, infe-
rior vero præberet hominibus. Post hæc quod reliquum fuit in inferioribus aquarum, iussu
voluntatis æternę,locus maris & chaos effectum recipit,eisq; ad demersa & concaua defluen
E tibus,arida quidem apparuit terra. Congregationes autem aquarum, effecta sunt maria. Et Maria.
post hæc terra quæ apparuerat,herbarum & virgultorũ diuersa genera produxit,fontes quoq; Terra.
& fluuios,non solum in planis,sed & in montibus protulit:& sic cuncta præparata sunt:vt ho Fontes.
minibus qui habitarent in ea, esset facultas his omnibus pro arbitrio vti, id est, siue ad bona
velint,siue etiam ad mala.Post hæc stellis adornat cœlum istud visibile. Solem quoque & lu-
nam ponit in eo,vt alterius lumine dies,& nox vteretur alterius:simulq; vt essent indicio re-
rum præteritarum,præsentium,& futurarum.Pro signis enim temporum facta sunt ac dierũ Caue intelligas hic superstitiosam Astrologiam, quã nonnulli ber insectatur: sed qđ ex hmôi prodigiis, qualia tempore Ezechiæ,Iosue,aductus & passionis Christi,&iudicij die futura sint, liceat diuinare alũ statum rerum.
quæ videntur quidem ab omnibus, intelliguntur autem ab eruditis & intelligentibus solis.
Cumq; post hæc de terra & aquis produci iussisset animantia, Paradisum fecit, quem & de-
F litiarum locum nominauit. Post hæc autem omnia hominem fecit, propter quem cuncta
præparauerat, cuius interna species est antiquior, & ob cuius causam omnia quæ sunt, fa-
cta sunt, ministerio eius concessa, & habitationis eius vsibus data. Igitur consummatis om-
nibus quæ in cœlo & in terris sunt,atq; in aquis,multiplicato etiam hominum genere,octaua,
generationẽ homines iusti qui angelorum vixerant vitam, in lecti pulchritudine mulierum,
ad promiscuos,& inlicitos concubitus declinauerunt,& inde iam indiscrete & contra ordi-
nem cuncta agentes,statum rerum humanarum & diuinitus traditum vitę ordinem permu-
tarunt,ita vt omnes homines, vel persuasione, vel vi peccare in creatorem suum cogerent
deum.Ex nona generatione nascuntur Gigantes,illi qui à seculo nominantur: non ἡμιθεοπόσ-
ποδας,vt Græcorum fabulæ ferunt: sed immensis corporibus editi, quorum adhuc ad indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.6 Diluuium

cium in nonnullis locis ossa immensæ magnitudinis ostenduntur. Sed aduersum hos iusta G
dei prouidentia diluuium mundo introduxit, vt orbis quidem terrarum ab eorum contagione dilueretur: omnis vero locus ab impiorum nece verteretur in pelagus. Vnus tamen
Noe iustus tunc inuentus est iustus,nomine Noë, qui in arca cum tribus filiis, eorumq; vxoribus liberatus,post aquarum decursus, cum his animalibus quæ secum clauserat, & seminibus, mundi habitator effectus est.Duodecima generatione cum deus benedixisset homines,& multiplicari cœpissent,acceperunt preceptũ,ne sanguine degustarẽt: propter hoc enim etiam diluuiũ
Gene.9 Cham seruorum pater factum est.Tertiadecima generatione cum ex tribus filiis Noë,vnus qui erat medius,patri fecisset iniuriam,posteritati suæ ex maledicto cõditionem seruitutis induxit,cuius interim senior frater habitationis sortem,eam quæ est in medio terræ,suscepit, in qua est regio Iudęæ. H
Iunior vero Orientis plagam sortitus est:ipse autem Occidentis accepit. Quartadecima vero generatione ex maledicta progenie quidam propter artem magicam primus aram statuit dæmonibus,honorem sanguinis litans. Quintadecima generatione primo omnium homines idolum statuentes,adorauerunt: & vsq; ad illud tempus diuinitus humano generi data Hebræorum lingua,tenuit monarchiam. Sextadecima generatione mouerunt se ab Oriente
Gene.11 filij hominum,& venientes ad terras patrum suorum, vnusquisque sortis suæ locum proprij vocabuli appellatione signauit. Septimadecima generatione apud Babyloniam Nemroth primus regnauit, vrbẽmque construxit, & inde migrauit ad Persas, eosq; ignem colere docuit. Octauadecima generatione muratæ vrbes factæ sunt,& exercitus instituti, armáque & I
iudices,legesque sancitæ,templa constructa,& principes gentium tanquam dij adorati sunt.
Nonadecima generatione posteri illius, qui post diluuium maledictus est, proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus sorte susceperant, eos qui medium terræ
Bellorum origo fuerant sortiti locum,in terras Orientis expellunt,& vsque ad Persidem fugant,ipsiq; in expulsorum locis iniqua sorte succedunt.Vicesima generatione ob incesti crimen primus mor te propria filius ante patrem defunctus est. Vicesimaprima generatione extitit vir quidam sapiens, ex genere eorum qui fuerunt expulsi, ex semine primogeniti filiorum Noë, nomine Abraham, à quo nostrum Hebræorum ducitur genus. Hic cum vniuersus iterum mundus diuersis erroribus esset oppressus, & pro immanitate scelerum maturum ei pararetur K
Gene.17 excidium, non iam per aquam, sed per ignem: cumque iam plaga initio à Sodomis sumpto, immineret & vniuerso orbi terrarum, pro amicitiis (quibus erat ei familiaritas cum deo) cui bene placuerat, vniuersum mundum ne pariter periret, eripuit.Ab initio tamen cæteris omnibus errantibus, ipse cum arte esset astrologus, ex ratione & ordine stellarum agnoscere potuit conditorem, eiusq; prouidentia intellexit cuncta moderari. Vnde & an-
Gene.15 gelus adsistens ei per visionem, plenius eum de his quæ sentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi eius ac posteritati deberetur, ostendit, & non tam eis danda hæc loca quàm reddenda promisit. Igitur Abraham cum rerum causas desideraret agnoscere, idq; secum intenta
Psalm.7 Act.1 mente peruolueret, apparuit ei verus propheta, qui solus omnium corda & propositum nouit, & omnia ei quæ desiderabat aperuit, diuinitatis scientiam docuit, mundi originem, finemq; pariter indicauit. Animæ immortalitatem ac viuendi institutа, quibus deo placeretur, ostendit. Resurrecturos quoq; mortuos, ac iudicium futurum, bonorum remunerationem,malorum pœnas, iusto cuncta moderanda iudicio,declarauit. Omnibusq; rite ac sufficienter edoctis,ad sedes rursus inuisibiles secessit. Verum cum adhuc Abraham in ignoran-
Abraham tia versaretur, sicut tibi & antea iam diximus, nati sunt & filij duo,quorum vnus Ismaël, a-
Ismael Gene.17 lius Heliesdros appellati sunt. Ex alio Barbaræ gentes, ex alio Persarum populi descendunt:è
Heliesdros quibus nonnulli Bracmanorum vitam, & vicina instituta sectati sunt. Alij apud Arabiam consederunt, ex quorum posteris nonnulli etiam in Aegyptum dispersi sunt. Inde denique M
& Indorum quidam & Aegyptiorum circuncidi didicere, ac purioris obseruantiæ esse quàm cæteri, licet processu temporis quamplurimi eorum ad impietatem verterent argumentum & iudicium castitatis. Veruntamen cum hos duos filios tempore quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, suscepisset, dei agnitione percepta petit ab eo, qui erat iustus, vt ex Sara, quæ ei erat coniunx legitima, cum esset sterilis, habere progeniem mereretur: & accepit: quem
Isaac & Isaac nominauit, ex quo natus est Iacob, de Iacob autem XII.patriarchæ, & ex ipsis duo-
Iacob decim septuagintaduo. Hi fame exorta Aegyptum veniunt cum omni domo sua, & intra
XII.patriarchæ annos CCCC. benedictione & promissione dei multiplicati, adfligebantur ab Aegyptiis. Cumq; affligerentur,apparuit verus propheta Moysi,& Aegyptios quidem resistentes,ne Hebræorum

A brærorum populus exiret ab eis,& rediret ad patriam terram, decem plagis cœlestibus affecit: X.plagæ.
populum vero dei eduxit ex Aegypto.Sed qui superfuerant ex Aegyptiis,conspirati cum ani Exod.7
mositate regis sui insequuti sunt Hebræos: quos cum reperissent super littus maris,& interimere omnes,ac delere cogitarent, Moyses oratione ad deum fusa,mare in duas partes diui- Exod.14
sit, ita vt aqua dextera leuaq; quasi gelu concreta teneretur: & populus quidem dei transiret velut iter aridum,insequentes vero eos Aegyptij temere ingressi necarentur.Vbi enim vltimus ex Hebræorum populo ascendit,Aegyptiorum quoq; vltimus descendit in mare, & continuò aquæ maris,quæ vt gelu constrictæ tenebantur,præcepto eius qui constrinxerat,relaxa-
B tæ,pœna de impiorum populo recepta,naturæ suæ libertatem sumpserunt. Posthæc Moyses, In deserto
dei omnia prouidentis præcepto, Hebræorum populum eduxit in deserto,& iter breuissimũ, Sur.
quod fert de Aegypto ad Iudæam, relinquens, per longos eremi plebem ducit anfractus, vt Psalmo.117
quadraginta annorum exercitiis,mala quæ eis ex Aegyptiorum moribus vsu longi temporis inoleuerant, innouatione mutatæ consuetudinis aboleret. Interea venitur ad montem Sina, Exod.20
& inde lex eis,vocibus & visionibus cœlestibus traditur,decem conscripta præceptis,quorum X.præcepta
primum & maximum fuit, vt ipsum solum colerent deum, nec vllam sibi aliam speciem vel formam statuerent ad colendum.Sed cum Moyses ascendisset ad montem,ibiq; diebus quadraginta moraretur, populus qui decem plagis percussam viderat Aegyptum, & disruptum Deuter.8
C mare,ac pedibus ingressum,manna quoque sibi pro pane cœlitus datum, & ex sequenti petra poculum ministratum,quæ species sibi per virtutem dei, in quem quisq; desiderasset verteretur saporem:cumq; sub plaga cœli ardentiore positi,ne æstibus coquerentur, nube obumbrabantur in die,nocte vero columna ignis inluminabantur, ne ad eremi vastitatẽ horror quoq; accederet tenebrarum.Cum,inquam,moraretur Moyses, ipsi secundum speciem Apidis,quẽ
coli in Aegypto viderant,aureum caput vituli facientes adorauerũt.Et post tot ac tanta, quæ Apis Aegyptiorũ deus.
viderant mirabilia,veteris consuetudinis sordes elimare à se,atq; abstergere nequiuerunt: & Exod.32
ob hoc breui spatio iter,quod ex Aegypto ducit ad Iudæam relinquens,immenso eremi ambitu egit eos Moyses, si fortè possit, vt superius memorauimus, vetustæ consuetudinis mala
D nouellæ institutionis permutatione discutere. Cum interim fidelis & prudens dispensator In vitiis eor
Moyses peruidens populo ex Aegyptiorum consortio altius inoleuisse vitium idolis immo- rigẽdis quid
landi,nec posse de eis radicem mali huius excidi,immolare quidem eis concessit,sed deo so- obseruandũ
li hoc fieri permisit,vt mediam quodammodo partem vitij altius inoliti resecaret.Aliam vero mediam,per aliud & aliud tempus reseruaret emendandam,per illum scilicet, de quo ipse
dixit:Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester,quem sicut meipsum audite,secũdum Deuter.18
omnia quæ dixerit vobis. Quicunque non audierit prophetam illum,exterminabitur anima eius de populo suo. Ad hæc autem etiam locum statuit, in quo solo liceret eis immolare deo.Hoc autem totum eo prospectu gerebat, vt cum tempus opportunum veniisset, & didi- Oseæ.6
E cissent per prophetam,quia deus misericordiam vult, & non sacrificium: viderent eum qui Matth.8
eos doceret locum dei electum, esse sapientiam eius, in quo conueniret offerri hostias deo. In Christo,
Hunc autem locum,qui ad tempus videbatur electus,incursionibus hostium & excidiis sæpe qui sapiẽtia
vexatum,& ad vltimum quoq; audirent penitus excidendum: ad cuius rei fidem etiam ante est patris,ho
aduentum veri prophetæ,qui esset hostias cum loco pariter repudiaturus,sæpe ab hostibus po stia oblata
pulatus est,& igni incensus,atq; in captiuitatem populus abductus,in exteras nationes: & exinde cum ad misericordiam dei confugeret,reuocatus est:vt per hæc doceretur, quia sacrificia offerens expellitur,& in manus hostium traditur. Misericordiam vero faciens & iustiam,sine sacrificiis de captiuitate liberatur,& in terram patriam restituitur. Sed hoc intel-
F ligere paucos admodum accidit.Plures enim etiam si sentire hæc & aduertere poterant,vulgi tamen inrationali opinione tenebantur.Paucorum nanq; est recta cum libertate sententia.
Igitur Moyses his administratis Ansem quendam nomine præponens populo, qui eos reuo- Anses qui&
caret ad patriam terram,ipse ad montem quendam præcepto dei viuẽtis ascendens,illic de- Iosue dict⁹.
functus est:cuius tamen talis fuit mors, vt vsque in hodiernum diem sepulturam eius nullus Deute.34
inuenerit. Vt ergo populus patrium contigit solum per prouidentiam dei,primo statim ingressu iniquarum gentium habitatores fugantur, & ipsi hæreditatem paternam iudices sorte
suscipiunt.Tum deinde per aliquantum temporis iudicibus,non regibus gubernati, statu tranquilliore durarũt.Vbi verò tyrãnos sibi magis quæsiuere,quàm reges,tunc etiã in loco,qui eis ☉
orationis causa fuerat prædestinatus,templum pro ambitione regia construxere:& sic per or Magnifica
dinem regibus impiis sibi inuicem succedentibus, ad maiores impietates etiam populus de- tẽpla cœpta
clinauit. construi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clinauit. Vt autem tempus adesse cœpit, quo id quod deesset Moysis institutis, vt diximus, G impleretur,& propheta quem præcinuerat appareret,qui eos primo per misericordiam dei moneret cessare à sacrificiis: & ne fortè putarent, cessantibus hostiis remissionem sibi non fieri peccatorum,baptisma eis per aquam statuit, in quo ab omnibus peccatis, inuocato eius nomine, soluerentur: & de reliquo perfectam vitam sequentes, in immortalitate durarent: non pecudum sanguine,sed sapientiæ dei purificatione purgati. Denique etiam hoc ponitur euidens magni mysterij huius indicium,vt omnis qui credens prophetæ huic, qui à Moyse prædictus est,baptizaretur in nomine ipsius,ab excidio belli,quod incredulæ genti imminet ac loco ipsi,seruaretur inlæsus:non credentes vero extorres loco & regno fiant,vt vel inuiti intelligant,& obediant voluntati dei. His igitur præordinatis,adest qui expectabatur,in- H dicia sui,quibus fieret manifestus,signa & prodigia deferens. Sed ne sic quidem populus credidit, qui ad hæc credenda tot seculis eruditus est: & non solum non credidit, sed addit infidelitatis blasphemiam,voracem hominem,& ventri seruientem, ac dæmone agi eũ, qui ob salutem suam venerat,dicens:in tantum nequitia, malorum ministeriis valet: quod nisi sapientia dei adfuisset his,qui diligunt veritatem,omnes penè simul impius error inuoluerat. Nos ergo primos elegit duodecim sibi credentes,quos Apostolos nominauit. Postmodum alios septuaginta duos probatissimos discipulos, vt vel hoc modo recognita imagine Moysis,crederet multitudo:quia hic est quem prædixit Moyses venturum prophetam. Sed fortassis dicat aliquis,quia imitari numerũ cuicũq; possibile est, at quid de signis & virtutibus dicet,quæ iste faciebat? Etenim Moyses virtutes & sanitates fecerat in Aegypto. Is quoq; quem ipse prædixit sicut seipsum surrecturum prophetam,cum omnem languorem,& omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes faceret innumeras, vitam euangelizaret æternam,ab impiis actus est in crucem:quod tamen factum,virtute eius conuersum est in bonũ. Deniq; cum pateretur,omnis ei compassus est mundus:nam & sol obscuratus est,& astra turbata sunt:mare commotum est,montesq; disrupti,& sepulchra patefacta sunt: velum templi scissum est,velut lamentans excidium loco imminens. Et tamen cum omnis mundus commotus sit,ipsi etiam nunc ad inquisitionem tantarum rerum nullatenus commouentur. Verum quoniam necessarium erat,vt in locum eorum,qui increduli permanebant,vocarentur K gentes,vt repleretur ille numerus,qui demonstratus fuerat Abrahæ, mittitur in vniuersum mundum salutaris regni dei prædicatio. Perturbantur ob hoc mundani spiritus,qui libertatem quærentibus semper obsistunt, & ad destruendam dei ædificationem errorum machinas quærunt,quibus his qui ad salutis & libertatis gloriam tendunt,obsistentes & agones aduersum eos non minimos desudantes fortiores effecti,ad salutis coronam veniant,non sine palma victoriæ. Interim cum passus esset,& ab hora sexta vsq; ad nonam mundum tenebræ pressissent,sole reducto, ac rebus in ordinem restitutis, etiam homines nequam ad se atque ad mores suos,metu cessante,regressi sunt. Nam quidam eorum cum omni custodia seruantes locum,quem nõ potuere resurgentem tenere,magum dicebant: alij finxerunt furatum. L Veruntamen veritas vbiq; vincebat. Ad indicium enim,quod hæc diuina virtute agerentur, nos qui fueramus pauciss imi,processu dierum,adstipulante deo, multo plures quàm illi efficiebamur:ita vt aliquando pertimescerent sacerdotes,ne fortè per dei prouidentiam,ad confusionem ipsorum,in fidem nostram vniuersus populus conueniret: frequenter mittentes ad nos,rogabant,vt eis de Iesu dissereremus, si ipse esset propheta, quem Moyses prædixit, qui est Christus æternus. De hoc enim solo,nobis qui credidimus in Iesum, aduersum non credentes Iudæos, videtur esse differentia. Verum cum frequenter super hoc rogarent,nos autem opportunum tempus requireremus,septimana iam vna ex passione domini complebatur annorum,& ecclesia domini in Hierusalem constituta,copiosissime multiplicata crescebat per Iacobum,qui à domino ordinatus est in episcopum,rectissimis dispensationibus gubernata. M

Cùm autem nos duodecim apostoli ad diem paschæ,cum ingenti multitudine conuenissemus,ingressi ecclesiam fratrum,vnusquisq; nostrũm Iacobo interrogante,quæ à nobis per loca singula gesta sint,audiente populo,breuiter exponimus. In quibus Caiphas põtifex,missis ad nos sacerdotibus,rogat venire ad se,vt aut ratione doceamus eum, quia Iesus æternus est Christus: aut ipse nos doceat,quia non est,quõ in vtramlibet fidem vniuersus populus conueniret: & hoc facere nos frequenter exorat. Nos vero sæpe distulimus, tempus semper opportunius requirentes. Et ego CLEMENS respondi ad hoc,puto hoc ipsum quod quæritur,

vtrum

Baptism' in locũ sacrificiorũ cessit. Hebr. vlt.

Ioan. 7

In locũ Iudæorũ vocãte sunt gẽtes

Tenebræ Christo patiente.

Ioan. 11

Iudæi Christũ nõ credũt aduenisse.

Iacobus à Christo ordinatus episcopus

A vtrum ipse sit Christus,multum profit ad fidei rationem: alioqui nunquam Pontifex pro hoc tam frequenter rogaret,vt de Christo vel disceret,vel doceret. Et PETRVS: Recte respondisti ô CLEMENS. Sicut enim sine oculis cernere nemo potest,nec sine auribus capere auditum, vel absque naribus odoratum,neq; sine lingua gustum sumere, aut absq; manibus aliquid contrectare: ita impossibile est absq; vero propheta,quę deo placeant noscere. Et ego respondi: Quod ipse sit verus propheta Christus,te docente iam didici: sed quid sit hoc ipsum Christus,aut cur ita appelletur,velim discere, vti ne vaga mihi sit & incerta res tantæ notitiæ. Tunc PETRVS docere me hoc modo cœpit. Deus cum fecisset mundum,tanquam vniuersitatis dominus,singulis quibusque creaturis principes statuit,ipsis quoq; arboribus, mon- In omni genere creatu rarũ statuit de' prĩcipes
B tibúsque, ac fontibus, & fluminibus, & vniuersis, vt diximus, quæ fecerat. Multum enim est ire per singula. Statuit ergo angelis angelum principem, & spiritibus spiritum, sideribus sidus, dæmonibus dæmonem, auibus auem, bestiis bestiam, serpentem serpentibus, piscem piscibus,hominibus hominem,qui est Christus Iesus. Christus autem dicitur eximio quodam religionis ritu: nam sicut regum sunt quædam communia nomina, ita vt apud Persas Arsaces, apud Romanos Cæsar, apud Aegyptios Pharao, ita apud Iudæos Christus communi nomine rex appellatur: Causa autem huius appellationis hæc est. Quoniam quidem cum esset filius dei & initium omnium, homo factus est: hunc primum pater oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumptum: ex illo ergo vnguento Christus appellatur. Inde deni- Christ' qua re dicatur. Apũd Iudæos rex Christus dicitur cõi nomine.
C que etiam ipse secundum prædestinationem patris, pios quosque cum ad regnum eius peruenerint, velut qui asperam superauerint viam, pro laborum refectione simili oleo perunget, vt & ipsorum lux luceat, & spiritu sancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti vero huius, ex quo sumptum est istud vnguentum, vniuersam naturam tibi sufficienter exposuisse me memini. Sed & nunc per breuissimam speciem de omnibus te in memoriam reuocabo. In præsenti vita primus pontifex Aaron,chrismatis compositione perunctus: quod ad imaginem illius, de quo supra diximus, spiritalis vnguenti factum est: princeps populi fuit, & tanquam rex primitias & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi plebem sorte susceptam, de mundis, immundisque iudicabat. Sed & si quis alius ex ipso vnguento per- Chrismate vngebantur reges & prophetæ.
D unctus est, tanquam virtute inde concepta, etiam ipse rex, aut propheta fiebat, aut pontifex. Quod si temporalis hæc gratia ab hominibus composita, tantum potuit: intelige iam tu quantum sit illud vnguentum, quod à deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti seculo propheta gloriosius, pontifice clarius,rege sublimius? Et ego ad hæc respondi: Memini PETRE dixisse te de primo homine, quia propheta fuit: quod autem vnctus fuerit, non dixisti. Si ergo sine vnguento propheta nullus est, quomodo primus homo cum non esset vnctus fuit propheta? Tum subridens PETRVS: Si primus, inquit, homo prophetauit, certum est quod & vnctus sit. Licet enim vnctionem illius siluerit ille qui
E legem in paginis condidit: nobis tamen intelligenda hæc euidenter reliquit. Sicut enim si vnctum eum dixisset, non dubitaretur & prophetam eum fuisse, etiam si scriptum non esset in lege: ita cum certum sit eum prophetam fuisse, similiter certum est & quod vnctus sit, quia sine vnguento prophetare non poterat. Verum hoc magis dicere te oportuit, chrisma arte myropolica compositum est ab Aaron, quomodo primus homo perungi potuit vnguento ante compositionis artibus nondum repertis? Et ego respondi: Non me traducas PETRE, non enim de vnguenti cõpositi & tẽporali oleo loquor, sed de illo simplici & æterno, quod à deo factum esse docuisti, ad cuius similitudinem istud compositum esse ab hominibus dicis. Et PETRVS ad hæc vt videbatur indignans: Quid putas CLEMENS, quia Sine vnguẽto nemo prophetabat.
F omnes omnia ante tempus scire possumus? sed nunc vti ne à proposito sermone recedamus, aliâs tibi, cum profectus tuus manifestus fuerit, de his apertius exponemus. Tunc autem vnguento composito perunctus pontifex, vel propheta dei altare succendens, in omni mundo clarus habebatur: sed post Aaron qui pontifex fuit, alius ex aquis adsumitur, non Moysen dico, sed illum qui in aquis baptismi, filius à deo appellatus est. Iesus nanque est, qui ignem illum quem accendebat pontifex pro peccatis, restrinxit per baptismi gratiam: ex quo enim hic apparuit, cessauit chrisma, per quod pontificatus præbebatur, vel prophetia, vel regnum. Hunc igitur ante futurum prædixit Moyses, qui legem dei hominibus tradidit: sed & alius ante ipsum, sicut tibi & ante iam tradidi. Ipse ergo indicauit eum venturum, primo quidem aduentu humilem: secundo vero gloriosum. Et primum quidem iam Abrahamũ intelligit Duplex aduentus dñi.

impletum

Universidad de Deusto
Biblioteca

impletum est: cum venit & docuit, & iudex omnium iudicatus est, ac peremptus. Secun- G
do vero aduentu iudicaturus aduenier: & impios quidem condemnabit, pios vero in con-
sortiũ regni, societatêmq; susciṕiet. Fides vero secundi aduentus constat ex primo. Prophe-
tæ enim de primo loquuti sunt, & præcipue Iacob & Moyses: nonnulla tamen de secundo.
Fides ppheticæ vnde ꝓbetur
Sed magnificentia prophetiæ in hoc maxime comprobatur, quod nihil secundum conse-
quentiam rerum, de futuris dixerunt: alioqui æstimasse potius sapientes viri, quod rerum
consequentia dictauerat, viderentur. Quod autem dico, tale est: Christum susciṕi à Iu-
dæis, ad quos venerat: & credi ei, qui expectabatur ad salutem populi, secundum traditio-
nes patrum consequens erat: gentes vero alienas ab eo fore, quibus neque promissum quic-
quam de eo, neque adnunciatum fuerat, imò quibus ne nomine quidem ipso aliquando in- H
notuerat, & tamen prophetæ contra ordinem & consequentiam rerum, dixere eum expe-
ctationem gentium, & non Iudæorum futurum. Ita denique & gestum est. Cum enim ve-
nisset, ab his qui eum expectare videbantur, ex traditione maiorum, omnino agnitus non est.
Hi vero qui nihil de ipso penitus audierant, & venisse credunt, & venturum sperant: & ita
Iudei à christianis i quo dissentiant.
in omnibus prophetia fidelis apparuit, quæ dixit ipsum esse expectationem gentium. Erra-
uerunt ergo Iudæi, de primo domini aduentu, & inter nos atque ipsos de hoc est solum dis-
sidium. Nam quod venturus sit Christus norunt etiam ipsi, & expectant: quod autem iam
venerit in humilitate, hic qui dicitur Iesus, ignorant. Et in hoc maxime eius confirma-
tur aduentus, quod ei non omnes credunt. Hunc ergo deus destinauit in fine mundi, quia I
impossibile erat mortalium mala purgari per alium, integra duntaxat permanente huma-
ni generis creatura, hoc est, salua arbitrij libertate. Hoc igitur statu incolumi reseruato, in-
uitare venit ad regnum iustos quosque, & eos qui placere studuerint ei, & quibus bona in-
effabilia præparauit, & Hierusalem ciuitatem cœlestem, quæ super splendorem solis fulge-
bit in habitatione sanctorum. Iniustos vero & impios, & qui pro nihilo habuerunt deum,
commissamque sibi vitam, diuersa ad flagitia contulerunt, ac tempus operis iusti, exerci-
tium fecere malitiæ, competentibus, ipsisq; dignis vltionibus traderet. Cætera vero quæ ibi
gerentur, proferri & eloqui, neque angelis, neque hominibus fas est: sed hoc tantum scire
nos sufficit quod bonis æternam bonorum possessionem conferet deus. His ab eo dictis, K
ego respondi: Si Christi regno fruentur, hi quos iustos inuenerit eius aduentus: ergo qui
ante aduentum eius defuncti sunt, regno penitus carebunt? Tum PETRVS: Cogis me,
inquit, ô CLEMENS, aliqua de ineffabilibus publicare. Veruntamen quo adusque pro-
Christ⁹ nũq̃ defuit piis.
ferri licet, facere non pigebit. Christus qui ab initio, & semper erat, per singulas quasque
generationes piis, latenter licet, semper tamen aderat, his præcipue, à quibus expectaba-
tur, quibusque frequenter apparuit: sed non erat tempus vt tunc resolutis corporibus, fie-
ret resurrectio, sed hæc magis remuneratio videbatur à deo, vt qui inueniretur iustus, diu-
tius permaneret in corpore: aut certe sicut de quodam iusto euidenter refertur in literis le-
Enoch intelligit de quo Gene. 5. & Eccl. 44
gis, quod transtulerit eum deus. Simili exemplo etiam cum cæteris gestum est, qui eius vo-
luntati placuerunt, vt ad paradisum translati, seruentur ad regnum. Eorum vero qui non L
ad integrum potuere explere normam iustitiæ, sed aliquas in sua carne malitiæ reliquias ha-
Petrus hic fatit, alias defũctorũ detineri alicubi in loco læto & bono, vsq; i iudicij diẽ: illãq; resolutionẽ corporis & animæ quoddã esse expiationis genus, quod nunc vulgo purgatoriũ appellamus.
buere, corpora quidem resoluuntur, animæ vero seruantur in bonis, lætisque regionibus,
vt in resurrectione mortuorum cum corpora sua receperint, ipsa iam resolutione purgata,
pro his quæ bene gesserant, æterna hæreditate potiantur. Et ideo beati sunt omnes, qui re-
gnum Christi fuerint adepti, quia non solum inferni pœnas effugient, sed & incorrupti-
biles permanebunt, & primi deum patrem videbunt, atque inter primos apud deum ho-
noris ordinem consequentur. Propter quod non minima de Christo quæstio habetur, & in- M
fideles quique ex Iudæis immensa aduersum nos insania commouentur, verentes ne for-
tè ipse sit in quem peccauerunt. Et eo magis metus increscit, quod sciunt statim vt eum cru
ci adfixere, vniuersum ei compassum esse mundum, corpúsque eius diligenti à se custodia
conseruatum, nusquam comparuisse, atque ad fidem nominis eius innumeras multitudi-
nes conuenire. Vnde & compulsi sunt vnà cum pontifice Caipha, sæpius mittere ad nos, vt
de nominis eius veritate quæreretur. Cúmque crebrò deposcerent, vt de Iesu aut discerent,
aut docerent, si ipse esset Christus: visum nobis est ascendere ad templum, & coram om-
ni populo protestari de eo, simul & arguere Iudæos de multis, quæ ab eis absurde gereban-
tur. In multas etenim iam partes populus scindebatur, initio sumpto à Ioanne baptista.
Cum enim iam immineret ortus Christi, ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero

gratiam

A gratiam largiendam, inimicus, ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, di-
uersa schismata operabatur in populo, vt si fortè prius peccatum potuisset aboleri, secunda
corrigi culpa non posset. Erat ergo primum schisma eorum qui dicebantur Sadducæi, ini- Primũ schisma Sadducæorum.
tio Ioannis iam penè temporibus sumpto. Hique, vt cæteris iustiores, segregare se cœpere à
populi cœtu, & mortuorum resurrectionem negare, idq; argumento infidelitatis adserere,
dicentes, non esse dignum, vt quasi sub mercede proposita colatur deus. Autor vero senten
tiæ huius primus Dositheus, secundus Simon fuit. Aliud Samaræum schisma est, & ipsi e- Dositheus & Simõ principes Sadducæorum.
nim resurrectionem mortuorum negantes, adserunt, non in Hierosolymis, sed in mon-
te Garizin adorandum esse deum. Qui tamen vnum verum prophetam ex Moysis vaticina-
B tionibus recte expectantes, prauitate Dosithei impediti sunt, ne hunc quem expectabant cre
derent esse Iesum. Scribæ quoque & pharisæi in aliud schisma deducuntur: sed hi baptiza- Pharisæorũ secũdũ chisma.
ti à Ioanne, & velut clauem regni cœlorum, verbum veritatis tenentes, ex Moysis tradi- Discipuli Ioannis i quo res erant Christo præceptore suo.
tione susceptum, occultarunt ab auribus populi. Sed & ex discipulis Ioannis, qui videban-
tur esse magni, segregarunt se à populo, & magistrum suum veluti Christum prædicarunt.
Hæc autem omnia præparata sunt schismata, vt & fides Christi per hæc impediretur & ba-
ptisma. Veruntamen vt dicere cœperamus, cum frequenter nos pontifex per sacerdotes
rogasset, vt de Iesu sermo nobis haberetur ad alterutrum, vbi opportunum visum est, &
omni ecclesiæ placuit, ascendimus ad templum: & stantes in gradibus vnà cum fidelibus fra
C tribus nostris, facto populi summo silentio, prior Pontifex cœpit adhortari populum, vt
patienter & cum quiete audiant, simúlque eorum quæ dicenda sunt, testes & iudices fiant.
Tum deinde cum multis laudibus efferrent sacrificiorum ritum, qui ad remissionem pec-
catorum humano generi, diuinitus esset indultus, causabatur Iesu nostri baptisma, velut Baptism⁹ Iudæos male habuit.
contra hæc nuper inductum, sed propositionibus occurrens MATTHAEVS, euidenter
ostẽdit, Quod si quis Iesu baptisma non fuerit consequutus, is non solum cœlorũ regno frau-
dabitur, verum & in resurrectione mortuorum non absque periculo erit, etiam si bonæ vitæ,
& rectæ mentis prærogatiua muniatur. Hæc, & his similia prosequutus, siluit Matthæus.
Sed Sadducæorum pars, quæ negaret resurrectionem mortuorum, indignata est: ita vt
quidam ex ipsis de medio populi exclamaret, dicens multum errare, eos qui putant mor-
D tuos aliquando resurgere. Contra hunc Andreas meus frater respondens, docuit errorem
non esse, sed certissimam fidem, quod mortui resurgant, secundum ea quæ docuit is, quem
Moyses prædixit venturum prophetam. Aut si non videtur eis ipse esse quem prædixit
Moyses, de hoc, inquit, primo requiratur, vt cum euidenter ipse fuerit probatus, nihil de
reliquo super his quæ docuit ambigatur. Hæc autem, & his similia plura protestatus, siluit
Andreas. Samaræus vero quidam contraria populo & deo loquens, & neque mortuos ad-
serens resurrecturos, neque eum, qui est in Hierusalem, cultum dei tenendum, sed mon-
tem Garizin venerandum. Addidit etiam contra nos hæc, quod Iesus noster non esset ip-
se, quem Moyses prophetam venturum esse prædixerit. Aduersum hunc & alium qui cum
E ipso hæc eadem prosequebatur, Zebedæi filij, Iacob, & Ioannes vehementer obnisi sunt. Et
quamuis haberent mandatum, ne ingrederentur ciuitates eorum, neque verbum eis præ-
dicationis inferrent, tamen ne sermo eorum, si confutatus non esset, aliorum læderet fi-
dem, ita prudenter & fortiter responderunt, vt perpetuum eis silentium darent. Nam Ia-
cobus de resurrectione mortuorum cum totius populi fauore perorauit: Ioannes vero o-
stendit, quia si cessarent ab errore montis Garizin, consequenter agnoscerent ipsum esse
Iesum, qui, secundum prophetam Moysen, expectatur esse venturus: quoniam quidem si-
gna & prodigia vt fecit Moyses, ita fecit etiam Iesus: & dubium non est, quin similitu-
do signorum ipsum esse testetur, quem sicut se, dixit esse venturum. Hæc & alia plura
F his similia protestati, siluêre: & ecce quidam de scribis, de medio populi adclamans, ait:
Iesus vester signa & prodigia quæ fecit, vt magus, non vt propheta fecit. Huic Philippus
vehementer occurrit, ostendens, quia hac ratione accusarem etiam Moysen. Cum enim Hæc, opinor, fuit causa, quur Ammonius de cõsonantia Iesu & Moysi librũ conscriberet, vt testatur Eusebius.
Moyses signa & prodigia in Aegypto fecerit, similiter autem & Iesus in Iudæa: dubitari
non posset, quin quod de Iesu diceretur, hoc etiam de Moyse dici videretur. Hæc & his si-
milia plura protestatus, siluit Philippus. Pharisæus autem quidam audiens hæc, insimula-
bat Philippum, quod Moysen æqualem diceret Iesu. Cui Bartholomæus respondens, con-
stanter edocuit, quia non dicimus Iesum solum æqualem Moysi, sed maiorem: quia Moy-
ses quidem propheta fuit, quod fuit & Iesus: quod autem fuit Iesus, Moyses non fuit, Chri-
stus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tres fuisse Iacobos, hic intelligim⁹.

stus. Et ideo maior ille sine dubio, qui & propheta & Christus est, quàm ille qui solum G
propheta est. Hæc & his similia plura prosequutus, siluit. Post hunc Iacobus Alphæi sermo-
nem fecit ad populum, quo ostenderet, non ideo credendum esse Iesu, quia de eo prophe-
tæ prædixerint: sed ideo magis credendum esse prophetis, quod vere prophetæ sint, quia
eis Christus testimonium reddat. Nam præsentia, & aduentus Christi, illos vere prophe-
tas fuisse designat. Decebat enim non ab inferioribus maiori, sed à maiore inferioribus fi-
dei testimonium dari. Hæc & multa his similia prosequutus, etiam Iacobus siluit. Post hunc

Qui & Thaddæus dictus est.

Lebbæus populum cœpit vehementer arguere, quod non crederent Iesu, qui eis tantum pro-
fuerit docendo quæ dei sunt, solando adflictos, medendo infirmos, pauperes consolando:
sed pro his omnibus bonis, odia, mortémque reddiderint. Hæc & his similia plura cum es- H
set populo protestatus, siluit. Et ecce vnus ex discipulis Ioannis adfirmabat Christum Ioan-
nem fuisse, & non Iesum: in tantum, inquit, vt & ipse Iesus omnibus hominibus & prophe-
tis maiorem esse pronunciauerit Ioannem. Si ergo, inquit, maior est omnibus, sine dubio
& Moyse, & ipso Iesu maior habendus est. Quod si omnium maior est, ipse est Christus.
Ad hæc Chananæus SIMON respondens, adseruit Ioannem maiorem quidem fuisse om-
nibus prophetis, & omnibus qui sunt filij mulierum: non tamen maiorem esse filio homi-
nis: & ideo Iesus quidem & Christus est, Ioannes vero solum propheta: & tantum inter-
est inter ipsum & Iesum, quantum inter præcursorem, & eum cui præcurritur: & quantum
inter eum qui legem dat, & eum qui legem seruat. Hæc autem & his similia prosequutus, si- I
luit etiam Chananæus. Post quem Barnabas, qui & Mathias, qui in locum Iudæ subrogatus
est apostolus, monere populum cœpit, ne odio haberent Iesum, neque blasphemarent eum.
Multo enim esse rectius, etiam ignoranti, vel dubitanti de Iesu, amare eum quàm odisse.
Charitati enim deus præmium posuit, odiis pœnam. Hoc ipsum enim, inquit, quod Iudai-
cum corpus adsumpsit, & inter Iudæos natus est, quomodo non omnibus vobis incentiua sui
amoris incussit? Hæc & his similia quum perorasset, dicendi finem fecit. Tunc Caiphas do-
ctrinam Iesu culpare tentabat, dicens eum res vanas loquutum: beatos enim pauperes di-
xit, & terrenas fore remunerationes promisit, ac summam muneris in terrena hæreditate
constituit: cibisque ac potu eos, qui iustitiam seruarint, promisit esse saturandos. Et his si- K
milia multa docuisse deprehenditur. Cui Thomas respondens, arguit eum frustra causan-
tem, ostendens, quia prophetę magis, quibus etiam ipse credit, ista docuerint, nec tamen quo-
modo erunt hæc, aut quomodo percipientur, ostenderint: Iesus vero qualiter accipi hæc
debeant, demonstrauerit. Et quum hæc atque his similia plura dixisset, siluit etiam Tho-
mas. Post hæc rursum Caiphas me intuens, & nunc vt monens, nunc vero vt culpans, di-
cebat, cessare me debere de reliquo à prædicatione Christi Iesu, ne in pernicionem mei hoc
agerem, neúe ipse errore deceptus, alios quoque meo errore deciperem. Tunc præterea ar-
guebat me temeritatis, quod quum essem ipse imperitus piscator, & rusticus, officium subi-
re doctoris auderem. Hæc & alia plura his similia dicenti, ego quoque in hæc verba respon- L
gis receperim: ipsi vero ingens esse discrimen, si hic ipse sit Christus, quia doctorem le-
enim credo huic qui apparuit: ipse autem cui alij fidem seruare se credit, qui nullus appa-
ruit? Si vero & idiota, vt ais, & imperitus, ac piscator, & rusticus, super presbyteros sapien
tes intelligam: hoc tibi, inquam, magis metum debet incutere. Nam si ex eruditione aliqua
disputans, obtinerem vos sapientes & eruditos, videretur vtique, doctrinam hoc mihi lon-
gi temporis, & non diuinæ virtutis gratiam contulisse: nunc autem cum, vt dixi, nos impe-
riti, vos sapientes conuincimus, & superamus, cui sensum habenti non palàm est, quia hoc
non humanæ argutiæ opus est, sed diuinæ voluntatis & muneris? Hæc igitur & alia huiusmodi M
prosequentes, consequentes protestati sumus, ac docuimus nos imperiti & piscatores, sacerdotes quidem de vno solo deo cœli, Sadducæos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusalem: non tamen ingressi ciuitatem ipsorum, sed publice disputantes: Scribas vero & Pharisæos de regno cœlorum: Discipulos Ioannis, ne scandalum paterentur in Ioanne: Omnem vero populum, quia Iesus est Christus æternus. Ad vltimum autem monui eos, vt prius quàm progrederemur ad gentes, prædicare eis agnitionem dei patris, ipsi recõciliarentur deo, susscipientes filiũ eius: aliter enim nullo modo eos ostendi

Baptisma. Eucharistia

posse saluari, nisi per sancti spiritus gratiam, trinæ inuocationis dilui baptismate properarent, & eucharistiam Christi domini sumerent, cui soli, de his quæ docuit, credere deberent,

vt sic

A vt sic æternam salutem consequi mererentur: aliter vero impossibile prorsus esse reconci-
liari eos deo, etiam si mille ei aras, & altaria mille succedant. Nos enim, inquam, pro cer-
to comperimus, quod super sacrificiis quæ offertis, multo magis exasperatur deus, sacrifi-
ciorum tempore etiam nunc expleto: & quia vos non vultis agnoscere, emensum esse iam

Daniel.9.

tempus hostias offerendi, ob hoc destruetur & templum, & abominatio desolationis sta-
tuetur in loco sancto, & tunc gentibus euangelium prædicabitur ad testimonium vestri, vt
ex illorum fide vestra infidelitas iudicetur. Omnis etenim mundus diuersis temporibus, di-

Christ⁹ medicus est.

uersas malitiæ ægritudines patitur, vel per omnes generaliter, vel per singulos quosque spe-
cialiter: & ideo indiget medico, qui eum visitet ad salutem. Nos ergo protestamur vo-
B bis, & quod vnumquemque vestrûm latuit, nunciamus. Vestrûm est deliberare quid expe-
diat vobis. His à me dictis ingemuit omnis multitudo sacerdotum, quod eis de templi sub-

Gamaliel clanculũ fauebat apostolis. Act.5

uersione prædixerim. Quod cum vidisset Gamaliel princeps populi (qui latẽter frater noster
erat in fide, sed consilio nostro inter eos erat) quia valde fremerẽt, & ingenti aduersum nos
furore mouerentur, adsurgens, ait: Quiescite paulisper ô viri Israëlitæ, non enim aduerti-
tis tentationem, quæ imminet vobis, propter quod desinite ab hominibus istis, & si quidem
humani consilij est quod agunt, citò cessabit: si autem à deo est, cur sine causa peccatis, nec
proficitis quicquam? dei enim voluntatem quis potest superare? Nunc ergo quoniam qui-
dem in vesperam iam vertitur dies, in crastino hoc ipso in loco audientibus vobis, ego ip-
C se cum istis disputabo, vt omnem errorem palàm arguã, dilucidéque confutem. Et his dictis,
repressus est eorum aliquatenus furor, ea præcipue spe, quod die crastino erroris nos publice
arguendos sperarent: & sic cum pace populum dimisit. Nos vero cum venissemus ad Iaco-
bum nostrum, omnia quæ dicta gestáque fuerant, exponentes, apud eum cibo sumpto man-
simus: omnipotenti deo per totam noctem supplicantes, vt futuræ disputationis sermo in-
dubitatam fidei nostræ ostenderet veritatem. Igitur postera die Iacobus episcopus nobis-
cum simul, & cum omni ecclesia ascendit ad templum, vbi ingentem reperimus multitu-
dinem, à medio noctis expectantem nos. Stetimus ergo in locis quibus & prius, vt eminen-
tius stantes, ab vniuerso populo cerneremur. Cúmque esset summum silentium factum, Ga-

Gamaliel ex industria voluit videri dissentire ab apostolis.

D maliel, qui, vt supra diximus, nostræ fidei erat: dispensatione vero manebat inter ipsos, vt
si quando iniquum aliquid aduersum nos, aut impium molirentur, vel ipsos consilio repri-
meret prudenter aptato: vel nos commoneret, vt aut curare, aut declinare possemus: Is er-
go tanquam aduersum nos agens, prior omnium episcopum Iacobum intuens, hoc modo
adloquutus est: Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ, neque senectutis opprobrium du-
co, discere aliquid à paruulis, & ab imperitis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis acqui-
rere, (Qui enim rationabiliter viuit, scit quia nihil est anima precio sius) quomodo non om-
nibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, vt quæ ignorat, discat? quæ didicerit, doceat?
Certissimum nanque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni

Veritate nihil precios⁹ est.

E sublimitas homini debet esse precio sior veritate. Et vos ergo fratres, si quid amplius no-
stis, populo dei qui adest, idémque fratribus vestris proferre non pigeat, omni populo li-
benter & tota conquiete quæ dicitis audiente. Quomodo enim non hoc faciat populus,
cum meipsum videat secum pariter velle à vobis discere, si quid fortè amplius vobis re-
uelauit deus? Si vero vos in aliquo indigetis, similiter etiam vos à nobis non pigeat doce-
ri, vt erga vtranque partem, si quid deest, adimpleat deus. Quod si aliquis vos fortè nunc
solicitat metus, propter nonnullos nostrorum, qui præiudicatis aduersum vos animis vo-
tuntur, & insidias eorum verentes, non audetis aperte dicere id quod sentitis, apertius e-
go, vt vos etiam huius occasione timoris absoluam, iuro vobis omnipotentem deum, &
F viuentem in secula, quia nullum permittam iniicere vobis manus. Habentes ergo huius
iuramenti mei omnem hunc populum testem, & idoneum pignus, sacramenti nostri fœ-
dus tenentes, absque vlla cunctatione vnusquisque vestrûm quod didicit proferat, & nos
fratres intente, & cum silentio audiamus. Hæc dicens Gamaliel, non valde placebat Cai-
phæ, & vt videbatur, suspectum habens eum, ipse magis inserere se subtiliter disputatio-
nibus cœpit: subridens enim ad ea quæ Gamaliel dixerat, Iacobum episcoporum prin-
cipem, sacerdotum princeps orabat, vt de CHRISTO non aliunde sermo, quàm de
scripturis fieret: vt sciamus, inquit, vtrum IESVS ipse sit CHRISTVS, an non. Tunc Ia-
cobus, Primo, inquit, requiramus, ex quibus scripturis potissimum disputationem habere

Universidad de Deusto
Biblioteca

oporteat. At ille, vix aliquando ratione ipsa superatus, respondit, ex lege habendam: & G
post hoc etiam prophetarum addidit mentionem. Cui Iacobus noster cœpit ostendere, quia
& prophetæ quæ dicunt, ex lege sumpserint, & legi consona sint loquuti. Sed & de libris
Regnorum disseruit aliqua, quomodo, & quando, & à quo scripti sint, & quomodo eis
vti oporteat. Cúmque & de lege plenissime disputasset, ac singula quæ de Christo sunt, pu-
rissima expositione protulisset in lucem, ostendit abundantissimis probationibus, quia le-
Duo aduen tus Christi. sus est Christus, & in ipso vniuersa quæ de humili eius aduentu fuerant prædicta, com-
plentur. Duos enim eius prædictos esse docuit aduentus. Vnum humilitatis, quem adim-
pleuit: alium gloriæ, qui speratur implendus, cum veniet dare regnum credentibus in se, H
& seruantibus omnia quæ præcepit. Cúmque de his omnibus euidenter populum docuisset,
addebat etiam hoc: quia nisi quis baptizatus fuerit in aqua, sub appellatione trinæ beatitu-
dinis, sicut docuit verus propheta, neque remissionem acciperet peccatorum, neque in-
troiret in regna cœlorum: & hanc esse dei ingeniti præfinitionem confirmauit. Quibus e-
Vnitas dei. tiam hæc addidit: Nolite putare duos ingenitos dicere deos, aut vnum diuisum esse in duos:
vel sicut impij dicunt, eundem masculum & fœminam sui effectum: sed filium dei vnige-
nitum dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. Similiter etiam de pa-
racleto dicimus. Sed & de baptismate, cum aliquanta dixisset, per septem continuos dies
persuasit omni populo & pontifici, vt confestim ad percipiendum baptismum festinarent.
Cúmque in eo iam res esset, vt venirent & baptizarentur, homo quidam inimicus, tunc I
cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit & dicere: Quid facitis ô vi-
ri Israëlitæ? cur vobis tam facile subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infeli-
cissimis, & à SIMONE mago deceptis? Cúmque hæc diceret, & ad hæc adderet, ac su-
peraretur ab episcopo Iacobo, conturbare populum, & seditiones suscitate cœpit, vti ne ea
quæ dicebantur plebs posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant
multo labore ordinata conuellere, simúlque incusare sacerdotes, & obprobriis atque in-
crepationibus cœpit accendere, & velut furibundus, singulos quosque ad cædem con-
citare, dicens: Quid agitis? quid cessatis? O segnes & desides, cur non manibus nostris
inuadimus, & discerpimus omnes hos? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara torre ro- K
Fortè com busto. busto cædis fecit exordium. Tunc deinde & cæteri videntes eum, simili efferebantur insa-
nia: fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum sanguis plurimus funditur, fuga
permixta habetur: cum interim ille inimicus homo Iacobum aggressus, de summis gradi-
bus præcipitem dedit: quem cum mortuum credidisset, vltra mulctare neglexit. Nostri
vero sublatum eum colligabant: erant enim & numero plures quàm illi, & virtute maio-
Patientia Christiano rum. res. Sed propter reuerentiam dei, ipsi magis interimi se à paucioribus, quàm interime-
re alios patiebantur. Cum autem vespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt:
nos vero ad domum Iacobi regressi, & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem descen-
dimus Hiericho ad quinque millia viri. Post triduum autem venit ad nos ex fratribus qui-
Paulũ fuisse eũ quẽ inimi cũ hoiem ap pellauit, exi stimo: nã is diplomata impetrauit, vt Christia nis negotiũ exhiberet. dam à Gamaliele, de quo supra diximus, occultos nobis nuncios deferens, quod inimicus L
ille homo legationem suscepisset à Caipha pontifice, vt omnes qui crederent in Iesum, per-
sequeretur: & Damascum pergeret cum epistolis eius, vt etiam inibi auxilio vsus infide-
lium, fidelibus inferret exitium: idcirco autem præcipue Damascum festinaret, quod &
illuc confugisse crederet PETRVM. Et post dies ferè triginta digressus est per Hiericho,
Damascum tendens, cum per idem temporis progressi essemus nos ad sepulchra duorum
fratrum quorundam, quæ sponte sua per annos singulos dealbabantur: quo miraculo mul-
torum aduersum nos repressus est furor, videntium haberi nostros in memoria apud deum.
Actu. 22. Positis itaque nobis in Hiericho, ibique orationibus & ieiuniis operam dantibus, Iacobus
episcopus accersitum me inde huc Cæsaream mittit, dicens: quia Zachæus de Cæsarea M
scripserit sibi, Simonem quendam Samaræum magum plurimos nostrorum subuertere, ad-
ferentem se esse quendam Stantem, hoc est alio nomine, Christum, & virtutem summam
excelsi dei, quæ sit supra conditorem mundi: simúlque mirabilia plurima ostendens, alios
dubitare, alios declinare fecerit ad se: cunctáque diligenter comperta ab his qui prius vel
socij eius, vel discipuli fuerant, & post hoc ad Zachæum conuersi sunt, indicauit. Multi
sunt ergo, inquit Iacobus, ô PETRE, quorum salutis causa proficisci te oportet, & arguere
magum, ac sermonem veritatis docere: sed nihil moreris, neq; te contristet, quod solus pro-
ficiscéris, sciens comitem tibi & adiutorem deum per Iesum, & citò per eius gratiam multos

tibi so-

A tibi socios & vnanimes fore. Dato sanè operam, vt per singulos annos præcipua quæque ex
dictis gestisque tuis scripta mittas ad me, & maxime per septimanas annorum. Et his di-
ctis dimissus ab eo, sex diebus perueni Cæsaream. Ingredienti autem mihi occurrit Za-
chæus dilectissimus frater noster, & inhærens amplexibus meis, perduxit ad hoc, in quo ip-
se commanebat, hospitium requirens à me de singulis quibusque fratribus, præcipue tamen Iacobus altero pede claudicabat.
de honorabili fratre nostro Iacobo. Cúmque audisset à me, quod vno adhuc claudicaret
pede: percontanti, continuò causam, omnia hæc quæ nunc tibi exposuimus, ei enarraui:
quomodo euocati essemus à sacerdotibus & pontifice Caipha ad templum: & Iacobus archi-
episcopus stans in summis gradibus, per septem continuos dies vniuerso populo de scriptu-
B ris dominicis adsignauerit, quod Iesus esset Christus: quoúe modo omnibus iam adquie-
scentibus, vt ab eo baptizarentur in nomine Iesu, inimicus homo effecerit illa omnia quæ
supra diximus, vt ne eadem iterum dicamus. Quibus cognitis Zachæus, rursus mihi quæ
à Simone agerentur, exponit: & inter hæc, nescio vnde cognito aduentu meo, ipse man-
dat ad me Simon: Audiente, inquit, populo, die crastina disputemus. Cui ego: Fiat, in- Simon ma gus Petro
quam, vt libet. & hæc pollicitatio mea vniuersæ innotuit ciuitati, ita, vt etiam tu qui ipsa die certamen
aduenera, disceres me die postera cum Simone habiturum esse certamen, & requisita man denunciat.
sione nostra secundum indicia, quæ à Barnaba acceperas venires ad nos: ego vero ingressu
tuo ita gratulatus sum, vt nescio vnde motus, festinauerit animus meus exponere tibi cun-
C cta velociter: præcipue tamen quod est in fide maximum de vero propheta: quod vnum ad
totius doctrinæ fundamentum sufficere posse non ambigo: tum etiam scriptæ legis per sin-
gula quæque capitula, quorum ratio poscebat, secretiorem tibi intelligentiam patefeci: non
occultans à te, nec traditionum bona: quæ vero supersunt incipiens à die crastina, ex his quæ
in quæstionibus cum Simone mouebuntur, per dies singulos audies, vsquequo, deo fauente,
perueniatur ad ipsam, quò iter nostrum dirigendum credimus, vrbem Romam. Cúmque ad
hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer, facturumq; omnia me, quæ præci-
peret, promptissime pollicerer, cibo sumpto quiescere nos iussit, sibique ipse quietem dedit.

D

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS AD IACOBVM FRATREM DOMINI, LIBER SECVNDVS, RVFINO TORANO AQUILEIENSE INTERPRETE.

E VM autem dies, quæ ad disceptandum cum Simone statuta fuerat in-
lucesceret, Petrus primis gallorum cantibus surgens, excitauit etiam
nos: eramus enim in eodem conclaui cubitantes, simul omnes trede-
cim, in quibus primus post Petrum Zachæus, deinde Sophonias, Io-
sephus, & Michæas, Eliesdros & Phinees, Lazarus & Helisæus: post hos
ego Clemens, & Nicodemus: deinde Niceta & Aquila, qui fuerant
prius discipuli Simonis: & docente Zachæo, conuersi sunt ad fidem
Christi. Mulierum sanè nulla prorsus aderat. Cúmque adhuc vesper-
tinum lumen duraret, omnes resedimus: & Petrus videns vigila-
re nos, ac sibi intendere, salutatis nobis, continuò dat sermonis exordium. Mirari me
F equidem fateor fratres, humanæ naturæ vim, quam ad omnia aptam, habilémque esse video.
Hoc autem dicere in memoriam venit, ex his quæ rebus ipsis expertus sum, vt cum tran-
sierit medium noctis, ego sponte iam suscitor, & vltra somnus nequaquam venit ad me:
quod mihi accidit ex eo, quia in consuetudine habui, verba domini mei, quæ ab ipso au- Cõsuetudo.
dieram, reuocare ad memoriam, & pro ipsorum desiderio, suscitari animis meis, & cogi-
tationibus imperaui: vt euigilans ad ea, & singula quæque recolens ac retexens, possim
memoriter retinere. Ex hoc ergo dum omni cum dulcedine sermones domini versare in
meo corde desidero, consuetudo obtinuit vigilandi, etiam si nihil sit quod cogitare velim.
Ita ergo ineffabili quadam ratione, introducta alia consuetudine, vetus consuetudo mutatur:

 & id

Universidad de Deusto
Biblioteca

& id reuera si non supra modum cogas, sed quantum recipit mensura naturæ. Neque enim G
penitus somno carere possibile est, alioqui nec facta nox fuisset ad quietem. Et ego cum au-
disssem: Optime, inquam, dixisti Petre, quia consuetudo consuetudine commutatur. Nam
& ego cum nauigarem, primo turbabar, & intra me mihi omnia vertebantur, ita vt suggil-
lari viderer, nec ferre possem brumam & molestiam maris: post paucos autem dies, vbi con
suetudo facta est, tolerabiliter ferre cœpi, ita, vt mane statim vnà cum nautis cibum sume-
re delectarer, cum prius ante horam septimam capiendi cibi consuetudo non esset. Nunc
ergo, ex ista sola consuetudine, circa illud tempus, quo comedere cum nautis solebam, esu-
ries admonet me: quod tamen rursus depellendum spero, cum alia fuerit consuetudo susce-
pta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum consuetudinem, vt perhibes, institutam: & opportune H
hoc nobis exponere voluisti, vt & nos aliquãtulũ somni à nobis abiicere atq; effugare non pi-
geat, vt possimus doctrinę viuentis instituta suscipere. Vbi enim decocti fuerint cibi, &
Silentiũ stu diis sacrum. acceperit nocturna silentia, opportunissime quæ docentur insident. Et Petrus libenter accidans
piens, quod intellexerim, præfationis eius causam, ad vtilitatem nostram prolatam, conlau-
dans me, adhortandi & incitandi sine dubio gratia, consequentem cœpit expedire sermo-
nem. Opportunum mihi nunc & necessarium videtur, de his quæ imminent aliqua discute-
re, id est, de Simone. Scire enim velim, quibus sit moribus, & quibus actibus: quod mihi, si
Matth. 7 quis scit, indicare non cesset: refert enim ista prænoscere. Nam si in mandatis habemus, vt
venientes ad ciuitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus: I
quanto magis conuenit noscere, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis verba credenda
sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante
porcos. Sed & alias ob causas vtile est, viri huius habere me notitiam. Si enim sciam quia
in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est, & inculpabilis: hoc est, si
sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est, quæ vtique bona esse nullus ambigit:
tunc consequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest, fidei, & scien-
Legant hoc theologi, q vt desperatos fastidiũt eos qui para doxis suis non ptinus assẽsi fuerit. tiæ conferatur, & in quibus maculari videtur eius vita, quæ est in reliquis probabilis, emen-
detur. Si vero in his, quæ palàm sunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus, non me o-
portet ei aliquid de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui: sed magis protesta- K
ri & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitiis emendet. Quod si ingesserit
se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem, non oportet audire, pruden-
ter eum debemus eludere: nam nihil omnino respondere auditorum causa, vtile non vide-
tur, ne fortè existiment nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum læda-
tur, non intelligentium propositum nostrum. Cumq; hæc Petrus dixisset ad nos, Niceta rogat
permitti sibi dicere aliquid: atque indulgente Petro, cum venia inquit: Obsecro te domine mi
Nõ semper obtinẽt veri tatis patroni Orator Simon. Petre, audias me valde solicitum tui, & verentem, ne fortè in certamine, quod tibi est cum
Simone, superari videaris. Solet enim frequenter accidere, vt qui veritatem defendit, non
semper obtineat: dum aut in aliquo præuenti sunt auditores, aut non grandem curam me- L
lioris sententiæ gerunt. Super hæc autem omnia, & ipse Simon vehementissimus est orator,
in arte dialectica, & syllogismorum tendiculis enutritus: quod autem est omnibus gra-
te munitus, apud eos, qui ignorant eum, falsa allegans, putetur vera defendere. Neque enim
vel nosipsi eum potuissemus effugere, & conuerti ad dominum, nisi dum adiutores eius, &
errorum socij sumus, agnouissemus quod deceptor esset, ac magus. Cúmque hæc Niceta di
xisset, Aquila quoque rogans sibi dicendi facultatem dari, hoc modo etiam ipse prosequu-
tus est: Suscipe quæso & mei erga te amoris curam optime Petre, & ego enim valde solicitus
sum pro te. Nec reprehendas nos in hoc: quia curam gerere alicuius ex affectu venit: negli- M
gere autem non minus est, quàm odisse. Testem vero inuoco deum, quia non vt segniorem
te in certamine sciens, metuo pro te, quippe quia nec vnquam tibi præsto fuerim disputan-
ti: sed qui illius impietates bene nouerim, existimationem tuam cogito simul & animos
auditorum, & ipsius ante omnia veritatis statum. Vehemens enim est hic magus ad omnia
quæcunque voluerit, & supra modum scelestus: in omnibus enim eum diligenter agnoui-
mus, vtpote qui à puero malorum eius auditores fuerimus & ministri, & nisi nos dei amor
abrupisset ab eo, in eisdem cum ipso etiam nunc versaremur malis: sed ingenitus quidam no
bis erga deum affectus, scelera quidem eius exosa, cultum vero dei amabilem fecit. Vnde &
arbitror opus fuisse diuinæ prouidentiæ, vt nos primo familiares eius effecti notitiam cape-
remus,

A remus, quomodo, vel quali arte, prodigia, quæ facere videtur, efficiat. Quis enim est, qui
non obstupescat super his, quæ facit, mirabilibus? & non putet eum de cœlis deum ad salu-
tem hominum descendisse? Ego de meipso fateor, nisi interius eum scissem, & interfuis-
sem actibus eius, subripi mihi facile potuisset: vnde non fuit magnum nos ab eius consor-
tio separari, scientes eum magicis artibus, & commentis scelerum niti. Quod si vis etiam
ipse de eo cuncta cognoscere, quis ipse sit, qualisue, & vnde, vel qualiter patrentur quæ ge-
Simõ mag. quis fuerit. rit auscultа. Simon hic, patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaræus, ex vico
Gytthorum, arte magus, græcis tamen literis liberalibus adprime eruditus, gloriæ ac ia-
ctantiæ supra omne genus hominum cupidus, ita, vt excelsam virtutem, quæ supra creato-
B rem deum sit, credi se velit, & Christum putari, atque Stantem nominari. Hac autem ap-
Simon Stan tem sevoluit vocari. pellatione vtitur, quasi qui neget posse se aliquando dissolui, adserens carnem suam ita diui-
nitatis suæ virtute compactam, vt possit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur,
tanquam qui non possit vlla corruptione decidere. Interfecto etenim, sicut scis & ipse, ba-
ptista Ioanne, cum Dositheus hæreseos suæ inisset exordium, cum aliis triginta princi-
palibus discipulis, & vna muliere quæ Luna vocitata est: vnde & illi triginta quasi secundum
Lunã illam quã & Selenen vocitãr, apud Tyrũ in prostibu lo egisse, Eu sebi⁹ testat. lunæ cursum in numero dierum positi videbantur. Simon hic malæ, vt diximus, gloriæ cu-
pidus, accedit ad Dositheum, & simulatis amicitiis, exorat, vt si quando aliquis ex illis trigin
ta obisset, in locum defuncti se continuò subrogaret: quia neq; statutum numerum excedere
C apud eos fas erat, neq; ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum: vnde & cæteri stu-
dentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt,
quo possit vnusquisque ex his, qui illum numerum sequuntur, cum fortè aliquis, vt diximus,
decesserit, dignus videri, qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab
hoc exoratus, vbi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem. Sed hic non multo
post incidit in amorem mulieris illius, quam Lunam vocant, nobisq; vtpote familiaribus suis
omnia concredebat, quod magus esset, & quod amaret Lunam, quódque gloriæ cupidus, no-
luit ea inglorius frui: sed expectare patienter, donec honeste ea vti liceret: si tamen etiam nos
conspiraremus ei ad omnia quæ velit: sed & mercedem ministerij huius daturum se nobis
D pollicebatur, summis vt honoribus affici, & dij esse ab hominibus crederemur, tantum vt
mihi, inquit, Simoni deferatis primatus, qui possum magica arte multa signa & prodigia
Quanta esse cerit Simon per magiam ostendere, per quæ possit vel gloriæ, vel sectæ nostræ ratio constare. Possum enim facere vt
volentibus me comprehendere, non appaream: & rursus volens videri, palàm sim. Si fugere
velim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertranseam: si me de monte excelso præcipi-
tem, tanquam subuectus ad terras inlæsus deferar. Vinctus memetipsum soluam, eos vero qui
vincula iniecerint, vinctos reddam: in carcere conligatus, claustra sponte patefieri faciam:
statuas animatas reddam, ita vt putentur ab his qui vident, homines esse: nouas arbores su-
bitò oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem memetipsum iniiciens non ar-
E deam. Vultum meum commuto, vt non agnoscar: sed & duas facies habere me, possum ho-
minibus ostendere. Ouis aut capra efficiar: pueris paruis barbam producam: in aërem vo-
lando inuehar: aurum plurimum ostendam: reges faciam, eosq; deiiciam. Adorabor vt deus,
Quod de se se est pollici tus Simon, id est cõse quutus. Nã in Tiberi si mulacrũ e rat, cui isti ptio fuit, Si moni deo fa cto: vt Euse bius ex auto ritate Iusti ni martyris testatur. publice diuinis donabor honoribus, ita, vt simulacrum mihi statuentes, tanquam deum co-
lant, & adorent. Et quid opus est multa dicere? quicquid voluero facere, potero. Multa et-
enim iam mihi experimenti causa consummata sunt. Denique aliquando, inquit, cum ma-
ter mea Rachel iuberet me exire ad agrum vt meterem ego falcem videns positam, præcepi
ei vt iret & meteret: & messuit decuplo amplius cæteris. Multa iam noua virgulta produxi
de terra, & conualescere ea feci, & sub momento temporis apparere feci: & montem pro-
F ximum, ego secundo perforaui. Sed hæc cum diceret de virgultis productis, & monte perfo-
rato, stupescebam pro eo, quod etiam nos circumuenire velit, quibus se commendare & con
credere videbatur: sciebamus enim quod à proauis hæc fuissent, quæ à se nuper facta perhi-
bebat. Hæc ergo nos ab eo flagitia audientes, & horum deteriora, sequebamur tamen & ip-
si eius scelera, & alios ab eo decipi patiebamur, multa etiam mentientes pro eo, & hoc pri-
usquam aliquid faceret eorum quæ promiserat, ita, vt nullis adhuc gestis, à nonnullis ta-
men putaretur deus. Interin in initio, cum adhuc inter triginta Dosithei discipulos habe-
Dositheus derogauit Simoni. retur, cœpit ipsi Dositheo derogare, tanquam qui non integre, nec perfecte doceret, idq;
eum non inuidia facere, sed inscientia. Verum Dositheus vbi sibi derogari sensit à Simone,
verens ne opinio sua obscuraretur apud homines, qui eum putabant, ipsum esse Stantem, fu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rore commotus, cum ad scholam solito conuenissent, virga correpta verberare Simonem G
cœpit,& repente per corpus eius,quasi per fumum,visa est virga transire: super quo obstupefactus Dositheus, ait ad eum: Dic mihi si tu es Stans,vt adorem te. Cúmque Simon respondisset,ego sum: Dositheus videns se non esse Stantem, cecidit & adorauit eum, & Simoni quidem cedit principatu suo, ipsiq; obedire omnem triginta virorum ordinem iubet:semetipsum vero in locum Simonis statuit, & non multo post defunctus est. Igitur post obitum Dositheus mortuus. Dosithei Simon accepit Lunam, cum qua vsque ad præsens circuit, vt videtis, decipiens turbas, & adserens semetipsum quidem virtutem esse quandam, quæ sit supra conditorem deum: Lunam vero quæ secum est, esse de superioribus cœlis deductam, eandémque cunctorum genitricem,adserit esse sapientiam:pro qua,inquit, Græci & Barbari cõfligẽtes, imaginem quidem eius aliqua ex parte videre potuerunt: ipsam vero vt est, penitus ignorarunt: quippe quæ apud illum primum omnium, & solum habitaret deum.Et hæc,atque alia his similia cum verborum pompa proferẽs,decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipse ego vidisse me memini, cum esset aliquando Luna illa eius in turre quadam, multitudo ingens ad eam conuenerat peruidendam,& vndique circa turrim stabat:at illa per omnes fenestras turris illius omni populo procumbere, ac prospicere videbatur. Et multa alia mirabilia fecit,& facit,ita,vt stupentes pro his homines,putent eum ipsum esse summum deum. Nam mihi aliquando,& Nicetæ rogantibus, vt exponeret quomodo hæc possint arte magica effici,& quæ esset huius rei natura:Simon tanquam familiaribus suis, explanare ita cœpit: Puerí, inquit, incorrupti, & violenter necati, animam adiuramentis ineffabilibus euocatam adsistere mihi feci,& per ipsam fit omne quod iubeo.Et ego: Estne,inquam,possibile animę hæc facere? Ille respondit: Hoc vos scire volo, quia secundum locum post deum obtinet anima hominis,cum exuta fuerit à corporis sui tenebris.Statim deniq; & præscientiam habet,propter quod euocatur ad necromantiam.Et ego respondi: Cur ergo interfectorum animæ non vlciscuntur interfectores suos? At ille:Non meministi,inquit, quod dixi,quia cum exierit de corpore,etiam præscientiam habet? Memini inquam. Ob hoc, inquit, cum excedit è corpore, statim prænoscit futurum esse iudicium, & vnumquemque pro his, quæ hic egerit malis, pœnas daturum: & ideo nolunt vlcisci interfectores suos, quia & ipse pro suis malis, quæ K
hic commiserant, perferunt cruciatus, & illos sciunt in iudicio grauiora manere supplicia.
Super hęc autem omniã,nec permittitur eis exire,aut facere quicquam ab angelis qui ei præsunt. Et ego respondi: Si non permittitur eis ab angelis huc venire, aut facere quod volunt, quomodo mago euocanti obtemperat anima? Ipsis, inquit, animabus venire volentibus non indulgent: cum vero hi qui præsunt angeli, adiurati fuerint per maiorem suum, excusationem habent nostræ, qui eos adiuramus, violentiæ, vt permittant exire animas quas euocamus: non enim illi peccant qui vim patiuntur, sed nos qui inferimus necessitatem. Ad hæc Niceta,vltra non ferens, præpropere respondit, quod & ego quidem facturus eram, sed prius eum expiscari de singulis cupiebam: sed, vt dixi, Niceta præueniens: Et tu,inquit, non L
times diem iudicij, qui vim angelis facis, & animas euocas, & homines decipis, & honorem tibi diuinum ab hominibus mercaris? Et quomodo nobis persuades quod neque iudicium erit, vt nonnulli Iudæorum fatentur,neque animæ immortales sint, quod videtur pluribus, cum ipse oculis tuis videas eas, & cõmonitionem diuini iudicij capias ex ipsis? His ab eo dictis impalluit Simon, & tamen post paululum recolligens se, ita respondit: Ne putetis, inquit, quod generis vestri homo sim ego, neque magus sum, neque amator Lunæ, neque Antonij filius. Ante enim q̃ mater mea Rachel conueniret cum eo, adhuc virgo concepit me, cum esset in potestate mea, vel paruum esse, vel magnum, & hominem inter homines apparere. Tentandi ergo gratia vos primos assumpsi amicos, vt in cœlestibus & in- M
effabilibus locis meis primos vos conlocem, cum probauero, Humana ergo de meipso mentitus sum, vt vos manifestius comprobarem, si integrum erga me seruatis affectum. Ego vero hæc audiens, ipsum quidem miserum iudicans, impudentiam tamen eius admirans, & pro eo ipse erubescens, simul & veritus ne quid in nos moliretur mali, innuo Nicetæ, paulisper vnà mecum simulare, & aio ad eum: Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus, incorruptibilis deus, sed suscipe magis affectum nostrum, & animum volentem scire qui sit deus: nondum enim sciebamus quis esses, & nec aduertebamus quia tu es quem quærebamus. Hæc & his similia vultu pro re aptato prosequentibus nobis, vanissimus credidit nos deceptos,& eo magis elatus addidit etiã hæc:Propitius vobis iam sum,pro affectu quem

Dositheus mortuus.

Lunã Simõ sapientiã vocauit videri.

Absurdũ cõmentũ Simonis de puero necato eriã hodie receptum apud magos.

Genij præsides aiarum.

Simon mentitur se ex virgine natũ

A ctu quem erga me deum geritis: me enim diligentes, nesciebatis, & me quærentes, ignorabatis. Sed nolo dubitetis, quia hoc est vere deum esse,cum potest quis paruus effici, vel magnus, si voluerit: nam quoquo modo apparere hominibus poteram. Nunc ergo incipiam vobis aperire quod verum est. Ego virtute mea quodam tempore aërem vertens in aquam, & aquam rursum in sanguinem, carnémque solidans, nouum hominem puerum formaui, & opus, conditore deo multo nobilius, protuli. Ille enim creauit hominem è terra, ego autem, quod est difficilius, ex aëre,quémque rursus resoluens aëri reddidi:speciem tamen eius,imaginémque depictam in interiore cubiculo conlocaui, vt esset indicium ac memoria operis mei. Hæc autem intelligebamus eum dicere pro puero illo, cuius vi necati anima, ad ea
B quæ volebat ministeria, vtebatur. Petrus ergo hæc audiens, cum lachrymis ait: Miror admodum immensam dei patientiam, & è contrario in nonnullis humanæ temeritatis audaciam. Quæ enim ratio inueniri vltra poterit, quæ Simoni suadeat, quod deus iudicet iniquos,cum ipse sibi persuadet, quod animarum obedientia ad scelerum suorum vtatur ministeriumǽre autem vera à dæmonibus inluditur:tamen cum per hæc ipsa certus sit,quod immortales sunt animæ,& iudicantur pro his quæ gesserint:& qui se putet re ipsa videre ea,quę nos fide credimus,quamuis,vt dixi,inludatur à dæmonibus, tamen arbitratur se ipsam animæ videre substantiam.Quando hic,inquam,fatebitur vel male se agere in tanto malo positus,vel iudicandum se pro his quæ gerit,qui sciens dei iudicium contemnit, & inimicum se
C exhibet deo,& audet tam nefanda committere?Vnde certum est fratres mei, nõnullos veritati ac religioni dei non ideo aduersari, quod eis nequaquam ratio fidei constare videatur: sed quia aut nimietate quadam peccatorum inuoluti,aut malis suis præuenti,& tumore cordis elati sunt,ita, vt nec ea quidem credant,quæ oculis suis se videre arbitrantur.Verũ quoniam ingenita erga conditorem deum sufficere ad salutem videbatur affectio his qui diligerent eum,studet inimicus hanc affectionem in hominibus peruertere, & inimicos eos efficere,atq; ingratos conditori suo.Testor autem cœlum ac terram,quod si quantum cupit inimicus desæuire, permitteretur etiam à deo,olim omnes homines deperissent:sed misericordiæ causa non sinit deus. Quod si affectum suum homines conuerterent ad deum,omnes sine du
D bio saluarentur,etiam si pro aliquibus delictis ob iustitiam corripi viderentur.Sed nũc plurimi hominum inimici effecti sunt dei,quorum malignus corda penetrauit, & affectum quem eis conditor deus inseruerat,vt erga se haberent,in semetipsum deflexit. Aliorum vero qui aliquantulum vigilare videbantur, in phantasia gloriæ & splendoris apparens, & magna quædam atque ingentia repromittens, euagari nihilominus à deo vero mentem atque animum fecit,quæ tamen perpetrare ei iusta quadã permittitur ratione.Ad hæc Aquila respondit:Quid ergo delinquunt homines, si malignus transformans se in splendorem lucis, maiora repromittit hominibus,quàm ipse conditor deus?Et Petrus:Puto,inquit,hoc iniustius ni
hil esse: & quatenus iniustum sit,audi. Si filius tuus, qui à te omni diligentia eruditus est, &
E nutritus,atque ad virilem perductus ætatem,ingratus tibi sit,& relinquẽs te,ad alium, quem fortè ditiorem viderit, eat, & honorem quem tibi debebat, illi exhibeat, ac spe maioris lucri naturam neget, & iura paterna defugiat, rectum tibi videtur, an impium? Et Aquila respondit:Omnibus palàm est, quod impium sit. Et Petrus: Si ergo in hominibus hoc impium dicis, quanto magis in deo, qui supra omnes homines honore ab hominibus dignus est? cuius non solum beneficiis fruimur, verum & ope ac virtute esse cœpimus, cum non essemus: cuique si placeamus merebimur ab eo, vt etiam æterni in bonis simus. Vt ergo infideles à fidelibus, & pij discernantur ab impiis, permissum est maligno vti his artibus, quibus sin-
gulorum erga verum parentem probentur affectus. Quod si vere esset aliquis deus alienus,
F tamen ab eo qui nos creauerat, quique nobis pater, & conditor fuerat, rectumne erat, relicto proprio transire ad alienum? Et Aquila: Absit, inquit. Tum Petrus: Quomodo ergo dicemus malignum esse causam peccati nostri, cum hoc permissu dei fiat, vt per ipsum probentur, & in die iudicij arguantur, hi qui maioribus pollicitationibus inuitati, veri patris & conditoris sui reliquerint pietatem: hi vero qui fidem & charitatem proprij patris, etiam cum paupertate, si acciderit, & cum tribulatione seruauerint, donis cœlestibus in regno eius, & immortalibus muneribus perfruantur? Sed hæc aliàs diligentius exponemus. Quid autem Simon egerit post hæc, scire cupio. Et Niceta respondit: Vbi intellexisse eum sensimus,quod deprehensus esset à nobis,cõloquuti inter nos de sceleribus eius,reliq-
mus eum,& ad Zachæum venimus,hæc ipsa ei,quæ tibi nunc protulimus, indicantes. At il-

Miracula Simonis.

Certa ratione dæmonibus aliquid pmittitur in homines.

Dæmones adhigũt, vt obtineatur conſtãtia noſtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

le benignissime nos susciꝑiens, & de fide domini nostri Iesu Christi edocens, fidelium nu- G
mero sociauit. Cúmque hæc Niceta dixisset, Zachæus qui paulò ante egressus fuerat, in-
grediebatur, dicens: Tempus est, vt procedas ad disputandum Petre: turba enim multa in
Petrus con- fessurus cũ Simone orat atrio domus congregata te operitur: quorum in medio, multis fultus ad scelus assecl̃is, con-
stitit Simon. Tum Petrus, vt hæc audiuit, orationis gratia secedere me iubens, nondum e-
nim eram dilutus à peccatis, quæ in ignorantia commiseram, ait ad reliquos: Oremus fra-
tres, vt deus per Christum suum pro ineffabili misericordia sua adiuuet me exeuntem pro
salute hominum, qui ab ipso creati sunt. & hæc cum dixisset, oratione facta, processit ad a-
trium domus, in quo erat multitudo plurima populi congregata: quos vbi omnes summo H
silentio ad se intentos vidit, & magum Simonem in medio eorum, velut signiferum, stan-
tem, hoc modo cœpit: Pax vobis sit omnibus, qui parati estis dare dexteras veritati: quicunq;
enim obediunt ei, videntur quidem aliquid gratiæ referre deo: porrò autem ipsi ab eo do-
num summi muneris consequuntur, iustitiæ eius semitis incedentes: propter quod primum
est omnium, iustitiam dei, regnumq; eius inquirere. Iustitiam quidem vt recte agere docea-
mur: regnum vero, vt quæ sit merces posita laboris & patientiæ nouerimus: in quo est bonis
quidem æternorum bonorum remuneratio: his autem qui contra voluntatem dei egerint,
pro vniuscuiusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in præsenti vita posi-
tos, oportet vos agnoscere voluntatem dei, vbi & agendi locus est. Nam si quis velit ante- I
quam actus suos emendet, de his requirere, quæ non potest inuenire, stulta & inefficax erit
huiuscemodi inquisitio. Tempus enim breue est, & iudicium dei, gestorum causa agetur,
non quæstionum. Ideóque ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat,
vt æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc vitæ tempus per inanes oc-
cupemus, & inutiles quæstiones: inanes sine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad
Venient enim nox vbi nemo operari poterit. Ioan. 9 Roma. 1 deum, vbi iudicium, vt dixi, operum nostrorum fiet. Vnaquæque etenim res, suum tempus
habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus est: meritorum seculum futurum. Ne ergo
impediamur, ordinem locorum, ac temporum permutantes, primo quæ sit dei iustitia re-
quiramus, vt tanquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possi-
mus ad regnum dei, tanquam ad vrbem maximam peruenire. Deus enim his, qui recte sen- K
tiunt, per ipsa opera mundi, quæ fecit manifestus est, ipsius creaturæ suæ vtens testimonio:
& ideo cum de deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus & re-
gno. Quod si aliquid nobis de secretis & reconditis inquirendum suggerit mens nostra, an-
tequam de operibus iustitiæ requiramus, rationem reddere nobismetipsis debemus: quia si
bene agentes salutem consequi meruerimus, tanquam casti & mundi euntes ad deum, spi-
ritu sancto replebimur, & omnia quæ sunt secreta & occulta, sine vlla quæstionum cauilla-
Nihil ꝓficiũt ī scriptu ris diuinis si ne spũ sancto tione noscemus: quæ nunc, etiam si totum quis vitæ suæ tempus in inquirendo consumat,
non solum non poterit inuenire, sed & maioribus se erroribus inseret, quia non per viam
prius iustitiæ incedens, ad portum vitæ peruenire contendit. Et propterea suadeo, primo iu- L
stitiam eius esse requirendam: vt per hanc iter agentes, & in via positi veritatis, verum
prophetam inuenire possimus, non velocitate pedum, sed operum bonitate currentes: vt ip-
so duce vsi, nullũ viæ huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequẽtes ingredi meruerimus
Via. illam, quò peruenire cupimus, ciuitatem, omnia iam de quibus quæritur, oculis videbi-
Viatores. mus, tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nostræ cur-
Porta. sum. Viatores eos qui bona opera gerunt. Portam verũ prophetam, de quo dicimus. Vr-
Vrbs. bem regnum esse, in quo residet omnipotens pater, quem soli videre possunt hi qui mundo
sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies e-
rit: nam & ipse verus propheta ab initio mundi, per seculum currens, festinat ad requiem. M
Adest enim nobis omnibus diebus, & si quando necesse est apparet & corrigit nos, vt ob-
temperantes sibi ad vitam perducat æternam. Mea ergo ista sententia est, sicut & vero pro-
phetæ visum est, vt primo de iustitia requiratur, ab his maxime qui deum se nosse profiten-
tur. Si ergo habet aliquis quod esse rectius putet, dicat: & cum dixerit, audiat, sed cum pa-
Simonis illud hactenꝰ in scholis theologorũ mire locum habuit. tientia & quiete. Propter hoc enim ab initio, salutationis specie pacem cunctis precatus
sum. Ad hæc Simon respondit: Nos pace tua opus non habemus: si enim pax sit & concor-
dia, ad inueniendam veritatẽ nihil proficere poterimus: habent enim inter se pacem & latro-
nes, & scortatores, & omnis nequitia cum semetipsa concordat: & nos ergo si ob hoc conue-
nimus, vt pacis causa omnibus quæ dicuntur præbeamus adsensum, nihil auditoribus confe-
remus:

A remus: sed è contrario inlusis eis, nos amici discedemus: propter quod noli inuocare pacem,
sed magis pugnã matrem eius, & si potes expugna errores. Nec requiras amicitiam iniustis Pugna mater pacis.
adsentationibus paratam: hoc enim te ante omnia scire volo, quia duobus inter se dimicã-
tibus, tunc erit pax, cum alter ceciderit superatus: & ideo pugna vt potes, nec requiras pacem
sine bello, quod impossibile est, aut si potest fieri, ostende. Ad hæc Petrus: Attentius audite, ô
viri, quæ dicimus. Ponamus mundum hunc campum esse aliquem magnum, & ex duabus ci-
uitatibus, quarum reges sibi inuicem sint contrarij, missos esse singulos ad dimicandum du-
ces: & illum quidem boni regis ducem, consilium dare, vt vterq; exercitus absque sanguinis
profusione, melioris in regis iura concedat, quo sine periculo omnes salui fiant: illum vero
B contrarium dicere: Non, sed pugnetur, vt nõ qui dignus est, sed qui fortior ipse cum his, qui
euaserint, regnet. Quæso vos, quid magis eligeretis? non dubito, quin, vt cum incolumitate
omnium, regi meliori manus darentur: & ego nunc non, vt Simon ait, pacis causa adsensum Vere enim dictum est, nimiũ alter-cando veri-tatẽ amitti.
volo commodari, his quæ male dicũtur, sed vt cum quiete & ordine veritas requiratur. Nõ-
nulli enim in disputationum certamine vbi errorem suum senserint confutari, causa perfu-
gij conturbare continuò incipiunt, & mouere lites, ne palàm fiat omnibus quod superantur:
& propterea ego frequenter exoro, vt cum omni patientia & quiete indago disputationis ha
beatur, vt si fortè aliquid minus recte dictum videatur, repetere id, & apertius liceat expla-
nare: solet enim interdum aliter dici quid, & aliter audiri, dum aut minus lucide profertur,
C aut minus vigilanter aduertitur: & ob hoc patienter cupio haberi sermonem, vt neque sub-
ripiat alter alteri: neque sermonem dicentis, intempestiuus sermo cõtradicentis interrum-
pat: neque reprehendendi studium geramus, sed liceat, vt dixi, minus planè dicta repetere,
vt examinatione iustissima claresc̃at veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia si quis à ve
ritate vincatur, non ipse vincitur, sed ignorãtia, quę in ipso est, quæ est dæmon pessimus: quã
qui potuerit effugare, salutis accipit palmam. Propositum nanque nobis est prodesse audito-
ribus, non vt male vincamus, sed vt pro agnitione veritatis bene viuamus. Si enim veritatis
inquirendæ studio sermo moueatur, etiam si quid minus plenè pro humana fragilitate dice-
mus, deus, pro ineffabili sua bonitate, ea quæ desunt, latenter auditorum sensibus adimplebit.
D Iustus est enim, & secundum vniuscuiusque propositum, aliis quidem in promptu facit esse Pro cuiusq; studio vel clara, vel obscura fiũt mysteria diuina.
quod quæritur, aliis vero obscurum reddit, etiam quod palàm posꝝ est. Quia ergo via dei,
via pacis est, cum pace quæ dei sunt requiramus: ad hęc si quis habet quod prosequatur, locus
est. Si vero nullus est qui respondere velit, ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio possunt
obiici, ipse in medium prolata, dissoluam. Cum ergo Petrus cœpisset continuare sermonem,
Simon interrupta oratione eius: Cur, inquit, festinas ipse tibi dicere, quæ tibi videntur? In-
telligo versutias tuas: vis enim tibi ea ipse proponere, quorum absolutio bene tibi meditata
est, vt ignorantibus turbis, videaris recte aliquid dicere: sed apud me non tibi erit horum lo
cus. Nunc ergo, quoniam vt vir fortis polliceris, te omni volenti proponere responsurum,
E mihi interim primo respondeto. Et Petrus: Paratus, inquit, sum, tantum vt cum pace sit ser-
mo. Tunc Simon: Non vides, inquit, imperitissime, quod contraria agis magistro tuo, pacem Pax Simonis exosa. Cõtentiones Simon probare conatur.
deposcens, quod vtique non conuenit ei qui expugnaturum se promittit ignorantiam? Aut
si tu recte pacem ab auditoribus poscis, non recte magister tuus dixit: Quia non veni pacem
mittere in terram, sed gladium. Aut enim tu bene dicis, & ille non bene: aut si magister tuus
bene, tu pessime, qui non intellexisti contraria te proferre ei, cuius te discipulum profiteris.
Ad hæc Petrus: neque qui misit me male fecit, gladium mittere in terram: neque ego con-
traria ei ago, auditorum pacem requirens. Sed tu & imperite & temere reprehendis ea quæ
non intelligis: etenim quia pacem non venit mittere in terram magister audisti: quod autẽ
F dixerit, Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei vocabuntur, non audisti. Propter quod non ego Matth. 5
magistro diuersa sentio, pacem persuadens, quam ille seruãtibus beatitudinem posuit. Et Si-
mon ait: Pro magistro respondere cupiens, ô Petre, multo cum grauius accusasti, si cum ipse
non venerit pacem facere, hanc aliis seruare præceperit. Et quomodo alius ille eius sermo cõ
stabit quem dixit? Quia sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius. Petrus ad hæc: Magister, Matth. 10
inquit, noster qui erat verus propheta, & sui in omnibus memor, neque sibi contraria loquu-
tus est, neque nobis ab his quæ ipse gerebat diuersa mandauit. Quod enim ait: Non veni pa- Gladiꝰ, Matthæi 10. aliquid pacis habet.
cem mittere in terrã, sed gladium: & ex hoc videbitis separari patrẽ à filio, filium à patre: vi
rum ab vxore, & vxorem à viro: & matrem à filia, filiam à matre: fratrẽ à fratre, socrum à
nuru, amicum ab amico: hæc omnia cõtinent doctrinam pacis: & quomodo, audi. Initio prę-
dicationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicationis suæ,vtpote qui velit omnes inuitare & adducere ad salutem, ac patientiam labo- G
rum,tentationumq; habendam suaderet,pauperes beatificabat, eosq; pro penuriæ tolerantia
adepturos esse pollicebatur regna cœlorum,vt sub tanta spe æquanimiter paupertatis pōdus,
spreta cupiditate,portarent.Est enim vnum & maximum ex pernicioſissimis peccatis, cupi-
ditas.Sed & esurientes,& sitientes æternis bonis iustitiæ saturandos esse promisit,vt egestatē
tolerabiliter ferentes,nihil pro hac iniusti operis molirentur. Mundus quoque corde simili-
ter beatos dicebat,& per hoc deum visuros,vt vnusquisque adipisci tantum cupiens bonum,
semetipsum à pessimis & pollutis cogitationibus contineret. Sic ergo magister noster disci-
pulos ad patientiam virtutis inuitans,bonum pacis,etiam cum labore patientiæ,suadebat esse
seruandum. Econtrario vero eos qui in diuitiis ac luxuria versabātur,lugebat,qui nihil pau- H
peribus largiebātur,arguens eos rationem reddituros: quia proximos suos, quos diligere si-
cut seipsos debuerant,ne in egestate quidem positos miserati sunt. Hæc autem dicens, alios
quidem obedire fecit,alios vero reddidit inimicos. Credentibus ergo & obedientibus pacē
habere inter se inuicem iubet,& ipsis dicit: Beati pacifici,quia ipsi filij dei vocabuntur.His au
tem,qui non solum non credidere,verum & aduersarij doctrinæ eius facti sunt,bellum ver-
bi & confutationis indixit: quia ex hoc videbitis separari filium à patre, & virum ab vxore,
& filiam à matre,& fratrem à fratre,& nurum à socru,& inimici hominis domestici eius.In
vnaquaque enim domo,cum inter credentem,& non credentem cœperit esse diuersitas, ne-
cessariò pugna fit: incredulis quidem contra fidem dimicantibus,fidelibus vero in illis erro- I
rem veterem,& peccatorum vitia confutantibus. Similiter quoque etiā erga scribas & pha-
risæos vltimo doctrinæ suæ tempore bellum gerit,arguens eos super actibus non bonis,& nō
recta doctrina,& quod clauem scientiæ,quam à Moyse traditā susceperunt,occultarent, per
quam possit ianua regni cœlestis aperiri. Sed & nos ad prædicandum mittens dominus no-
ster præcepit nobis,vt in quamcūque ciuitatem vel domum introierimus,dicamus,pax huic
domui:& si quidem,inquit,fuerit ibi filius pacis,veniet super eum pax vestra: si vero nō fue-
rit,pax vestra ad vos reuertetur.Exeuntes autem de domo,vel de ciuitate illa, vt etiam pul-
uerem,qui adhæserit pedibus nostris,excutiamus super eos.Tolerabilius autem erit terræ So
domorum,& Gomorrhæorum in die iudicij,quàm illi ciuitati vel domui. Quod vtique ita K
demum præcepit fieri,si prius in ciuitate vel domo veritatis sermo prædicetur. Ex quo vel
recipientes veritatis fidem,filij pacis & filij dei fiant,vel non recipientes arguātur,quasi ini-
mici pacis & dei.Ita ergo & nos magistri instituta seruantes, pacem primo proponimus au-
ditoribus,vt absque vlla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba
non susceperit,neque adquieſcit veritati: scimus aduersum eum pugnam verbi mouere, & ar-
guere acrius confutando ignorantiam,& redarguendo peccata. Necessariò igitur pacē pro-
ponimus,vt si quis est filius pacis,pax nostra veniat super eum:ab eo autem qui se alienum pa
cis effecerit,regredietur ad nos pax nostra.Non ergo,vt putas,consensu malorum pacē pro-
dissentibus nobis qui sit sermo verus,facilius ab auditoribus dignoscatur. Si autem dissi- L
deas & discordes à temetipso,quomodo stabis? Necesse est vt cadat,qui in semetipso diuidi-
tur.Omne enim regnum in semetipsum diuisum,non stabit.Ad hæc si quid videtur,dicito.Et
Simon: Stultitiam tuam demiror.Sic nobis magistri tui verba proponis, quasi certum de eo
habeatur quod propheta sit,quem ego perfacile demonstrare possum,multa sibi contraria lo
quutum.Denique ex his,quæ ipse protulisti,arguam te: ais enim dixisse eum,omne regnum,
vel omnis ciuitas diuisa in semetipsa,non stabit.Et alibi iterum ais eum dixisse,quia ipse mi-
serit gladium,vt separaret eos,qui in domo sunt,ita,vt diuidatur filius à patre, & filia à ma-
tre,& frater à fratre,vt si fuerint in vna domo quinque, diuidantur tres aduersum duos, & M
duo aduersum tres.Si ergo omne quod diuiditur,cadit,iste qui diuisiones facit,cadendi præ-
stitit causas:& si talis est,vtique malus est.Ad hæc respondeſi potes. Et Petrus: Non temere
deroges ô Simon his quæ non intelligis.Primo ergo respondeam pro eo quod ais,me magi-
stri mei verba proponere, atque ex ipsis ea,de quibus dubitatur, absoluere. Dominus noster
mittens nos Apostolos ad prædicandum,præcepit nobis vt doceamus omnes gentes, de his
quæ mandata sunt nobis. Neque ergo dicere ea,vt ab ipso dicta sunt,possumus.Non enim di
cere sed docere ea in mādatis habemus,& ex ipsis ostendere,quomodo vnumquodq; eorum
veritate subnixum sit.Neque rursus proprium nobis aliquid dicere permissum est. Sumus e-
nim missi,& necessariò qui missus est,illud quod iussus est, nunciat, & voluntatem mittētis
exponit.

Spe mercedis Christi labores huius vitæ nobis edulcauit.

Pax.

Bellum verbi intelligēdum in gladio.

Lucæ 11.

Matth.10

Matth.12

Apostolorū est docere, non dicere.

A exponit.Nam si aliud dicam, quàm præcepit mihi ille qui me misit,falsus ero Apostolus,qui Apostolorū opus quale
non illud dico quod iussus sum dicere,sed quod mihi videtur: quod qui facit, vtique se me-
liorem vult ostendere,quàm est ille à quo missus est:& est sine dubio preuaricator.Si vero ea
quæ iussus est prosequatur,eorumq; adsertiones manifestissimas proferat,Apostoli opus ex-
equi videbitur:quod ego nunc implere contendens,non tibi placeo.Non ergo reprehendas,
quod eius,qui me misit,proferam verba: sed si est in illis aliquid,quod non sit integre dictū,
inde me vt arguas,licet: quod tamen nullo modo fieri potest.Aut si non putas eum prophe-
tam esse,hoc primo requiratur.Et Simon: Non opus habeo hoc discere abs te,sed quomodo
sibi ista conueniant.Si enim inconsonans ostendetur, simul etiam propheta non esse docebi-
B tur.Tum Petrus:Sed si prius,inquit,ostendero eum prophetam, hoc quod videtur esse incō- Cōsonantia
sonans,non erit:neque enim ex consonantia quis propheta esse probatur, quia hoc multis nō facit pro
possibile est facere: quod si consonantia prophetam non facit,multo magis nec inconsonā- phetam.
tia.Quia ergo multa sunt quæ videntur quidem inconsona esse nonnullis, habent tamē pro-
fundiore ratione in semetipsis consonantiam: sicut & aliqua videntur habere consonātiam,
discussa diligentius,inueniuntur inconsona: hac de causa aliam non puto rectiorem esse viā
ad horum discrimen,nisi vt prius cognoscamus,si is qui loquutus est ea quæ videntur incō-
sona,propheta sit.Si enim inuenitur propheta esse, omnia illa quæ videntur sibi esse contra-
ria,constat habere consonantiam,sed non intelligi. De his ergo probamenta rectius requi-
C rentur.Nos enim Apostoli illius,qui nos misit,verba exponere missi sumus, & adfirmare sen
tentias: proprium vero dicere aliquid non habemus in mandatis,sed verborum illius,vt di Nihil pro-
xi,aperire veritatem.Et Simon ait: Doce ergo nos quomodo conueniat, vt is qui diuisiones priū dicere,
facit,quæ diuisiones cadere faciant eos qui diuiduntur,vel bonus videatur,vel ad hominum Apostoli est
salutem venisse.Et Petrus: Audi quomodo magister noster omne regnum,& omnem domū
diuisam aduersum semetipsam,dixit stare non posse.Hoc autem cum ipse fecit,vide quomo
do ad salutem cedat.In errore positum mundi regnum,vel vnamquanq; in eo domum, ver- Veritatis
bo veritatis diuidit,proculdubio vt cadat error,& veritas regnet. Quod si alicui accidat do- verbū diui-
mui,vt error introductus per aliquem diuidat veritatem: cum error obtinuerit,certum est dit homines
veritatem stare non posse.Et Simon: Sed incertum est, vtrum magister vester errorem di-
D uidat an veritatem.Et Petrus: Istud alterius quæstionis est.Sed si constat apud te,quia omne
quod diuisum fuerit,cadit: supereſt vt ostendam,si tantum cum pace audire vis, quod Iesus
noster errorem diuiserit,ac resoluerit,docendo veritatem.Tum Simon: Omitte,inquit,ser-
monem pacis frequenter iterare: quid vero sit quod sentis,aut credis,breuiter expone. Et Pe
trus ait: Quid times crebrò audire de pace? an ignoras quia perfectio legis pax est? ex pecca Perfectio le
tis enim bella nascuntur & certamina:vbi autem peccatum non fit, pax est animæ: vbi vero gis est pax.
pax est,in disputationibus veritas,in operibus iustitia inuenitur.Et Simon:Videris mihi non
posse profiteri quod sentis.Et Petrus: Dicam ex arbitrio, tamen non tuis verſutiis coactus.
Cupio enim quod salutare & vtile est omnibus adduci in notitiam, & ideo proferre quam-
E breuissime mon morabor:Vnus est deus,idem qui conditor mundi, iustus iudex, & vnicuiq;
pro actibus suis quandoque restituens.Iam vero pro adsertione horum,scio innumera posse
verborum millia commoueri.Et Simon ait: Miror quidem velocitatem ingenij tui,non ta-
men amplector errorem fidei tuæ: prudenter enim præuidisti, quod tibi contradici posset à
turba: ideo etiam ipse professus es,quod pro adsertione horum,innumera verborum millia
mouebuntur: nulli enim concordat professio fidei tuæ.Denique quod vnus sit deus, cuius sit
opus mundus,hoc primum quis recipiat? puto quia neque paganorum quisquam,quamuis il
le sit idiota : philosophorum autem omnino nullus: sed ne Iudæorum quidē imperitissimus
quisquam & miserrimus,neque ego ipse qui eorum legem bene noui.Et Petrus : Omitte, in-
F quit,opiniones absentium: tibi quid videtur,præsens præsenti dicito. Tum Simon : Possum,
inquit,exponere quod vere sentio, sed pigriorem me facit illa consideratio : quia si dixero,
quod neque tibi sit consonum,neque vulgo huic imperito rectum videtur, tu quidem quasi
obstupefactus,aures continuò obcludens,velut ne blasphemia polluantur,verteris in fugam,
quia quod respondeas non inuenies.Populus autem inrationabilis adsentatus tibi,te quidem
amplectetur,quasi ea docentē,quæ in vsu eis sunt: me vero execrabuntur, veluti noua quędā
atq; inaudita profitentem,meumq; errorem alienis mentibus inserentem. Tum Petrus: Nū
quid non tu,in quo nos accusabas,ipse ambagibus vteris, nihil habens quod adseras verita-
tis? aut si habes,incipe absque circuitionibus,si tantum confidis : & si quidem non placuerint
alicui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adsertio Simonis de multis diis.

alicui auditorum quæ dicis,abscedet: qui vero permanserint, cogentur adsertionibus tuis probare quod verum est.Incipe igitur quod tibi rectũ videtur,exponere. Et Simon ait: Ego dico multos esse deos,vnum tamen esse incomprehensibilem, atque omnibus incognitum, horumq; omniũ deorum deum. Tum Petrus:Hunc,inquit, quem dicis esse incomprehẽsibilem,& incognitum omnibus deum,ex scripturis Iudæorum,quæ in autoritate habentur, probare potes,an ex aliis aliquibus,quas omnes ignoramus? an ex Græcis autoribus? an ex tuis scriptis propriis? certe ex quibuscunque vis,dicito,ita tamen vt ostendas eas prius esse

Legem Iudæorũ admittit Simon.

propheticas:ita enim fiet,vt earum indubitata habeatur autoritas.Et Simon ait: Ex lege Iudæorum sola adsertiones adhibebo.In omnibus enim,qui religionis curam gerunt, manifestum est totius esse autoritatis hanc legem:vnumquemq; tamẽ secundum proprium sensum intelligentiam legis huius accipere.Ita enim ab eo,qui mundum condidit, scripta est, vt in ipsa rerum fides habeatur.Vnde siue quis vera,siue etiam falsa proferre velit,absque hac lege nulla recipietur adsertio. Quia igitur scientia mea plenissime cum lege concordat, recte multos esse pronunciaui deos,quorum vnus est eminentior,& incomprehensibilis, ipse qui

Gene.3.

est deus deorum.Quod autem multi sint dij,ipsa me edocuit lex. Primo quidem vbi ex persona serpentis dicitur ad Euam,primam mulierem: Quacunque die mãducaueritis de ligno sciendi bonum & malum,eritis sicut dij: hoc est, sicut hi qui hominem fecere. Postea enim quàm gustauere de ligo,ipse deus testatur dicens ad reliquos deos: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis.Sic ergo constat multos esse deos,qui hominem fecerint,quia & initio ita

Gene.1. Gene.11.

dicit deus ad cæteros deos: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. Sed

Exo.22.

& quod ait: Eiiciamus eum. & iterum: Venite descendentes confundamus linguas eorum.

Deut.32.

Omnia hæc multos esse indicant deos.Sed & illud scriptũ est: Deos non maledices, & principem populi tui non maledices.Et rursum quod scriptum est: Dominus solus ducebat eos,

Sortionem Simon iter deos fingit.

& non erat cum illis deus alienus,multos esse ostendit deos. Sunt & alia plurima quæ proferri possunt ex lege testimonia,non solum obscuriora,sed & manifesta,quibus multi esse deceantur dij.Ex quibus vnus,vt Iudæorum populo deus esset,sorte electus est.Ego autem non hunc adsero,sed illum qui etiam huius deus est,quem ne ipsi quidem Iudæi norũt.Neq; enim ipsorum est deus,sed eorum qui agnouerint eum.His auditis Petrus: Nihil,inquit,verearis Simon,ecce enim neq; aures claudimus,neq; fugimus,sed ad ea quæ falso prosequutus es,veritatis sermonibus respondemus:Illud primo adserentes,quia vnus est deus,hic ipse Iudæorum,qui est solus deus,cœli creator ac terræ,qui & omnium,etiam quos dicis deorum,deus est.Si ergo ostendero nullum esse hoc superiorem,sed ipsum esse super omnia,fateberis errorem tuum esse super omnia.Et Simon:Quid enim,inquit,etiam si ego nolim fateri,qui adstunt auditores,nonne arguent me nolentem quæ vera sunt profiteri?Ausculta ergo,ait Petrus,vt scias primo,quod etiam si multi sint dij,vt dicis,Iudæorum deo subditi sunt,cui neq;

Deut.10.

æqualis quisquam,neq; maior esse potest:scriptum est enim,quod ita dicat ad Iudæos Moyses propheta:Dominus deus vester hic est deus deorum,& dominus dominorum,deus magnus:ita etiam si multi sunt qui dicuntur dij,vnus est tamẽ maior omnium,Iudæorum deus,

Moyses de⁹ Pharaonis. Iudices dij.

qui & deorum deus dictus est.Neq; enim quicunq; dictus fuerit deus,continuò deus est.Depellati sunt,& constat eos fuisse mortales.Simulacra quoq; gentium dij appellantur,& omnes scimus,quia non sunt,sed impiis quasi pro pœna hoc datum est,vt quia verum deum cognoscere noluerunt,quæcunq; eis forma & imago occurrisset,haberetur ab eis deus. Quoniam vnius,vt dixi,qui est omnium deus,agnitionem susc ipere recusarunt,ideo ergo conceditur eis illos habere deos,qui præstare supplicantibus nihil possunt.Quid enim aut exanima simulacra conferre hominibus queant,aut animãtia,cum potestas omnium apud vnum sit?Tribus igitur modis deus quis dicitur,vel quia vere est,vel qui ei qui vere est,ministrat, & ob honorem mittentis,vt plena sit eius authoritas,hoc dicitur iste qui missus est,quod est ille qui misit:vt sæpe factum est de angelis,qui tamen cum apparuerint homini,si sit prudẽs,

Vnaquæque gẽs propriũ habet angelum.

& eruditus vir,interrogat eius qui apparuit nomen,vt simul & honorem missi,& authoritatem mittentis agnoscat.Est enim vniuscuiusque gentis angelus,cui credita est gentis ipsius dispensatio à deo,qui tamen cum apparuerit,quãuis putetur & dicatur ab his quibus præest Deus,tamen interrogatus non sibi dabit ipse tale testimonium.Deus enim excelsus,qui solus

LXXII. partes terræ.

potestatem omnium tenet,in septuaginta & duas partes diuisit totius terræ nationes,eisq; principes angelos statuit.Vni vero qui in archangelis erat maximus,sorte data est dispensatio

A tio eorum,qui præ cæteris omnibus excelsi dei cultum,atq; scientiam receperunt. Sed & sancti homines,vt diximus,impiorum efficiũtur dij,tanquam qui potestatem acceperint in eos vitæ ac necis:vt de Moyse,& iudicibus suprà memorauimus.Propter quod scriptum est de eis:Deos non maledices,& principem populi tui non maledices. Principes ergo singularum gentium dij appellantur.Principum autem deus Christus est,qui est omnium iudex.Vere ergo neq; angeli,neq; homines,neq; vlla creatura dij esse possunt,quippe qui sub potestate sunt positi,tanquam creati & mobiles:angeli quidem vt qui non fuere & sint,homines autem vt mortales,omnis vero creatura,vt quæ solui possit,sed revera si soluerit ille qui fecit.Et ideo ille solus verus est deus,qui non solum ipse viuit,sed & aliis vitam præstat,quam & auferre

B potest cum vult.Propterea ergo clamat scriptura ex persona dei Iudæorum,& dicit.Videte, videte,quoniam ego sum deus,& non est alius præter me:Ego occidam, & viuere faciã:percutiam,& ego sanabo,& non est qui eripiat de manibus meis.Vides ergo quomodo ineffabili quadam virtute scriptura occurrens futuris erroribus eorum qui alium deum,præter eum qui est Iudæorum,vel in cœlis esse,vel in terris,adfirmarent,pronunciat dicens: Dominus deus tuus,deus vnus est,in cœlo sursum,& in terra deorsum,& præter ipsum alius non est. Quomodo ergo ausus es dicere alium esse deum,præter eum qui Iudæorum est deus? Et iterum dicit scriptura: Ecce domini dei tui cœlum,& cœlum cœli,terra & omnia quæ in eis

C sunt.Veruntamen patres tuos elegi,vt diligerem eos,& vos post ipsos. Ita ex omni parte ab scriptura munitur ista sentẽtia,quia ipse qui mundum creauit,verus & solus est deus. Quod & si sint alij,vt diximus,qui dicuntur dij,sub potestate sunt Iudæorum dei,quia ita dixit scriptura Iudæis:Dominus deus noster,hic est deus deorum,& dominorum:hunc etiam solum colendũ monet scriptura,dicens:Dominum deum tuum adorabis,& illi soli seruies. Et:Audi Israel,dominus deus tuus deus vnus est.Deniq; & sancti spiritu dei repleti,& guttis misericordiæ eius inrorati exclamabant,dicentes:Quis similis tibi in diis domine,quis similis tibi?Et iterum:Quis deus præter dominum?& quis deus præter dominum nostrum?Itaq; Moyses vbi proficere populum vidit,paulatim eos ad intelligẽtiam monarchiæ,& fidẽ dei vnius initiauit,vt in consequentibus dicit. Nomina deorum aliorum non commemorabis,recor-

D datus sine dubio,quali pœna damnatus sit serpens,qui primus nominauerat deos. Terrã deniq; comedere condemnatur,& tali cibo dignum iudicatur ob id,quod primum omnium appellationem deorum introduxit in mundum.Quod & si tu multos deos vis introducere, vide ne exitum serpentis similem sortiaris.Certus autem esto,quod nos huius ausi socios nõ habebis,nec decipi nos patiemur abs te.Neq; enim proderit nobis ad excusationem in iudicio,si dicamus quod tu deceperis nos,quia nec primam mulierem excusare potuit male credidisse serpenti:sed morte,quia male crediderit,condemnata est.Hac ergo de causa & Moyses vnius dei fidem populo commendans,ait: Obserua tibiipsi ne seducaris à domino deo tuo.Vide quia eodem verbo vtitur,quo & prima mulier in excusatione vtebatur,seductam se dicens,sed nihil profuit.Super omnia autem si verus aliquis surgeret propheta,qui signa

E & prodigia faceret,suadere autem velit,vt coleremus deos alios præter Iudæorum deum, nunquam ei credere possemus.Sic enim nos docuit lex diuina,secretum sermonem purius ex traditione commendans.Ait ergo: Si surrexerit in te propheta,aut somnians somnium, & dederit signa vel prodigia,& euenerint signa illa,vel prodigia,& dixerit ad te,eamus & colamus deos alienos,quos nescitis,non audietis verba prophetæ illius,neq; somnium somniatoris illius,quia tentans tentauit vos,vt videat si diligitis dominum deum vestrũ. Propterea ergo & dominus noster signa & prodigia faciens,deum prædicabat Iudæorũ,& ideo recte prædicationi eius creditur.Tu autem etiam si vere propheta esses,& signa faceres ac prodigia,sicut promittis,& alios adnũciares deos præter eum qui verus est,manifestum es-

F set te ad tentationem populo dei suscitatum,& ideo credi tibi omnino non potest. Vnus est enim verus,qui est Iudæorum deus:& ob hoc dominus noster Iesus Christus docebat quærendum esse,non deum quem bene nouerant,sed regnum & iustitiam eius,quam scribæ & pharisæi,suscepta scientiæ claue,non concluserant,sed excluserant. Nam si ignorassent verum deum,nunquam vtique huius rei scientiam relinquens,quæ erat omnium caput,culparet eos de paruis & minimis:id est,quod dilatarent fimbrias suas,& primos accubitus in cõuiuiis vindicarent,& quod in quadriuiis stantes orarent,& alia his similia,quæ vtiq; ex comparatione magni huius capitis,ignorantiæ dei,exigua videntur & parua.Et Simon ad hæc ait:Ex verbis magistri tui conuincam te,quia etiam ipse ignotum quẽdam omnibus introducit deum.

Sancti homines dij.

Exodi.20.

Deut.32.

Deut.4.

Psal.88

Deut.10

Lucæ.4 Deut 6 Psal.34 Psal.17

Serpens dãnatur quia decepit Euã & deos nominauit primus.

Deut.13

Pseudoprophetæ ad tẽtationẽ mittuntur.

Matth.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit deum.Cum enim & Adam creatorem ſuum ſcierit deum,mundiq; conditorem:& Enoch G
quippe qui ab eo tranſlatus eſt,& Noë,vtpote ab eo iuſſus arcam cõſtruere:cumq; & Abrahã,
& Iſaac,& Iacob,& Moyſes,& omnes patres,omnisq; populus,atq; omnes gentes nouerint cõ
ditorem mundi, & fateãtur deum, Ieſus veſter, qui longe poſterior patribus apparuit, dicit:
Lucæ.10 Nemo nouit filium,niſi pater:neq; patrem quis,niſi filius,& cui voluerit filius reuelare. Ita er
go & Ieſus veſter alium eſſe deum incõprehenſibilem omnibus,& incognitum fatetur. Tum
Petrus:Contraria,inquit,tibimetpſi te proferre non ſentis.Si enim & Ieſus noſter ſcit iſtum,
quem dicis incognitum deũ,ergo iam non à te ſolo eſt cognitus.Imò ſi Ieſus noſter eum no-
uit,Moyſes quoq; qui & Ieſum vẽturum eſſe prophetauit, ſine dubio nec ipſe ignorauit eum:
propheta enim erat:& qui de filio prophetauit,ſine dubio cognouerat patrem.Si enim in vo H
luntate eſt filij,reuelare patrem cui voluerit filius, qui ab initio & ſemper cum patre fuit per
ſingulas quaſq; generationes, ſicut reuelauit Moyſi patrem, ita & aliis prophetis. quod ſi eſt,
nulli patrum fuiſſe eum incognitum conſtat.Tibi vero qui filium non credis,quomodo po-
tuit reuelari pater,qui nulli notus eſt,niſi cui voluerit filius reuelare?Reuelat autem filius pa-
trem his, qui ita honorificant filium, ſicut honorificant patrem. Tum Simon: Memen-
to,inquit, quia filium dixiſti habere deum, quod eſt iniuriæ: quomodo enim habere fili-
um poteſt,niſi ſimilia hominibus,aut animalibus patiatur? Sed de his non eſt nunc tempus
arguere profundam ſtultitiam tuam: feſtino enim de immenſitate ſummæ lucis exponere,
& iam nunc audi. Puto eſſe aliquã virtutem immenſæ & ineffabilis lucis, cuius magnitudo I
Virtus incognita Simonis. incomprehenſibilis habeatur, quam virtutem etiam mundi conditor ignoret, & legiſlator
Moyſes, & magiſter veſter Ieſus. Tunc Petrus: Non tibi videtur amentiæ res eſſe,adſerere
velle quempiam,quod ſit alius deus,quàm deus omnium,& dicere,puto eſſe virtutem quan-
dam,& prius quàm ipſi certum ſit quod loquitur,hoc velle aliis confirmare?Eſtne aliquis ita
præceps qui verbis tuis credat: in quibus teipſum videat dubitantem?& admittat eſſe aliquã
virtutem incognitam creatori deo,& Moyſi,& prophetis,& legi,& Ieſu etiam magiſtro no-
ſtro?quæ virtus ita bona ſit,vt nulli velit innoteſcere,niſi vni tantum, & hoc tibi tali? Tum
deinde ſi noua eſt iſta virtus, quomodo nobis non dat nouum aliquem ſenſum, præter hos
quos gerimus quinque,vt ex ipſo ab eo nobis largito nouo ſenſu,ipſam quæ noua eſt, capere K
& intelligere poſſimus?aut ſi non poteſt largiri,quomodo tibi largita eſt?aut ſi tibi reuelauit,
cur non & nobis?Si vero à temetipſo intellexiſti, quę ne prophetæ quidem ſentire,aut intel-
ligere potuerunt,dic age nobis nunc,quid vnuſquiſq; noſtrum cogitat:ſi enim tantus eſt in te
Quibus argumẽtis Petrus diuinitatẽ Simonis probauit, ſpiritus,vt ea quæ ſuper cœlos ſunt,incognita omnibus, & omnibus incomprehenſibilia co-
gnoſcas,multo facilius cogitationes humanas,quæ in terris habentur,agnoſcis. Quod ſi co-
gitationes noſtras,qui hic ſtamus,non potes ſcire,quomodo ea quæ nullis eſſe cognita adfir-
mas,ſcire te dicis?Crede autem mihi,quia nunquam ſcires quid eſt lux, niſi ab ipſa luce ac-
cepiſſes & viſum & intellectum videndi:ſic & in cæteris: hinc accepta intelligentia, maius
aliquid & ſublimius ſomnij inſtar excogitas, occaſione tamen ex iſtis quinque ſenſibus ſum- L
pta,quorum largitori ingratus es.Certus autem eſto, quod donec nõ inuenis nouum aliquẽ
ſenſum,qui extra hos quinq; ſit,quibus omnes vtimur,nouũ adſerere nõ poteris deum.Et Si-
mon: Cum quinque ſenſibus conſtent omnia quæ ſunt,nihil nouum addere, virtus illa cun-
Sextus ſenſus præſcientiæ. ctis eminentior,poteſt.Et Petrus ait,falſum eſt.Eſt enim & alius ſextus ſenſus, id eſt præno-
ſcendi:iſti enim quinque ſenſus ſcientiæ capaces ſunt,ſextus autem præſcientiæ eſt,quem ha-
buere prophetæ.Tu ergo quomodo potes deum omnibus incognitum noſſe, qui nec prophe
ticum ſenſum,qui eſt præſcientiæ,meruiſti? Tum Simon cœpit dicere:Hanc quam dico vir-
tutem incomprehenſibilem,& eminentiorem cunctis,etiam ipſo qui mundum condidit deo,
neque angelorum quiſquam,neq; dæmonum nouit,neq; Iudæorum, neq; vlla omnino quæ à M
conditore deo ſubſtitit creatura.Quomodo enim poterat, quam creator ipſe nõ nouerat,lex
me ipſius creatoris edocere,cum nec ipſa ſciret quod doceret?Et Petrus: Miror, inquit, quo-
modo tu ex lege plus potueris diſcere, quàm docere vel ſcire lex poterat? & quomodo ho-
rum quæ adſerere vis probationes dicas te ex lege proferre, cum neque legem adſeras noſſe
Scõma Petri in Simonis diuinitatem. ea quæ dicis,neq; eum qui legem dedit,id eſt mundi creatorem?Sed & hoc miror, quomodo
tu qui ſolus hæc noſti,hic modo cum omnibus ſtes,breuis atrij huius ambitu circundatus.Et
Simon videns cum omni populo ridentẽ Petrũ,Rides,inquit,Petre,cum ſermo de tantis re-
bus,& tam eminẽtibus habeatur?Tum Petrus:Noli,inquit, idignari Simon: nihil enim præ-
ter promiſſionem noſtram gerimus,neq; aures noſtras claudimus,tu dicebas: neq; ſtatim vt

audiuimus

A audiuimus à te ineffabilia proferri,in fugam verſi ſumus,ſed ne loco quidem moti. Neque
enim veriſimilia ſaltem aliqua proferuntur abs te,quæ nos poſſint aliquatenus deterrere:aut
certe aperi nobis intelligentiam dicti huius,quomodo tu ex lege didiceris deum,quẽ lex ipſa
neſcit,& quem ipſe qui legem poſuit ignoret.Et Simon:Si inquit,ridendo ceſſaſti,euidenti-
bus adſertionibus comprobabo.Et Petrus ait:Quin deſinam,vt poſſim diſcere à te,quomo-
do tu à lege didiceris,quæ lex neſcit,& quæ ipſe deus legis ignoret. Et Simon: Audi,inquit,
manifeſtum eſt omnibus,& ineffabili quadam ratione compertum,vnum eſſe deum,qui ſit
omnium melior,à quo omne quod eſt,ſumpſit exordium,vnde & neceſſariò ſubiecta ſunt ei
omnia quæ poſt ipſum ſunt,velut principi omnium & eminentiori. Ego ergo cum cogno- Simõ infirmũ noſtrũ deum cauillatur.
B uiſſem deum hunc qui creauerat mundum,ſecundum quod lex docet,in multis eſſe infirmũ:
longe autem abhorret infirmitas à perfecto deo,& hunc viderem non eſſe perfectum,neceſ-
ſariò alium eſſe intellexi,qui eſſet perfectus.Hic enim,vt dixi,ſecundum quod ſcriptura le-
gis docet,in multis infirmus eſſe deprehenditur.Primo,quod homo quem plaſmauit,non po
tuit permanere talis qualem ipſe voluerat:& quia nec bonus eſt,qui primo homini poſuit le-
gem,vt ab omnibus quidem lignis paradiſi ederet,de ligno autem ſcientiæ non contingeret:
ſed ſi guſtaſſet,moreretur.Cur enim vetaret eum veſci,vt ſciret quid eſſet bonum,vel quid
malum,vt ſciens,mala quidem vitaret,bona vero eligeret?Sed neq; ipſe hoc cõceſſit:& quia Tranſgreſſionis cauſam Simon imputat deo
ille præter mandatum guſtauit,& agnouit quid eſſet bonum,ac didicit honoris gratia veren
C da contegere,indecorum enim ſenſit reuelatis pudendis ſtare ante creatorẽ ſuum,ille eum,
qui honorem deo deferre didicerat,morte condemnat,& ſerpenti qui hæc oſtenderat,ma-
ledicit.Sed vtiq; ſi lædendus ex hoc erat homo,cur omnino lædendi cauſam in paradiſo po-
ſuit?Si vero bonum erat quod in paradiſo poſuit,non eſt boni prohibere à bono.Sic ergo cũ
is qui hominem fecit & mundum,ſecundum ea quæ lex refert,imperfectus ſit,alium ſine du
bio dat intelligi qui perfectus ſit. Neceſſe eſt enim eſſe aliquem omnium præſtãtiorem,pro-
pter quem & omnis creatura ordinem ſuum ſeruat.Vnde & ego ſciens,quia omnimodo ne-
ceſſe eſt aliquem benigniorem & potentiorem eo,qui legem dedit imperfecto deo,ex com-
paratione imperfecti,perfectum quid ſit intelligens,ex ipſa ſcriptura deum illum de quo ſcri
D ptum nõ erat,intellexi. Et hoc modo potui ô Petre ex lege diſcere,quod neſciebat lex. Quod
& ſi lex non dediſſet indicia,quibus colligeretur imperfectus eſſe deũs qui condidit mun-
dum,mihi poſſibile erat,etiam ex his quæ in hoc mundo geruntur malis,nec emendantur,
colligere:vel quia impoſſibilis eſt creator eius,qui male geſta non corrigit,ſi non poteſt:vel
ſi non vult auferre mala,ipſe malus ſit.Si vero neq; poteſt neq; vult,nec potẽs,nec bonus ſit:
& ex his neceſſe eſt colligi,quod alius ſit deus omnium præſtantior,& potentior. Ad hæc ſi
quid habes dicere,non moreris.Petrus reſpondit:Solent iſta ô Simon abſurda aduerſum deũ Lex ſine magiſtro nõ facile intelligitur.
meditari,hi qui legem non magiſtris tradentibus legunt,ſed ſemetipſos doctores habent, &
putant ſe intelligere poſſe legem,quam ſibi non expoſuit ille,qui à magiſtro didicerit. Verũ-
E tamen nunc,vt & nos ſecundum tuum ſenſum ſcripturam legis ſequi videamur,quia & im-
poſſibilem,& non bonum dicis oſtendi conditorem mundi,quomodo non vidiſti quod iiſdẽ
ipſis reprehenſionibus ſuccumbit,& ſubiacet etiam iſta virtus tua, quam dicis eſſe eminẽtio-
rem omnium? Eodem nanque modo de ipſa dici poteſt, quia omnia quæ hic male geruntur,
aut impoſſibilis eſt,quæ non corrigit: aut ſi poteſt,& non vult,mala eſt.Si vero neque poteſt,
neque vult,& impoſſibilis & imperfecta eſt. Vnde non ſolum ſimili culpæ virtus iſta tua no-
ua,ſed & deteriori inuenitur obnoxia, ſi ſuper hæc omnia etiam cum non ſit, eſſe credatur.
Nam is qui mundum creauit,hoc ipſum quod ſubſiſtit ex opere eius,quo mundum condidit,
palàm eſt,ſicut etiam ipſe confiteris.Iſta vero virtus,quam te ſolum ſcire dicis, nullum de ſe
F indicium præbet,per quod hoc ipſum ſaltem quod eſt & ſubſiſtit,poſſimus aduertere. Quale
eſt ergo,vt derelinquamus deum,in cuius mundo viuimus,& omnibus ad vitam neceſſariis
fruimur,& ſequamur neſcio quem,cuius non ſolum nihil conſequimur boni, ſed ne hoc ip-
ſum quidem,quod ſit,ſcire poſſumus, ſcilicet quia nec eſt: ſiue enim eum lucem appelles, &
luce iſta quam cernimus clariorem,nomen ipſum à mundi conditore mutuaris: ſiue ſubſtã-
tiam dixeris ſuper omnia,intelligentiam hinc profers cum ſermonis augmento: ſiue mẽtem,
ſiue bonitatem,ſiue vitam,ſiue aliud quid memoraueris, hinc vocabula mutuaris. Cum ergo
nihil noui de illa virtute quam dicis,non ſolum ad intelligendum,verum ne ad nominandũ
quidem habeas,quomodo introducis nouum deum, cuius ne appellationem quidem inuenis
nouam?Virtus enim non ſolum creator mundi dicitur, ſed & miniſtri gloriæ eius, omnisq;

militia

Universidad de Deusto
Biblioteca

militia cœlestis.Non tibi ergo melius videtur esse,vt sequamur factorem nostrum deũ, tãquam patrem erudientem nos,& imbuentem sicut ipse nouit?Quod & si sit aliquis, vt tu dicis,benignior omnium deus,certum est,quia non irascetur nobis:si vero irascitur, malus est. Noster autem deus si irascitur & vindicet,non est malus,sed iustus: proprios enim filios corripit & emendat.Ille vero qui nihil nobiscũ habet negotij,si vindicare velit in nos,quomodo bonus erit?supplicia sumens de nobis,quod non derelicto patre nostro ipsum sequuti sumus, inanibus suspicionibus tracti:quomodo ergo iste talis bonus à te adseritur, qui nec iustus intelligi Potest?Tum Simon: Tantũ ne erras Petre,vt nescias, quia animæ nostræ à bono deo sunt illo omniũ prestãtiore,sed captiuę deductæ sunt in hunc mundũ?Et Petrus: Ergo nõ est omnibus incognitus,sicut paulò ante dicebas:& tamen quomodo indulsit bonus deus captiuitatem fieri animarũ suarum,si erat super omnes potentior virtus?Et Simon:Ipse misit creatorem deum,vt conderet mundũ,sed ille mundo cõdito semetipsum pronunciauit deum.Et Petrus:Ergo nõ ignoratur ab eo qui cõdidit mundũ,vt superius dixeras:sed neq; animę ignorant eum,siquidẽ ab ipso abductæ sunt.Cui ergo iam erit incognitus,si & mundi creator nouit eum,vtpote ab ipso missus,secundũ ea quę tu dicis,& omnes animæ tanquam ab ipso huc violenter abstractæ?Tum deinde dicas velim,qui mittebat cõditor mundi,nõ sciebat eũ,qui mittebatur,fidem non seruaturum? si nesciebat, præscius non erat:si vero præscii & passus est,facti huius ipse reus est,qui non vetuit:quod si non potuit, omnipotens non est. Si vero, quasi bonum id sciens,nõ prohibuit,inuenitur ille esse melior qui præsumpsit facere id, quod ille qui mittebat ignorauit bonum.Et Simon: Volentes,inquit, ad se venire suscipit, & ipsis benefacit.Et Petrus:Nec hoc nouum est,hoc enim facit & hic, quem mundi creatorem fateris.Et Simon: Sed bonus deus,tantum si agnoscatur,salutem præstat.Mundi autem conditor exigit etiam legem impleri.Et Petrus: Ergo & adulteros,& homicidas saluat,si cognouerint eum: bonos autem & sobrios,vel misericordes,si nullum de eo indicium capiẽtes,ignorauerint eum,non saluat.Magnum bonũ prædicas,qui non tam malos saluet,quàm qui bonis nullam misericordiam præstet.Et Simon : Magnus sanè labor est agnoscere eum homini in carne posito. Omnibus enim tenebris tetrius,& omni luto grauius est corpus hoc, quo circundatur anima.Et Petrus: Ergo bonus iste deus quæ difficilia sunt,quærit . Qui autem vere deus est,faciliora expetit . Dimittat itaque nos quasi bonus , apud patrem & creatorem nostrum,& quando discesserimus è corpore,& istas,quas dicis,tenebras reliquerimus , tunc eũ facilius agnoscemus,& tunc magis anima conditorem suum esse intelliget deum,& apud ipsum permanebit,nec vltra diuersis cogitationibus fatigabitur,neq; volet ad aliam confugere virtutem,quæ nulli cognita est,nisi Simoni soli:quę tantæ bonitatis est,vt nisi quis prius impius extiterit in parentem suum,ad ipsam venire nõ possit.Nescio quomodo hęc virtus vel bona,vel iusta appellanda sit,cui placere nõ potest,nisi quis impie se gesserit in eum,à quo factus est.Et Simon: Non est impium vtilitatis gratia,& lucri maioris, confugere ad eum qui opulentioris est gloriæ.Et Petrus: Si,vt tu ais,non est impium confugere ad alienum,multo magis pium est permanere apud proprium patrem , etiam si pauper sit.Aut si non putas esse impium,vt relicto patre nostro confugiamus ad alium,quasi meliorem , neq; indignari credis pro hoc creatorem nostrum:multo magis bonus deus nõ indignabitur , quod cum essemus ab eo alieni,non confugimus ad eum,sed permansimus apud creatorem nostrum: & puto quod ex hoc magis conlaudabit nos , quia fidem seruamus creatori nostro deo: considerans quia si suiipsius fuissemus,nunquam relinquentes ipsum , seduci inlecebris potuissemus alienis.Nam si quis opulentioribus inlectus pollicitationibus , relicto proprio parente, confugiat ad alienũ:potest fieri,vt iterũ relicto eo,ad alium pergat qui maiora promiserit,eo magis quod ipsius proprius nõ erat filius:quippe qui etiã eum,qui ei natura pater erat,reliquere potuit.Et Simon:Quid si ab illo sint animæ,& ignorant eum, & ille est vere pater ipsarum?Et Petrus:Satis,inquit,ostendis eum inualidũ.Nam si potentior , vt ais, omnibus est, nunquã potentiori inualidior spolia detraxisse credẽdus est:aut si potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator deus,quomodo eas corpore emissas,& captiuitatis vinculis resolutas,bonus deus vocabit ad pœnã,quæ per ipsius vel desidiam,vel infirmitatem , abstrahi ad hunc locum,& inuolui corpore quasi tenebris ignorantiæ potuerunt?Videris mihi ignorare quid sit pater & deus, verum & animæ vnde sint, vel quando , & quomodo factæ, possem dicere:sed hæc nunc tibi aperire fas non est,in tanto errore posito de scientia dei.Tũ Simon: Erit,inquit,tempus cum pœnitebit te, quod dicentem me de ineffabili virtute non

Iust⁹ est dominus si corrigit,iusmus enim filij

Animæ captiuæ deductę in mũdũ Impudens mendacium Simonis.

Lucæ.11

intellexeris.

intellexeris.Et Petrus ait:Da ergo nobis,vt sæpe iam dixi,tanquam nouus deus,aut qui ab illo descenderis,sensum aliquem nouum,per quem,nouum quem dicis deum,possimus agnoscere: isti enim quinq; sensus,quos nobis dedit creator deus, creatori suo fidem seruant , nec alium quenquam esse sentiunt deum,hoc eis ipsa sui præstante natura. Ad hęc Simon: Adhibe,inquit,animum ad ea quę dicturus sum,& facito eum inuisibilibus semitis incedentẽ,peruenire ad ea quæ tibi demõstrauero. Ausculta ergo nunc : Nunquã ne in cogitatione positus, extendisti mentem tuã in regiones vel insulas porrò positas? & ita in eis fixus animo mansisti,vt ne præsentes quidem videre,aut temetipsum scire vbi sederes,præ suauitate eorũ, quæ habebantur in oculis,posses?Et Petrus ait:Verum est Simon: hoc mihi frequenter accidit.Et Simon: Ita & nunc sensum tuum extende in cœlum,& iterum super cœlum:& vide quia debet esse aliquis locus qui sit vltra mundũ,vel extra mundum,in quo neq; cœlum sit,neq; terra,ne vmbra horum etiã ibi tenebras operetur. Et ob hoc cum neq; corpora aliqua in eo sint, neque ex corporibus tenebræ,necessario sit lumen immensum: & lumen considera cuiusmodi esse possit,cui tenebræ nullæ succedunt.Nam si vniuersum hunc mundum , solis huius replet lux,quantum æstimas esse illud incorporeum lumen,& infinitum?tantum fine dubio , vt istud solis lumen,ad illud,tenebræ,& non lux esse videatur.Hæc cum diceret Simon , Petrus respondit: De vtroque ergo patienter ausculta,id est,& de exemplo extendendi sensus, & de immensitate lucis.Scio meipsum ô Simon aliquando in cogitatione positum,extendisse sensum meum in regiones,vt ais: & insulas procul positas,easq; mente non minus, quàm oculis perspexisse: cum essem Capernaum in captura piscium positus, & sederem supra saxum , hamum setæ innexum,& decipiendis piscibus aptatum,habens in manu,ita vt hærentem ei non senserim piscem,dum mens mea per desiderabilem mihi Hierusalem distenta , percurreret, ad quam sanè,oblationum gratia & orationum,vigilans frequenter ascenderam. Verum & Cæsaream hanc mirari ab aliis audiens,& desiderare solebam: & eam , in qua nondum fueram,videre mihi videbar, & cogitabam de ea quæ conueniret de ciuitate magna cogitari, portas,muros,lauacra,plateas,angiportus,fora,& horum consequentia,secundum ea scilicet quæ in aliis vrbibus videram: & in tantum intentione huiuscemodi intuitus delectabar , vt verè,sicut ipse dixisti,nec præsentem atque adstantem viderem,nec ipse vbi sederem nossem. Et Simon:Modo,inquit, recte dicis.Et Petrus denique:Cum piscem maximum qui hamo inhæserat,mente occupatus habere minime sentirem:& id quidem cum hami lineam de manibus meis violenter arriperet,stupentem me videns frater meus Andreas , qui mecum sedebat,ac penè casurum,latus fodiens cubitu,velut dormientem excitat,dicens : Non vides Petre,quàm magnum piscem cœperis? nunquid nam mente excidisti,quod sic attonitus stupes? quid est,quod pateris? dic mihi.Et ego indignatus ei paululum,quod me à dulcedine eorum quæ intuebar,abstraxerit,respondi nihil me mali pati,sed animo desiderabilem mihi intueri Hierusalem,simulq; Cæsaream: & corpore quidem cum ipso esse,mẽte verò illuc penitus auferri.At ille,nescio vnde inspiratus,reconditum & secretũ veritatis protulit verbum:Desine inquit,Petre:quid est quod agis?hi enĩ qui dæmone incipiunt repleri,vel moueri mẽte, huiuscemodi initia habẽt,per phantasias primo ad iucũda quæq; & delectabilia transferuntur: deinde ad ea quæ non sunt,vanis & inanibus motibus effunduntur . Hoc autem accidit ex languore quodam animæ,quod ea quidem quæ sunt,non videt: desiderat vero adducere ad cõspectus suos ea quæ non sunt.Sed & illis ita accidit,qui phrenesin patiuntur , & videntur sibi multas imagines vdere,pro eo quod nimietate frigoris vel caloris anima ipsorum conuulsa & emota locis suis,errorem patitur ministerij naturalis.Sed & hi,qui laborant siti,cum in soporem venerint,flumina & fontes videre sibi vidẽtur, ac bibere:hoc autẽ patiuntur, aridita-
te intemperati corporis laborantes. Propter quod certum est, hæc vitio quodam,vel animę, vel corporis fieri.Deniq; vt accipias rei fidem,de Hierusalem,quam sæpe videram, dicebam fratri meo,quę loca,quòsve conuentus,visus mihi fuissem videre.Sed & de Cæsarea,quã nũquam videram,nihilominus contendebam,quod esset talis,qualem mente & cogitatione cõceperam.Cum autem venissem huc,nihil omnino simile respiciens eorum, quæ per phantasias videram,reprehendi memetipsum,& notaui valde,quia ex aliis quæ videram , portas ei, & muros,aliásque ædes,reuera similitudinem ex aliis capiens , dederam . Neque enim quis potest nouum aliquid , & cuius forma nulla vnquam extiterit , cogitare . Nam & si vellit aliquis tauros , cum quinis capitibus , ex sua cogitatione formare , ex istis quos vidit cum singulis capitibus,illos quinis capitibus fingit.Et tu ergo nũc,si vere aliquid tibi videris

Lumen immensum supra cœlos.

Phrenetici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua cogitatione perſpicere,& ſupra cœlos intueri, nõ dubium quin ex his ea cõſideres quę in G
terris poſitus vides. Aut ſi putas facilem menti tuæ acceſſum eſſe ſuper cœlos,& cõſiderare te
poſſe quæ illic ſunt,atq; immenſæ illius lucis ſcientiam capere:puto ei,qui illa poteſt cõpre-
hendere,facilius eſſe vt ſenſum ſuũ,qui illuc nouit aſcendere,in alicuius noſtrũ qui adſiſtim°,
cor & pectus iniiciat, & dicat,quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicuius noſtrum,
qui tamen nõ ſit erga fauorem tuũ occupatus,enunciare cogitationes cordis, poterimus tibi
fortaſſe credere,quod & ea quæ ſuper cœlos ſunt,ſcire potueris, licet illa multo ſint celſiora.
Ad hæc Simon:Qui vero,inquit,multas nęnias texuiſti,audi iam nunc.Impoſſibile eſt omne
quod ad cogitationem hominis venerit,nõ etiam re ipſa ac veritate ſubſiſtere:quæ enim non
ſubſiſtunt,nec ſpeciem habent: quæ autem ſpeciem non habent, nec cogitationi poſſunt oc- H
currere. Et Petrus:Si omne,inquit,quod ad cogitationẽ venire poteſt ſubſiſtit,iſtum quem di
cis extra mundum eſſe immenſitatis locum,ſi eum quis in corde ſuo lumen eſſe cogitet,alius
vero tenebras,quomodo poterit vnus atq; idem locus ſecundum eos,qui diuerſa de eo cogi-
tarunt,& lumen eſſe,& tenebræ?Et Simon: Omitte nunc iſta quæ ego dixi, tu quid eſſe putes
ſuper cœlos dicito. Et Petrus:Si de vero,inquit,fonte luminis crederes,poſſẽ te docere,quid,
& quomodo eſſet quod immenſum eſt, & non phantaſiam vanam, ſed & conſequentem &
neceſſariam rationem redderem veritatis, nec adſertionibus ſophiſticis, ſed legis & natu-
ræ teſtimoniis vterer,vt ſcires quia immenſitatis fidem præcipue continet lex. Quod ſi im- I
menſitatis ratio non latet legem, nihil profecto aliud eam latere poteſt: & ideo falſum eſt,
quod putaſti eſſe aliquid quod ignoret lex. Multo autem amplius nihil latebit eum,qui legem
dedit. Nec tamen poſſum tibi aliquid de immenſitate,& his quæ ſine fine ſunt,loqui,niſi pri-
us de his,qui certo fine terminantur cœlis,rationẽ vel receperis noſtram, vel ipſe protuleris
tuã. Quod ſi de his quę certis finibus concluduntur intelligere nõ potes: multo magis de his
quæ ſine fine ſunt,neq; ſcire aliquid poteris,neq; diſcere. Ad hæc Simon: Melius,ait,mihi vi-
detur ſimpliciter credere,quia deus eſt,& quia ſolum iſtud quod videmus ſit cœlum in vni-
Duo cœli. uerſo mundo. Et Petrus: Non ita,inquit,ſed vnum quidem confiteri conuenit deum qui ve-
re eſt. Cœlos autem eſſe qui ab eo facti ſunt, ſicut & lex dicit: quorum vnum cœlum ſit ſu-
Viſibile cœ perius,quo cõtinetur etiam viſibile firmamentum,illud eſſe perpetuum & æternum,cum his K
lũ reſoluetur in nouiſſimo die. qui habitant ibi. Iſtud autem viſibile in conſummatione ſeculi reſoluendum eſſe, & tranſire,
vt illud cœlum,quod eſt antiquius & excelſius, poſt iudicium ſanctis & dignis appareat. Ad
hæc Simon reſpondit:Hæc ita eſſe,vt tu dicis,credentibus poſſent videri. Ei autem qui horũ
expectat rationes,impoſſibile eſt ex lege proferri,& præcipue de immẽſitate lucis. Et Petrus:
Veritas ratione munienda eſt. Noli,inquit,putare nos,quod ex fide ſola recipienda eſſe dicamus,ſed ex ratione adſerenda.
Neque enim tutum eſt nudæ hæc fidei,abſque ratione committere,cum vtiq; veritas ratione
non careat. Et ideo qui hæc ratione munita ſuſceperit,perdere eam nũquam poteſt: qui vero
abſque adſertionibus ea ſuſcipit ſimplicis ſermonis adſenſu,neque ſeruare ea tuto poteſt,ne-
que ſi vera ſint certus eſt: quia qui facile credit,facile & recedit: qui autem rationem quæſi- L
uit eorum quæ credidit,& accepit,quaſi vinculis quibuſdam rationis ipſius conligatus, nun-
quam ab his quæ credidit,diuelli,aut ſeparari poteſt. Et ideo quanto quis propenſior fuerit
in expetenda ratione,tanto erit firmior in conſeruanda fide. Ad hæc Simon: Magnum eſt,
inquit,quod repromittis,vt immenſæ lucis æternitas ex lege poſſit oſtendi. Cumq; Petrus di
xiſſet,quãdo volueris:Simon ait:Quoniã hora iam multa eſt,craſtino adſtanti mihi & reni-
tenti,ſi probare potueris,factũ eſſe hunc mũdum,& animas eſſe immortales, habebis me ad-
iutorem prædicationis tuæ. Et cum hæc dixiſſet,egreſſus eſt: ſequuta autem eſt eum ex omni
Petri miracula. populo qui cum ipſo venerat pars tertia,qui erant quaſi mille viri: cęteri vero flexis genibus
proſtrabant ſe Petro,ſuper quos ille inuocato dei nomine, alios dæmonia habentes curauit, M
alios etiam languentes ſanauit,& ita lætantem populum dimiſit, mandans ei, vt in craſti-
num diem maturius conuenirent. Petrus vero cum receſſiſſent turbæ, ſterni iuſſit humi ſu-
bere atrij nudo vbi fuerat diſputatum,& recubuit vnà cum illis vndecim: ego vero cum a-
liis quibuſdam,qui & ipſi initia audiendi verbi dei acceperant, & erant chariſſimi, recum-
Clemẽs excluſus à mẽſa. bens ſumebam cibũ. Sed benigniſſimus Petrus cõſiderans, ne fortè triſtitiam mihi inferret
iſta ſequeſtratio,ait ad me:Non pro ſuperbia ô Clemens conuiuium nõ ago cum his,qui nõ-
dum purificati ſunt,ſed vereor ne fortè mihi quidem noceam,ipſis autem nihil proſim. Hoc
enim pro certo ſcire te volo,quia omnis qui idola coluit aliquando, & eos quos pagani no-
minant deos, adorauit,vel de immolatis eorũ deguſtauit, ſpiritu immundo non caret: con-
uiua

A uiua enim factus eſt dæmonũ,& participium ſumpſit eius dæmonis,cuius in mẽte ſua ſpeciẽ,
vel timore,vel amore,formauit:& per hæc mundus nõ eſt à ſpiritu immundo. & ideo purifi-
catione indiget baptiſmi,vt exeat ab eo ſpiritus immũdus, qui interiores animæ ipſius in ſe-
dit affectus,& quod eſt deterius,nec,quod intrinſecus lateat,indicatur, vti ne publicatus fu-
getur. Amant enim iſti ſpiritus immundi inhærere corporibus hominũ, vt ipſorum miniſte- Spũs immũ
rio cupiditates ſuas expleant,& ad ea quæ ipſi deſiderant, inclinantes animæ motus, ſuis eos di cur occu
parere libidinibus cogant,vt efficiãtur ex integro vaſa dæmonum. Ex quibus vnus eſt Simon pent hoſtes.
hic,qui tali quodã morbo cõprehenſus,nec ſanari iam poteſt, quia voluntate & propoſito æ-
grotat. Nec cõtra voluntatem eius habitat in eo dæmon: & ideo ſi eum quis fugare velit &
B expellere ab eo,cum ſit inſeparabilis,&,vt ita dicam,anima iam eius effectus,videbitur magis
necare eum,& homicidij crimen incurrere. Nemo ergo veſtrũ contriſtetur à cõuiuio noſtro
ſeparatus,tẽpore enim aliquo obſeruare debet vnuſquiſq; ſanè quãto ipſe voluerit. Paruo e-
nim tempore ſequeſtratur,qui citò voluerit baptizari: multo autem,qui tardius. Vnuſquiſq;
ergo in ſua habet poteſtate,breue aut longum pœnitentiæ ſuæ tempus exigere: & ideo in vo-
bis eſt,quando velitis ad noſtram conuenire menſam,& non in nobis, quibus permiſſum nõ Baptizati
eſt,ſumere cum aliquo cibum,niſi prius fuerit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis à nõ comede-
veſtro conuiuio,ſi ad purificandum moras habeatis,& tardius baptizemini. His dictis cum bant cum il
benedixiſſet,cibum ſumpſit. Et poſt hæc cum gratias egiſſet deo,ingreſſus quieuit,ſimiliter au lotis.
C tem & nos omnes,erat enim iam nox.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS ad Iacobum fratrem domini, Liber tertius, Rufino Torano Aquileienſe interprete.

D IN TEREA Petrus gallorum cantibus ſurgens, & excitare nos volẽs, inuenit vigilantes,veſpertino adhuc lumine perdurãte:cumq; ex more ſalutauiſſet,& reſediſſem° omẽs,ita exorſus eſt: Nihil eſt difficilius, Difficile eſt
fratres mei,quàm de veritate apud permixti populi multitudinẽ diſputare. Quod enim eſt,omnibus,vt eſt,dici non licet,propter eos qui apud,pmiſcuã plebẽ
maligne & inſidioſe audiunt: fallere vero nõ expedit, propter eos qui de veritate
ſyncere audire deſiderant veritatem. Quid ergo faciet cui ad indi- dicere.
ſcretũ populũ ſermo eſt,occultet quod verũ eſt? Et quomodo inſtruet
eos qui digni ſunt? Sed ſi merã proferat veritatẽ his,qui ſalutẽ conſequi nõ deſiderent, illi à
quo miſſus eſt,iniuriam facit,à quo & mandatũ accepit,ne mittat verborum eius margaritas
E ante porcos & canes,qui aduerſum eas,argumẽtis ac ſophiſmatib° reluctãtes,ipſas quidẽ cœ- Cœno carnalis intelligẽtiæ corrumpitur ſcriptura.
no intelligẽtię carnalis inuoluant:latratibus autẽ ſuis & reſponſionibus ſordidis, rũpant & fa
tigent prædicatores verbi dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodã verbi vtens,
tentare nitebar, ne principalem de ſumma diuinitate intelligentiam, minus dignis auribus
publicarem. Et poſt hæc incipiens de patre,& filio,& ſpiritu ſancto,breuiter nobis & euiden-
ter expoſuit,vt omnes audientes miraremur,quomodo homines derelicta veritate,conuerſi
ſunt ad vanitatem. Sed cum inluxiſſet dies,ingreſſus eſt quidam,dicens: Multitudo plurima
expectat in atrio,in quorũ medio ſtat Simon,perſuaſionibus peſſimis præuenire aures popu- Secũdus cõ
li cupiens. Et Petrus ſtatim egreſſus,ſtetit in loco in quo pridie diſputauerat:omiſiq; ad ipſum greſſus Pe
F populus cõuerſus,cum gaudio intendebat in eum. Simon vero vbi ſenſit gauiſum eſſe popu- tri cum Si
lum de conſpectu Petri, & erga affectum eius moueri, obſtupefactus ait: Miror hominum mone.
ſtultitiam,qui me magum dicunt,& Petrum diligunt: cum vtiq; olim habẽtes notitiam mei,
me magis diligere deberent: & ideo ex hoc indicio, qui habent ſenſum, poſſunt intelligere,
quia magis Petrus magus videri poteſt,cum mihi,cui ex conſuetudine debitus propemodum
eſt,non defertur affectus: illi autem,cui nullo vſu debetur, abundanter expenditur. Et cum
multa huiuſcemodi Simon diceret, Petrus ſalutato ex more populo, ita reſpondit: Suffi-
cit vnicuique ô Simon ad confutandũ conſcientia ſua: quod ſi hoc miraris, quod noti
non ſolum te non diligunt, ſed & oderunt, tui cauſam diſce à me. Cum ſis ſeductor, veri-
tatem te prædicare profiteris: ob hoc plures,deſideriũ gerentes diſcẽdæ veritatis,amicos ha-

 buiſti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

buisti.Sed hi vbi contraria in te quàm profitebaris,viderunt,qui amatores erant,vt dixi, ve- G
ritatis,non ſolum nõ diligere te,ſed & odiſſe cœperunt . Non autẽ ſtatim ab eis deſertus es,
quia vel pollicebaris adhuc te eis oſtẽdere,poſſe,quod verũ eſt.Donec ergo nondũ aderat qui
poſſet oſtẽdere,patiebãtur te:vbi vero ſpes eis doctrinę melioris adriſit,te contẽnentes,quod
melius intelligunt,noſſe deſiderãt.Et tu quidẽ nefariis artibus agens,ab exordio latere te poſ
ſe credidiſti,ſed nõ lates:vrgeris enim,& cõtra ſpem publicaris , quia nõ ſolum ignoraſti ve
Lucæ.8 ritatem,ſed nec audire voluiſti ab his qui eam ſciebant.Si enim audire voluiſſes, innotuiſſet
vtiq; tibi ille ſermo eius,qui ait,quia nihil eſt occultũ,quod nõ agnoſcetur:neq; opertũ , quod
non reueletur.Hęc & his ſimilia dicente Petro,Simon reſpõdit:Nolo me verbis occupes Pe-
tre: repeto abs te,quæ heſterno promiſeras: dicebas enim oſtendere te poſſe, quia lex doceat H
de immenſitate lucis æternæ,& quod duo tantũ ſint cœli,& ipſi creati: ſed ſuperius eſſe lucis
illius ſedem,in qua ſolus in æternũ reſidet ineffabilis pater.Ad illius vero cœli ſimilitudinẽ,
Vnus immẽ ſius. factum eſſe etiam iſtud viſibile cœlũ,quod & tranſiturum cõfirmabas.Vnum ergo dixiſti eſ-
ſe patrem omnium,quia nõ poſſunt duo eſſe immenſi,alioqui neuter eorum immenſus erit,
quia in eo quo alter ſubſiſtit,alteri finem ſubſiſtendi facit . Si ergo hæc nõ tantum polliceris,
ſed & oſtendere potes ex lege,omittens plura loqui,hinc incipe.Et Petrus : Si propter te,in-
Prædicato- ribus velut agricolis, nõnulla ſe- mina per- eunt. quit,qui ad contradicendum tantũmodo venis,rogarer de his dicere, nunquam à me vnum
ſaltem poſſes audire ſermonem.Sed quoniam neceſſe eſt agricolam,qui vult bonam terram
ſeminare, nonnulla ſemina perdere,aut in petroſis,aut in his,quæ ab hominibus conculcan- I
da ſunt,vel in dumoſis ac repletis ſentibus,locis, ſicut & magiſter noſter expoſuit diuerſita-
tem propoſiti vniuſcuiuſque animæ per hæc indicans,non morabor . Tum Simon : Videris
mihi,inquit , iraſci : quod ſi eſt , non neceſſe eſt inire conflictum. Et Petrus: Video te ſentire
quod arguendus ſis,& vis vrbane ſubterfugere certamen:nam quid vidiſti me iratum feciſ-
ſe in te hominem,tantum populum decipere cupientem?& cum nihil habeas quod dicas,mo
deſtiam ſimulantem,qui & autoritate tua iubes,vt quomodo ipſe vis,& non quomodo ordo
poſtulat controuerſia moueatur.Et Simon : Imperabo mihiipſi ſapientia vti ad imperitiam
tuam,vt oſtendam te quidem velle populum ſeducere,me autem docere quæ vera ſunt. Sed
nunc omitto de immenſa luce diſcutere: quod interrogo te , hoc mihi reſponde . Cum deus K
fecerit vniuerſa,vt tu dicis,vnde eſt malum? Et Petrus: Hoc modo interrogare non eſt ad-
uerſantis,ſed interrogantis. Si ergo vis diſcere,confitere,& prius te doceam , quomodo de-
beas diſcere: & cum didiceris audire,tunc iam te incipiam conſequenter docere. Si vero nõ
vis diſcere,tãquam ſciens omnia,ego prius expono fidem quam prædico,expone & tu, quod
tibi verum videtur.Et cum manifeſta fuerit vtriuſque profeſſio, iudicetur ab auditoribus cu
ius noſtrum ſermo ſit veritate ſubnixus.Et Simon ad hæc reſpondit:Riſus mihi eſt, ecce qui
Diſcẽtibus primo im- peritia ſua eſt agno- ſcenda. promittit quod me doceat.Veruntamen patiar te,& imperitiam tuam atque arrogãtiam fe-
ram: confiteor,diſcere volo,videam quomodo me poteris docere. Et Petrus : Si,inquit, ve-
re vis diſcere,diſce hoc primum,quàm imperite interrogaueris: ais enim,cum deus vniuer- L
ſa creauerit, vnde eſt malum? Ante enim quàm hoc rogares, tres interrogandi ſpecies præ-
cedebant.Primo,ſi eſt malum.Secundo, quid ſit malum. Tertio,cui ſit, & vnde . Ad hæc Si-
mon: O imperitiſſime,inquit,& ineruditiſſime,éſtne hominum quiſquam qui non confitea-
tur,quia ſit in hac vita malum?Vnde & ego putans te vel cõmunem omnium habere ſenſum,
interrogaui vnde ſit malum,nõ vt diſcere volens,qui omnia ſciam,abs te pręcipue qui nihil
noueris: ſed vt te oſtendam ignarum eſſe omniũ.& ne putes quia iratus ſum quod ita tecum
auſterius loquor:miſeratio me habet horũ qui adſunt,quos tu decipere conaris.Et Petrus ait:
Fumus nũquam eſt ſine igne. Multum malus es,ſi tantas iniurias non iratus facis:ſed impoſſibile eſt fumũ conſurgere,vbi
ignis nõ eſt.Verũtamen dicam,ne te verbis videar occupare, quo minus ad ea quæ abs te in- M
Hebræi negant eſſe ma lum. cõuenienter ſunt dicta,reſpondeam.Ais omnes fateri,quia ſit malũ:quod vtique falſum eſt:
nam primo omnium quia ſubſiſtat malum,vniuerſa Hebræorum negat gens . Et Simon in-
terrupto ſermone: Recte,inquit,faciunt qui dicunt non eſſe malum . Et Petrus: Non de hoc
nunc propoſuimus dicere,ſed quia nõ omnes dicunt eſſe malum . Secundum autem erat in-
terrogare te,quid eſt malum,ſubſtãtia,an accidens,an actus? ſed & alia multa huiuſmodi. Et
poſt hęc,erga quid,vel quomodo ſit,aut cui ſit malũ,vtrum deo an angelis,an hominib⁹ piis,
an impiis omnibus,an aliquibus,an ſibiipſi,an nulli.Et tunc interrogares vnde ſit, vtrũ nam
à deo,an ex nihilo,ſemper ne fuerit, an ex tempore cœperit,vtile ſit, an inutile , & alia mul-
ta quæ huiuſcemodi propoſitio exigit. Ad hæc Simon reſpondet : Ignoſce mihi, erraui de
prima

A prima interrogatione,ſed puta me nunc primum interrogare, eſt malum an non ? Et Petrus
ait:Quomodo interrogas,quaſi diſcere volens,an docere,an quæſtionis mouendæ gratia? Si
quidem quaſi diſcere volens,habeo quod te prius doceam, vt per cõſequentiam & ordinem Ordine diſ- cendũ eſt.
doctrinæ veniens,ex teipſo intelligas,quid ſit malum.Si vero vt docens proponis, non indi-
geo abs te doceri,habeo enim magiſtrum à quo omnia didici.Quod ſi quæſtionis mouendę,
& diſputandi gratia,vterq; noſtrum prius quod ſibi videtur,exponat, & ita certamen habea-
tur.Neque enim verum eſt vt interroges , quaſi diſcere volens, & contradicas vt docens,vt
poſt reſponſionem meam in tuo iudicio ſit,dicere,ſi bene,an male dixerim.Propter quod nõ
potes in loco cõtradicentis ſtans,iudex eſſe eorum quæ dicimus: & ideo,vt dixi, ſi certamen
B habendum eſt,vterq; noſtrum quod ſentit exponat,& nobis in conflictu poſitis, religioſi au-
ditores hi iuſti iudices erunt.Et Simon:Non tibi videtur abſurdum vt imperitus populus de
noſtris dictis habeat iudiciũ?Et Petrus:Non ita eſt:quod enim vni fortaſſe minus liquet , in-
ueſtigari à plurimis poterit:nã ſæpe etiam fama vulgi,prophetiæ ſpeciem tenet.Super hęc au
tem omnia,præſens hic omnis populus amore dei conſtrictus,hic adſtat, veriq; cognoſcendi
gratia:& ideo omnes iſti, quaſi vnus habendus eſt , pro vno eodemq; erga amorem veritatis
affectu: ſicut è cõtrario duo inter ſe ſi diſſentiant,multi ſunt, & diuerſi . Si autem vis indiciũ
capere,quomodo omnis hic populus qui adſtat,quaſi vnus ſit homo , ex ſilentio eius ipſo , &
C quiete conſidera:quomodo cum omni patiẽtia,vt vides,etiam antequã diſcant , veritati dei
honorem deferunt.Nondũ enim maiorem cultum,quẽ ei deferre debeant,didicerunt . Pro-
pter quod ſpero de clemẽtia dei,quod religioſum propoſitũ mentis eorum amplectetur erga
ſe,&veritatem prædicanti,victoriæ palmã dabit,vt manifeſtum eis faciat veritatis pręconẽ.
Tum Simon: De quo,inquit,vis haberi certamẽ?dic, vt & ego definiam quod mihi videtur,
& ita quæſtio incipiat.Et Petrus reſpõdit:Si quidem,vt mihi videtur,facere vis,ego ſecundũ
magiſtri mei præceptum fieri volo,qui primo omnium Hebrææ genti, quã ſciebat habere co
gnitionem dei,& quod ipſe eſſet qui fecerit mundum,præcipit,nõ vt eum quæreret quẽ ſcie-
bat,ſed voluntatẽ eius iuſtitiamq; perquireret:ſciens,quia in hominũ arbitrio poſitum eſt, vt Obſeruare mandata.
hoc quærentes inueniant,& faciant,atq; obſeruent ea de quibus iudicandi ſunt. Et ideo iuſſit
D nos quærere,nonvnde ſit malum,vt tu paulò ante requirebas,ſed iuſtitiam boni dei,regnum-
q; eius,& omnia,inquit,hæc adiicientur vobis.Et Simon:Quoniam,inquit,Hebræis iſta man
dantur.velut rectè ſcientibus deum,& opinantibus,quod vnuſquiſque in ſuo arbitrio habeat,
agere ea de quibus iudicandus eſt: mihi autem ab illis diſcrepat ſententia , vnde vis vt inci-
piam?Tum Petrus:Ego,inquit,ſuadeo primo quærendum eſſe , ſi in poteſtate noſtra eſt ſcire
vnde iudicãdi ſimus.Et Simon:Nõ ita,inquit,ſed de deo: vnde & omnes qui præſto ſunt, au-
dire cupiunt.Et Petrus:Conſtat ergo apud te,quia eſt aliquid in arbitrij poteſtate facere? hoc
tantũ ſi eſt,& requiramus,vt dicis,de deo.Simon ad hæc reſpondit: Nequaquam . Et Petrus: Argumẽtũ Petri, eſſe arbitriũ ali- quatenus li- berum.
Si ergo nihil eſt in noſtra poteſtate,ſuperfluum eſt nos quærere aliquid de deo, cum in pote-
ſtate non ſit quærentibus inuenire.Vnde bene dixeram,hoc primo quærendum eſſe,ſi eſt ali-
E quid in arbitrij poteſtate.Tum Simon: Non poſſum,inquit,ne hoc ipſum quidem intellige-
re,quod dicis,Si eſt aliquid in arbitrij poteſtate. At Petrus videns quod ad patrem ſe cõten-
tioſiorem declinat,ſuperari metuens,vt quaſi in incertum confundat omnia,reſpõdet:Quo-
modo ergo ſcis,quia non eſt in hominis poteſtate ſcire aliquid,cum hoc ipſe ſcias?Et Simon: Simõ negãs arbitriũ ad fatũ cõfugit
Neſcio,inquit,ſi vel hoc ipſum ſciam:vnuſquiſq; enim ſicut ei fato decernitur , vel ſapit ali-
quid,vel intelligit,vel patitur. Tum Petrus: Videte,inquit, fratres in quæ abſurda deciderit
Simon,qui ante meum aduentum docebat,quod homines in poteſtate haberent & ſapere , &
facere quæ vellent:Nunc in anguſtum redactus neceſſitate verborum,negat eſſe in hominis
poteſtate,aut ſciendi aliquid,aut agendi,& tamen audet ſe doctorem profiteri. Sed dic,quo-
F modo ergo deus iudicat ſecundum veritatem vnumquemq; pro actibus ſuis , ſi agere aliquid
in poteſtate non habuit? hoc ſi teneatur,conuulſa ſunt omnia , fruſtra erit ſtudium ſectandi Sublato li- bero arbi- trio quanta feneſtra a- periatur pec catis.
meliora,ſed & iudices ſeculi fruſtra legibus præſunt,& puniunt eos qui male agunt: nõ enim
in ſua poteſtate habuerunt,vt non peccarent.Vana erunt & iura populorum, quæ malis acti-
bus pœnas ſtatuunt: miſeri erunt & hi qui ſeruant cum labore iuſtitiam : beati vero illi , qui
in deliciis poſiti , cum luxuria & ſcelere viuentes , tyrannidem tenent . Secundum hæc er-
go, nec iuſtitia erit , nec bonitas , nec vlla virtus , & , vt vis , nec deus . Sed hæc , ô Simon,
cur dixeris ſcio , volens profecto effugere quæſtiones , ne poſſis manifeſtius confutari , &
ideo ais nõ eſſe in poteſtate hominis ſentire aliquid,aut inuenire.Si enĩ vere hoc ita ſenſiſſes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liberũ arbitriũ quid.

non vtiq; etiam ante aduentũ meum apud populum te profitereris doctorẽ. Ego igitur dico G
ſui eſſe arbitrij hominem. Et Simon: Quid eſt ſui arbitrij? dic nobis. Petrus ad hæc: Si nihil po
teſt diſci, cur & audire vis? Et Simon: Nihil habes ad hoc quod reſpõdeas? Tum Petrus: Dicã
nõ à te cõpulſus, ſed ab auditoribus rogatus. Arbitrij poteſtas eſt ſenſus animæ, habens virtu-
tem, qua poſſit ad quos velit actus inclinari. Tum Simon conlaudans Petrũ ſuper his quæ di-
xerat, Vere, inquit, magnifice & incõparabiliter expoſuiſti, bene enim dicenti tibi debeo teſti-
monium dare: hoc tamẽ quod te interrogo nunc, ſi expoſueris mihi, in cæteris omnibus ob-
temperabo tibi: quod ergo volo diſcere, hoc eſt: Si quod deus vult eſſe, eſt: & ſi quod non vult
eſſe, non eſt: de hoc reſponde mihi. Et Petrus: Si ignoras quod abſurde & incompetenter in-
terroges, ignoſcens tibi ipſe exponam: Si autem ſcis quod inconſequenter interrogas, nõ re- H
ctè facis. Tum Simon: Iuro, inquit, ipſam quæcunq; illa eſt, ſummam diuinitatem, quæ habet
iudicium & vindictam in eos qui peccant, quia ignoro quid incõpetenter dixerim, & quid in
verbis meis habeatur abſurdum, in his dũtaxat quæ propoſui. Ad hæc Petrus: Quoniã, inquit
te ignorare confeſſus es, diſce. Interrogatio tua duobus ſibi inuicem contrariis, vnam ſenten-

Duas partes motus.

tiam poſtulauit: etenim omnis motus in duas partes diuiditur: vt quædam neceſſitate, quæ-
dam voluntate moueantur: & ea quidem quæ neceſſitas mouet, ſemper in motu ſunt: quę ve
ro voluntas, non ſemper: vt verbi gratia dicam. Solis motus neceſſitate ducitur, vt ſtatutum
compleat curſum: omnisq; ſtatus cœli, & miniſteria neceſſariis motibus conſtant. Homo ve-
ro actuum ſuorum motus voluntarios gerit. Et ideo alia ſunt, quæ ob hoc creata ſunt, vt in I
miniſteriis ſuis neceſſitate deſeruiant, nec facere aliud quippiam poſſint, niſi quod eis ſtatu-
tum eſt. Cum autem expleuerint miniſterium, creator omnium qui ita conſtituit ea, prout vo
luerit, conſeruat ea. Alia vero ſunt vbi poteſtas eſt voluntatis, & in quibus agendi quæ velint,
liberum habetur arbitrium. Hæc, vt dixi, non ſemper in eo ordine, quo creata ſunt, perma-
nent, ſed prout voluntas duxerit, & animi iudicium declinauerit, ſiue bonis, ſiue malis ſtude-
bunt, & ideo bene agentibus munera poſuit, male agentibus pœnas. Ais ergo tu, ſi deus vult
aliquid eſſe, & eſt: & ſi non vult, non eſt: ſcilicet vt ſi reſponderem, quia quod vult, & eſt:
quod autem non vult, non eſt: diceres, ergo ipſe vult eſſe mala quæ in hoc mundo geruntur,
quia omne quod vult, hoc & eſt: quod autẽ nõ vult, nõ eſt. Si vero reſpondiſſem nõ eſſe hoc K
vt quod vult deus, ſit: & quod nõ vult, nõ ſit, tum retorto ſermone diceres, ergo impoſſibilis
eſt deus, ſi quod vult, nõ poteſt, & exiſteres petulãtior, vt qui nihil rectũ dixeris, viciſſe te cre
deres. Et ideo ignoras ô Simon, & valde ignoras, quomodo in ſingulis quibuſq; voluntas ſit

Bruta.

Homines.

dei: quædam enim voluit, vt diximus, ita eſſe, vt aliud eſſe non poſſent, quàm id quod ab ipſo
inſtituta ſunt: & his neque præmia, neque ſupplicia ſtatuit. Ea vero quæ ita eſſe voluit, vt in
ſua poteſtate habeant, agere quod velint, his pro actibus ac voluntatibus ſuis ſtatuit, vt aut
remunerationes mereantur, aut pœnas. Cum ergo in duas, vt edocui, partes diuidantur cũ-
cta quæ mouentur, ſecundum eam quam ſuprà diximus diſtinctionem, omne quod vult de-
eſt, quod autem non vult, non eſt. Et Simon ad hæc: Nõnne, poterat nos omnes facere tales
vt eſſemus boni, & aliud eſſe non poſſemus? Petrus reſpondet: Et hoc abſurde interrogas. Si L
enim nos inconuertibilis naturæ feciſſet, & immobiles à bono, non eſſemus vere boni, quia
aliud eſſe non poſſemus: & non erat noſtri propoſiti, quod eramus boni, nec noſtrum erat
quod agebamus, ſed neceſſitatis naturæ. Quomodo ergo hoc bonum dicetur, quod ex propo
ſito non agitur? Ob hoc autem & prolixioribus indiguit mundus iſte temporibus, donec ani-
marum, quæ prædeſtinatæ ſunt, ad expletionem eius numerus impleretur. Et tunc iſtud qui-
dem viſibile cœlũ reuolueretur vt liber. Illud vero quod eſt ſuperius, appareret, & animę bea-
torum corporibus ſuis redditæ, inducerentur in lucem. Impiorum vero animę, pro immun-
dis actibus ſuis, ſpiritu flãmeo circundatæ, in profundum ignis inextinguibilis mergerentur, M
per ſeculum expenſurę ſupplicia. Hæc autẽ ita eſſe, verus nobis propheta teſtatus eſt, de quo ſi
vis agnoſcere, quia propheta ſit, innumeris adſertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo di-
cta ſunt, & nunc ſingula quæ dixit implentur, etiam ea quæ futura dixit, creduntur implen-
da: fides enim futuris, ex his quæ iam geſta ſunt, datur. At Simon cui compertum erat, Pe-
trum de prophetiæ titulo dilucide adſignare rationem, ex quo quæſtio omnis abſoluitur, ſer-
monẽ de hoc fieri declinauit. Et reſpondens ait: Ad ea quæ volo, reſponde mihi, & dic: Si vi-
ſibile iſtud, vt ais, cœlũ reſoluetur, cur ex initio factum eſt? Reſpondit Petrus: Propter homi-
num præſentem hanc factum eſt vitam, vt eſſet interiectio quędam & diuiſio, ne quis for-
tè indignus habitationem cœleſtium, & dei ipſius ſedem videret, quæ his ſolis qui mũdi cor-

de ſunt

A de ſunt, videnda præparantur. Nunc autem, id eſt agonis tempore, inuiſibilia eſſe placuit, ea
quæ vincentibus ad præmium deſtinata ſunt. Et Simon ait: Si conditor bonus eſt, & mundus
bonus, quomodo bonus bona diſſoluet aliquando? Si autem quaſi malum reſoluit & deſtruit,
quomodo nõ videbitur malus qui malum fecit? Petrus ad hæc: Quoniam, inquit, ſpopondi-
mus tibi, ne blaſphemantẽ te fugiamus, ipſe enim reddes pro his quæ loqueris rationem, pa-
tienter ferimus. Audi ergo nunc: Cœlum iſtud quod viſibile eſt, & pertranſit, ſi quidẽ propter
ſemetipſum factũ eſſet, haberet fortaſſe quod dicis aliquid rationis, quia reſolui minime de-
beret. Si vero propter aliud quid factũ eſt, & non propter ſe, neceſſario ſoluetur, vt illud pro
quo factum videtur, appareat. Sicut verbi gratia dixerim, teſta ouorum quãuis pulchre facta,
B & diligenter formata videatur, neceſſe eſt tamen eam frangi, & reſolui, vt inde pullus proce
dat, & illud, pro quo totius oui forma expreſſa videtur, appareat. Ita ergo & huius mundi ne-
ceſſe eſt tranſire ſtatum, vt ſtatus ille ſublimior regni cœleſtis effulgeat. Et Simon: Non mihi
videtur, quia reſolui poſſit cœlum, quod à deo factum eſt. Ab ęterno enim æterna fiunt, à cor-
ruptibili temporalia & caduca. Et Petrus: Non ita eſt, ſed à mortalibus quidem omnimodis
corruptibilia fiunt, & temporalia: ab æternovero nõ ſemper corruptibilia, neq; ſemper incor-

Virtus dei non eſt ſub lege.

ruptibilia, ſed prout voluerit creator deus, ita & erunt illa quæ creat. Neq; enim ſub lege eſt
virtus dei, ſed lex creaturis ſuis voluntas eius eſt. Reſpondit & Simon: Reuoco te, inquit, ad
primam quæſtionem: dixiſti deum nunc quidem nulli eſſe viſibilem, cum vero reſolutũ fue-
C rit cœlum iſtud, & ſupernus ille ſtatus regni cœleſtis obfulſerit, tunc eos qui mundi ſunt cor-
de, etiam deum viſuros: quæ ſententia cõtraria eſt legi, ibi enim ſcriptum eſt deũ dixiſſe: Ne-

Exod. 33

mo videbit faciem meam & viuet. Et Petrus reſpõdit: His qui legem, nõ ex traditione Moyſi
legunt, contrarius videtur ſermo meus: ſed audi quomodo non ſit contrarius. Deus videtur
mente, nõ corpore: ſpiritu, non carne. Vnde & angeli qui ſunt ſpiritus, vident deum: & homi-
nes ergo, donec homines ſunt, deum videre nõ poſſunt. Ex reſurrectione autem mortuorum,
cum facti fuerint ſicut angeli, videre poterunt deum. Et hoc modo non eſt ſermo meus legi
contrarius: neq; illud quod magiſter meus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipſi deũ vide-
hunt. Futurum enim tempus oſtendit, in quo ex hominibus angeli fient, qui in ſpiritu mentis
D deum videbunt. Poſt hæc autem verba multaq; alia his ſimilia, cum iuramentis pluribus ad-
firmare Simon cœpit, dicens: De hoc mihi ſolo rationem redde, ſi immortalis eſt anima, &
obſequar in omnibus voluntati tuæ, ſed craſtino, inquit, nam hodie iam tardum eſt. Vbi ergo
cœpit dicere Petrus, Simon egreſſus eſt, & cum ipſo perpauci ex ſodalibus eius, & hoc præ ve
recundia. Cæteri vero omnes ad Petrum conuerſi, genibus poſitis proſternebant ſe ante eum,

Diſcipuli Simonis deficiunt ad Petrum.

ex quibus aliquanti diuerſis languoribus adſtricti, aut dæmonibus incurſati, oratione Petri ſa
nabantur, & diſcedebant gaudentes, quaſi veri dei doctrinam, ſimul & miſericordiam cõſe-
quuti. Cum ergo abſceſſiſſent turbæ, & ſoli familiares eius remanſiſſemus cum eo, ſtratis hu-
mi redditis adcubuimus, ſolitum vnuſquiſq; recognoſcẽs locum: ſumptoq; cibo, cum gratias
E egiſſemus deo, quieuimus. Sequenti vero die, Petrus ex more ante lucem ſurgens, iam nos

Vide humanitatẽ Petri.

inuenit vigilantes, & paratos ad audiendũ. Atq; ita is exorſus eſt: Deprecor vos fratres, & cõ
ſerui mei, vt ſi quis fortè veſtrum nõ poteſt vigilare, non ſibi extorqueat, erubeſcens præſen-
tiam meam, quia difficilis eſt ſubita permutatio. Longo autem tempore ſi paulatim ad-
ſuefiat, labori nõ erit quod ex vſu venit. Non enim omnes eiuſdem inſtitutionis fuimus, licet
proceſſu temporis in vnam temperari conſuetudinem poterimus: aiunt enim, quod ſecundũ
naturæ locũ obtineat conſuetudo. Teſtem autem deum inuoco, quod nõ indignor, ſi quis for-
tè non poteſt vigilare: ſed hoc magis, ſi cum totam quis noctem dormiat, per diem nõ replet
id quod omiſit in nocte. Neceſſarium nanq; eſt, doctrinæ ſtudiis intente & indefinenter ope-
F ram dare, vt mens noſtra dei ſolius memoria repleatur: quia mentẽ quam repleuerit memo-
ria dei, maligno in ea nõ dabitur locus. Cum hęc diceret ad nos Petrus, vnuſquiq; noſtrũ ſo-
licite ſatisfaciebat ei, quod olim breui ſomno ſatiati, vigilaremus, ſed vereremur excitare eũ,
quia nec deceret diſcipulos magiſtro imperare, quod tamen penè, ô Petre, auſi fueramus prę-
ſumere, dum cor noſtrum, nimio verborum tuorum deſiderio tripudians, ſomnum penitus
fugaret ab oculis. Sed iterum affectus erga te noſter obſtitit, & violenter te à nobis non tulit
excitari. Tum Petrus: Quoniam igitur audiendi, inquit, deſiderio libenter vos adſeritis vigi-
lare, volo vobis ea tantum, quæ heſterno ſparſim dicta ſunt, repetens, diligentius & cum
ſuo ordine explicare. Quod & per ſingulas quaſque diſputationes diurnas facere diſpono:
vt per noctem vbi ſecretum loci, & temporis datur, ſi quid fortè, vtpote in certamine, minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenè dictum est,id integro ordine,& linea directæ explanationis aperiam.Et post hęc cœpit G
nobis ostendere,quomodo hesterno haberi debuerit disputatio,& propter contentionem,vel
imperitiam cõtradicentis haberi nõ potuit:& ideo sola professione vsus sit, atq; ea quę ab ad-
uersario dicebantur,tantum destruxerit:sua vero neq; omnia,neque manifeste exposuerit, &
singula nobis repetens integro ordine,& plena ratione disseruit. Cum vero iam albescęret,
dies,egressus ad turbas post orationem,solito ad disputandum constitit loco , & videns Si-
monem in mediis turbis stantem,ex more prius salutato populo,ait:Dolori mihi esse fateor,
de nonnullis hominibus,qui cum ita ad nos veniunt,vt discãt aliquid,vbi eos docere cœpe-
rimus,ipsi rursus magistros se esse profitentur,& interrogant quidẽ,vt ignorantes,contradi-
cunt autem vt scientes.Sed fortasse dicat aliquis,quia qui interrogat, ob hoc quidem vt di- H
scat interrogat:vbi vero id quod audierit,non ei recte dictum videtur,necesse est vt respõ-
deat:& hęc ei videtur esse cõtradictio,quę nõ est contradictio,sed rei interrogatio.Audi er-
go ad hęc:totius doctrinæ disciplina,certũ habet ordinẽ: & sunt quædã quæ prima tradenda
sunt,alia vero quę secundo in loco, & alia tertio,& sic singula quæq; per ordinem,quę vtique
si per consequentiã tradantur,manifesta fiunt.Extra ordinẽ vero si proferantur,etiã contra
rationem dicta videbũtur.Et ideo in primis ordo seruãdus est,si tamen hoc proposito quæ-
ramus,vt possimus,quod quærimus inuenire: Etenim qui rectũ initium viæ acceperit,etiam
secundũ locum consequenter aduertet,& ex secundo tertiũ facilius inueniet:& quanto vltra
processerit,tanto magis ei via agnitionis apertior fiet,vsquequo ad ipsam quò tendit & desi- I
derat vrbem perueniat veritatis. Qui vero imperitus est, & quærendi viam nescit,sicut pe-
regrinus viator,ignorans & errans,si ciue & indigena nolit vti duce,sine dubio cum aberra
uerit à via veritatis,extra vitæ ianuas remanebit,& ita noctis atrę tenebris inuolutus,per se-
mitas perditionis incedet.Quia ergo si per ordinẽ quæ quærenda sunt inquirantur, inueniri
facillime possunt: ordinem vero requirendi imperitus ignorat , rectum est vt scienti cedat
ignarus,& primo quærendi ordinem discat:vt ita demum interrogandi,& respondendi in-
ueniat disciplinam.Et Simon ad hęc:Nõ ergo omniũ est veritas,sed eorũ tantũmodo qui ar-
tem nouerint disputandi:quod vtiq; absurdũ est,cum æqualiter sit deus omnium , nõ omnes
æqualiter posse voluntatẽ eius agnoscere.Et Petrus:Aequales,inquit,omnes ab eo facti sunt, K
& æqualiter cunctis dedit capaces esse veritatis.Verum quod nullus eorum,qui nati sunt, e-
ruditus natus sit,sed posterior sit natiuitate eruditio,nulli dubium est. Cum igitur natiuitas
hominũ in eo teneat æquitatem,vt omnes similiter percipiendæ disciplinæ capaces sint,non
est in natura,sed in eruditione diuersitas.Aut quis nescit,quod ea quæ vnusquisq; didicit,pri
usquã disceret,ignorabat?Et Simõ:Vere,inquit,dicis.Tum Petrus:Si ergo in his artibus , quæ
vsus cõmunis habet,primo discitur,deinde docetur: quanto magis oportet eos qui eruditio-
res se profitẽtur animarũ,primo discere,& ita docere,ne cum sint ipsi imperiti , ridiculũ vi-
deatur,si aliis se præstituros scientiã repromittant.Tum Simõ:in artibus,inquit,his quę vsus
cõmunis habet,verum est,quod vnusquisq; nisi didicerit,nesciat.In verbo vero scientiæ sta- L
tim vt audierit quis didicit.Et Petrus:Si quidem per ordinem, & consequenter audiat , po-
test scire quod verum est:sed qui emendatioris vitæ regulam conuersationisq; castioris su-
scipere recusat,quæ vtiq; sequela est scientiæ veritatis,scire se,quod scit, non vult fateri. Si-
cut etiã nonnullos videmus,qui artibus,quas à puero didicerant,derelictis,ad alios se actus
conferunt:& vt excusatio sit eis desidiæ suæ,culpare incipiunt artem,velut infructuosam. Et
Simon:Deberent omnes audientes credere verum esse,quod audiunt?Tum Petrus : Qui au-
dierint per ordinem sermonem veritatis,contradicere omnino non possunt, sed sciunt ve-
rum esse quod dicitur,si tamen libenter etiam vitæ instituta suscipiant.Hos vero quos audiẽ
tes ad bona opera conferre se piget,male agendi libido acquiescere his quæ recta iudicant, M
non sinit.Vnde ostenditur positum esse in auditorum potestate,eligere vtrum malint.Quod
si omnes qui audiunt, obedirent, naturæ magis esset necessitas, quæ vna omnes ageret via.
Sicut enim suaderi quis non potest, vt fiat breuior , aut longior , quia non sinit vis naturæ:
Ita & ad veritatem, si omnes verbo conuerterentur,aut omnes non conuerterentur,naturæ
esset vis , quæ cogebat verbo omnes conuerti, aut nullum omnino conuerti.Et Simon:Do-
ce ergo nos,quid primo oportet discere eum,qui veritatem scire desiderat ? Et Petrus: Ante
omnia,inquit, quæri oportet , quid sit homini quærenti inuenire possibile . Necesse est enim
iudicium dei in hoc stare , si potuit homo bonum facere, & non fecit : & ideo quærendum
est hominibus , si habeant in potestate sua quærentes inuenire , quid est bonum , & cum in-
uenerint

Tertius cõflictus Petri cũ Simone.

Ordine oĩa facienda.

Ordo quærẽdi primo discendus.

Bene viuere sequela est scientiæ veritatis.

Eligere est nostri arbitrij.

A uenerint facere,hoc enim est pro quo iudicandi sunt. Amplius autem his solum scire fas est
prophetam,& meritò:quid enim opus est hominibus scire,quomodo factus sit mundus? Hæc
enim discenda necessario viderentur,si simile ineundũ nobis esset artificium. Nunc aũt suffi
cit nobis ad cultũ dei vt sciamus,quia ipse fecit mũdum:quomodo autẽ fecerit,quærendũ nõ
est,quia vt dixi,non nobis imminet,tanq;simile aliquid facturis, artis ipsius scientiã discere.
Sed neq; pro hoc iudicandi sumus,quũ non didicerimus quomodo factus sit mũdus: sed pro
hoc tantum, si ignoremus conditorẽ eius.Sciemus autẽ conditorẽ mundi iustum,& bonum
deum,si eum semitis iustitiæ requiramus. Nam si hoc tantum sciamus de eo quod bonus est,
huiusmodi scientia non sufficit ad salutem.In præsenti enim tempore,bonitate eius & benefi-
B ciis perfruuntur,non solum digni,sed etiam indigni. Si vero non tantum bonum,sed etiam
iustum eum credamus,& secundum hoc quod de deo credimus, in omni vita nostra iustitiã
teneamus,etiam bonitate eius in æternum fruemur.Denique Hebræis, qui de deo ita opina-
bantur,quod solum bonus esset,dicebat magister noster, vt & iustitiam eius quærerent , hoc
est,vt scirẽt eum præsenti quidem tempore bonum esse, vt omnes in bonitate eius viuant.Iu Matth.6
stum vero eum futurum in die iudicij , vt dignis præmia æterna restituat, à quibus excludet
indignos.Et Simon:Quomodo potest vnum atq; idem, & bonum esse,& iustum ? Petrus ait:
Quia sine iustitia,bonum quodammodo videbitur:boni est enim, solem suum & pluuiam, ex
C æquo iustis & iniustis præbere:sed hoc videretur iniustum , si bonos malosq; æquali semper Matth.5.
sorte censeret, & nisi frugum causa hoc faceret , quibus perfrui æqualiter omnes, qui in hoc
mundo nati sunt,conueniret.Sed sicut data à deo pluuia,ex æquo & fruges nutrit,& lolium:
messis autem tempore,frumenta quidem congregantur in horreum , paleæ vero vel lolium
igni consumuntur:Ita in die iudicij cum iusti introducentur in regnum dei,iniusti autẽ abii-
cientur foras,tunc etiam iustitia dei ostendetur. Nam si æqualis permaneret perpetuò malis
& bonis,iam hoc non solum bonum non esset,sed & iniustum atq; iniquum videretur,vt iu-
sti & iniusti vno apud eum haberentur ordine meritorum.Et Simon: Vnum est de quo mihi
velim satisfieri,si immortalis est anima: non enim possum onus subire iustitiæ , nisi prius de
immortalitate animæ sciam:quæ vtique si immortalis non est,nec prædicationis tuæ poterit
D stare professio.Tum Petrus:Quæramus,inquit,prius,si iustus est deus: quod si claruerit,inte-
ger profecto religionis ordo constabit.Et Simon : Videris mihi tu , quite iactas disputandi
ordinem nosse,nunc contra ordinem respondisse: Me enim rogante vt ostendas,si immorta
lis est anima:tu ais, primo nos quærere oportet,si iustus est deus.Et Petrus ait: Valde conse-
quenter,& recte se habet.Simon:Velim discere.Petrus: Audi,inquit,nonnulli hominum bla-
sphemantes deum, & omnem vitam suam iniustitiæ voluptate ducentes, in lectulis suis de-
functi sunt,consequuti finem vitæ inter suos,& honorabilem sepulturam: alij vero deum co
lentes,& cum omni iustitia & sobrietate,vitam suam in parsimonia conseruantes,pro iusti-
tiæ obseruantia,in desertis interiẽre,ita vt ne sepultura quidem haberentur digni.Vbi est er-
go iustitia dei,si anima immortalis non est,quæ vel si impie egerit,pœnas in futuro, vel si pie
E & iuste,præmia consequatur? Et Simon ait : Hoc vtique est, quod nos incredulos facit , quia
multi bene agentes,male pereunt:& rursum,multi impie agentes,longi temporis cum beati-
tudine vitam finiunt. Et Petrus : Hoc ipsum,inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis Quia boni
certam fidem facit,quia iudicium erit.Etenim cum certum sit,deum iustum esse:necessarium aliquando
& consequens est,aliud esse seculum,in quo vnusquisq; pro meritis recipiens,iustitiã dei pro- male pereũt
bet.Quod si nunc omnes homines pro meritis suis reciperent , vere nos fallere videbamur, argumento
dicentes futurum esse iudicium : & ideo hoc ipsum quod in præsenti vita non redditur vni- est esse aliã
cuiq; pro actibus suis,fidem indubitabilem facit, scientibus deum esse iustum, quia iudicium vitam post
erit.Et Simon:Quur ergo mihi non persuadetur?Petrus ait: quia verum prophetam non au- hanc.
F disti,dicentem:Quærite primo iustitiam eius,& hæc omnia adponentur vobis.Et Simon:In- Matth.6.
dulge,inquit, mihi nolenti primo iustitiam quærere , antequam sciam si immortalis sit ani-
ma.Et Petrus:Et tu mihi hoc vnum indulge,quia non possum facere aliter quàm me prophe
ta veritatis edocuit.Tum Simon:Certum est,inquit, non posse te adserere quod immortalis
sit anima,& ob hoc cauillaris,sciens quia si mortalis probetur,radicus conuellatur religionis
istius,quam conaris adserere,tota professio:& ideo laudo quidem prudentiam tuam,non ta-
men probo persuasionem:multis enim persuades suscipere religionem,& libidinis subire con
tinentiam,sub spe futurorum bonorum,quibus euenit, vt neque præsentibus perfruantur, &
decipiantur futuris.Simul enim vt mortui fuerint, etiam anima pariter extinguetur . Petrus
vero hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero hæc audiens, dentibus frendens, frontemq; adterens manu, & profundo dolore ſuſpi- G
rans ait: Aſtutia ſerpentis antiqui, ad hominum decipiendas animas, armatus adſiſtis, & ideo
vt ſerpens ſapientior cæteris beſtiis, ab initio doctorem te eſſe profeſſus es. Et rurſus, vt ſer-
pens multos introducere deos volebas, ſuper quo confutatus, nullum omnino nunc eſſe ad-
ſeris deum. Nam per occaſionem, neſcio cuius ignoti dei, conditorem mundi deum negaſti,
ſed eum vel malum eſſe, vel multos habere ſibi æquales, vel omnino, vt diximus, non eſſe deũ
confirmabas. Poſt hæc cum etiam in hoc ſuperatus fuiſſes, animam nunc adſeueras eſſe mor-
talem, vti ne futurorum ſpe recte iuſteq; viuatur. Nam vtiq; ſi deſperantur futura, quid niſi
abſcidatur miſericordia, luxuriæ indulgeatur, & voluptatibus? ex quibus omnem conſurgere
iniuſtitiam conſtat. Et cum tantæ impietatis doctrinam, miſere huic introducas mortalium H
vitæ, teipſum pium, me impium vocas, quaſi qui homines non ſinam ſub ſpe futurorũ bono-
rum arma corripere, & impugnare ſe inuicem, diripere ac ſubuertere vniuerſa, & moliri om
nia quæ libido dictauerit. Et quis erit iſte vitæ ſtatus, qui à te introducitur, vt pugnent homi-
nes, & impugnentur, vt iraſcantur, & perturbentur, & ſemper in metu viuant? Neceſſe eſt e-
nim eos qui aliis inferunt mala, etiam ipſos ſperare ſimilia. Vidésne te ducem perturbatio-
nis, & non pacis, iniquitatis & non æquitatis exiſtere? Verum ego, non quaſi qui oſtendere nõ
poſſim immortalem eſſe animam, ſimulaui iracundiam, ſed miſereor animabus hominum,
quas tu decipere conaris. Dicam ergo, ſed non quaſi te cogente: ſcio enim quomodo dicam,
& ſolus eris qui de hoc non tam perſuaſione indigeas: quàm commonitione: eos, hoc qui ve- I
re ignorant, docebo vt conuenit. Tum Simon: Si iraſceris, inquit, non interrogabo, nec audi-
re volo. Et Petrus: Tu, ſiquidem nunc occaſionem quæris ſubterfugiendi, habes licentiam, &
ſine occaſionem cuiuſquam. Omnes enim audierunt te nihil recte dicentem, nec potuiſſe ali-
quid confirmare, ſed ob hoc tantum interrogaſſe, vt cõtradiceres, quod quiuis facere poteſt.
Quid enim difficile eſt poſt euidentes adſertiones reſpondere, nihil dixiſti? Vt autem ſcias
quia poſſum tibi vno ſermone oſtendere, quod immortalis eſt anima, interrogo te verbum,
quod omnes norunt: reſponde mihi, & vno ſermone immortalem eſſe comprobabo. Tum Si
mon, qui iam occaſionem ſibi viſus fuerat inueniſſe ex iracundia Petri vt diſcederet, reſti- K
tit, pro eo quod mirum ei aliquid promittebatur, & ait: Interroga me, vt tibi reſpondeam
quod omnes norunt, & audiam vno vt pollicitus es ſermone, quomodo anima immortalis
ſit. Et Petrus. Dicamõta vt præ cæteris omnibus tibi magis probetur. Reſponde ergo mihi,
Viſus maxi me fidẽ facit quid eſt quod incredulum magis ſuadere poteſt, viſus, an auditus? Et Simon: Viſus. Tum Pe-
trus: Quomodo ergo à me vis diſcere verbo, quod tibi re ipſa probatur & viſu? Et Simon: Ne-
ſcio, inquit, quomodo dicas. Et Petrus: Si neſcis, perge nunc in domum tuam, & ingreſſus in-
terius cubiculum, videbis imaginem poſitam, continentem pueri violenter necati effigiem,
purpura coopertam, ipſum interroga & docebit te, vel reſponſione vel viſu. Quid enim opus
eſt audire ab eo ſi immortalis ſit anima, cum adſtare eam videas præſentem? Si enim non eſ-
ſet, nec videri vtique poterat. Quod ſi neſcis quam dico imaginem, hinc è veſtigio cum aliis
decem viris, ex his qui præſentes ſunt, eamus ad domum tuam. At Simon hæc audiens, & con L
ſcientia percuſſus, colore mutato, exanguis effectus eſt: extimuit enim ne fortè ſi negaret per-
ſcrutaretur domus eius: aut ne indignans Petrus manifeſtius eum proderet, & omnibus quis
eſſet, innoteſceret: ita reſpondit: Obſecro te Petre per illum bonum deum qui in te eſt, vt vin-
cas malitiam quæ in me eſt, ſuſcipe me ad pœnitentiam, & habebis me adiutorem prædica-
tionis tuę. Nunc enim vere rebus ipſis didici, quia dei veri propheta es, & ideo ſecreta homi-
num ſolus atq; arcana cognoſcis. Et Petrus ait: Videtis fratres Simonem pœnitentiam quæ-
rentem, paulò poſt videbitis eum rurſus ad infidelitatẽ ſuam reuerti. Putans enim me prophe
Mentiendũ nõ eſt in gra tiã proximi tam eſſe, pro eo quod publicaui mala eius, quæ in ſecretis habebat & in occultis, pœnitentiam M
ſe acturum promiſit: Me enim mentiri fas non eſt: neq; vt infidelis hic ſaluetur, aut non ſal-
uetur, ego fallere debeo. Teſtor enim cœlum & terram, quia non prophetice dixi, quæ dixi,
vel quæ, quantum poſſibile erat, turbis audientibus indicaui, ſed à quibuſdam, qui tunc ei ſo-
cij fuerant in operibus ſuis, nunc autem conuerſi ſunt ad fidem noſtram, quid ei in ſecreto ge
Simulata pœnitentia Simonis ma gi. ſtũ ſit, didici: cognita ergo, nõ præcognita loquutus ſum. Simon vero vt hæc audiuit maledi-
ctis his, & conuitiis adgreditur Petrum, dicens: O nefandiſſime omnium, & doloſiſſime, cui
victoriam fortuna, non veritas dedit. Verum ego non pro penuria ſcientiæ pœnitẽtiam petij,
ſed vt tu, putans me per pœnitentiam diſcipulum tuum fore, omnia ſecreta profeſſionis tuæ
concrederes mihi, vt ita demum te, cunctis agnitis, confutarem. Sed vt callidus intellexiſti

quam ob

A quam ob cauſam pœnitudinem ſimulaſſem, & adquieuiſti, tanquam meum non intelligens
dolum, vt prius me apud populum exponeres, quaſi imperitum: tum deinde præuidens, quod
ego ita populo expoſitus, neceſſe habeo indignari & confiteri me non vere pœnitudinem ge-
rere, præueniſti vt diceres me ad infidelitatem meam poſt pœnitentiam regreſſurum, vt om-
ni ex parte viciſſe videreris, & ſi permanerem in pœnitentia quam profeſſus fueram, & ſi non
permanerem, vt tu ſapiens credereris, qui iſta præuideris: ego autem deceptus viderer, quia
tuum non præuidi dolum: tu vero meum præuidens, calliditate vſus circunſcripſiſti me. Sed,
vt dixi, fortunæ eſt, nõ veritatis iſta victoria: ſcio tamẽ quur ego iſta nõ præuiderim, qui ad-
ſtans loquutus ſum tibi per bonitatem meam, & patienter egi tecum. Nunc autem tibi oſten-
B dam diuinitatis meæ potentiam, vt repente procidas, & adores me. Ego ſum prima virtus,
qui ſemper & ſine initio ſum. Ingreſſus autem vterum Rachel, natus ſum vt homo ex ea, quo
ab hominibus videri poſſem: ego per aërem volaui, igni cõmixtus vnum corpus effectus ſum
ſtatuas moueri feci, animaui exanima, lapides panes feci, de monte in montem volaui, tranſ-
meaui, manibus angelorum ſuſtentatus ad terras deſcendi. Hæc non ſolum feci, ſed & nunc
facere poſſum, vt rebus ipſis probem omnibus, quia ego ſum filius dei, ſtans in æternum & cre
dentes mihi, ſimiliter ſtare in perpetuum faciam. Tua autem verba vana ſunt omnia, nec
vllum potes opus oſtendere veritatis, ſicut & ille qui miſit te magus, qui nec ſeipſum potuit
liberare de crucis pœna. His dictis à Simone, Petrus reſpondit: Ne agas aliena, tu enim quod
C ſis magus, ex ipſis quæ geſſiſti, confeſſus es, & manifeſtatus. Noſter autem magiſter, qui eſt fi-
lius dei & hominis, manifeſte bonus eſt. Quod autem verè ſit filius dei, quibus oportuit, di-
ctum eſt, & dicetur. Tu autem ſi non vis confiteri, quod magus es, cum omni hac turba per-
gamus ad domum tuam, & tunc apparebit quis ſit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon
blaſphemiis & maledictis agere cœpit, vt ſeditione facta, perturbatis omnibus, argui non
poſſet: & Petrus, quaſi blaſphemiæ cauſa ſecedens, victus videretur. Sed perſtitit, & arguere
eum vehementius cœpit. Tunc populus indignatus, Simonem atrio eiectum, extra ianuam do Simõ deſer-
tus ab oĩbus eiicitur ex atrio.
mus pepulit, eumq; depulſum, vnus ſequutus eſt ſolus. Facto autem ſilentio, Petrus adloqui po
pulum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis, ſcientes, quia deus cum poſſit
eos excidere, patitur tamẽ durare vſq; ad præſtitutam diem, in qua de omnibus iudicium fiet:
D quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur deus? Quur autem non forti animo inlatas
ab eis toleramus iniurias, cum ſuas ille, qui poteſt omnia, non vlciſcatur? vt & ipſius bonitas,
& malorum noſcatur impietas. Verum ſi non inueniſſet Simonem malignus miniſtrum ſibi,
inueniſſet alium ſine dubio. Neceſſe eſt enim ſeculo huic venire ſcandala, væ tamen illi per Matth. 11.
quem veniunt. Et ideo magis deflendus eſt Simon, quod vas electionis factus eſt maligno:
quod vtiq; non fuiſſet, niſi poteſtatem in eum pro peccatis prioribus accepiſſet. Nam inde Credidiſſe aliquando Chriſto Si monẽ, ex a-ctis conſtat apoſtolorũ cap. 8.
quid dicam, quod & Ieſu noſtro crediderat, & quod immortales eſſe animas, ſibi ipſe perſua-
ſit? quanuis in eo ludatur à dæmonibus, tamen perſuaſit ſibi, quod pueri violenter necati ha-
beat animam miniſtrantem ſibi ad quæcunq; voluerit: in quo vere, vt dixi, à dæmonibus in-
E luditur, & ideo ego ſecundum ea quæ ipſi videbantur, loquutus ſum ad eum: nam & à ludæis
didicit, quia ſit iudicium, & vltio proferenda aduerſum eos, qui contra veram fidem veniũt,
nec pœnitudinem gerunt: ſed iſti ſunt quibus malignus, tanquam perfectis in ſceleribus, appa
ret, vt decipiat eos, ne aliquando ad pœnitentiam conuertantur. Vos ergo, quia ad dominum
conuertimini per pœnitentiam, curuate ei genua. Hæc cum dixiſſet, omnis multitudo genua
flexit deo. Et Petrus reſpiciens ad cœlum, cum lachrymis orabat ſuper eos, vt deus pro ſua bo
nitate ſuſcipere eos dignaretur confugientes ad ſe. Et poſtquam orauit, & præcepit vt poſtera
die maturius conuenirent, multitudinem miſſam fecit. Cum deinde, ſecundum conſuetudi-
nem, cibo ſumpto, quieuimus. Igitur Petrus ſolita noctis hora conſurgens, inuenit nos vigi-
F lantes, & cum ex more ſalutans conſediſſet, primus Niceta ait: Si permittis, mi domine Pe- Petri facili-tas.
tre, habeo quod rogem. Et Petrus: Permitto, inquit, non ſolum tibi, ſed & omnibus: & non ſo-
lum modo, ſed & ſemper, vt vnuſquiſque quod eum mouet, & partem quam dolet in animo,
fateatur, vt poſſit conſequi medicinam. Quæ enim ſilentio conteguntur, nec innoteſcunt no
bis, velut multi temporis vitia difficile curantur: & ideo quoniam tacentibus non facile po-
teſt medela opportuni & neceſſarij ſermonis adhiberi, proferre debet vnuſquiſque, in quo a-
nimus per ignorantiam languet: tacenti vero dare remedium, ſolius eſt dei: poſſumus autem
& nos, ſed circuitu multi temporis. Neceſſe eſt enim vt ſermo doctrinæ ab initio per ordi-
nem currens, & ſingulis quibuſq; quæſtionibus obuians cuncta aperiat, & cuncta diſſoluat, &

peruenias

Universidad de Deusto
Biblioteca

perueniat etiam ad hoc quod vnuſquiſque in animo ſuo requirit:ſed hoc,vt dixi,per multum G
tempus fieri poteſt. Nunc autem quod deſideras roga.Et Niceta ait:Vberes tibi gratias ago
ô clementiſſime Petre,verum hoc eſt quod dicere cupio: Quur Simon,qui aduerſatur,facere
tanta hæc,& talia potuit?Non enim mentitus eſt aliquid ex his,quę ſe feciſſe profeſſus eſt.Ad
hæc beatus Petrus ita reſpondit: Deus,qui vnus & verus eſt,primo germini ſuo amicos bo-
nos & fideles inſtituit præparare: ſciens autem, quia boni eſſe non poſſunt, niſi habeant in
poteſtate ſenſum, quo fiant boni, vt ex ſuo propoſito hoc ſint quod volunt: alioqui non poſ-
ſunt eſſe vere boni, ſi non propoſito, ſed neceſſitate tenerentur in bono: poteſtatem dedit
Duo ordies hominum. vnicuique arbitrij ſui,vt hoc eſſe poſſit,quod vult.Et rurſum prætuidens quia iſta poteſtas ar-
bitrij, alios quidem faceret eligere bona, alios vero mala: & per hoc in duos ordines neceſ- H
Rexbonorũ Chriſt⁹, malorum diabolus. ſario propagandum eſſet hominum genus, vnicuique ordini conceſſit & locum, & regem,
quem vellet,eligere: bonus enim rex,bonis gaudet:& malignus,malis. Et quamuis hæc tibi ô
Clemens in hoc tractatu,quem de præfinitione & fine diſſerueram, plenius expoſuerim: ta-
men & nunc requirenti Nicetæ manifeſtare me conuenit,quæ ſit ratio, quod Simon,qui con
tra deum ſentit,tanta facere mirabilia potuit.I gitur primo omnium,malus eſſe iudicatur a-
pud deum is, qui requirere non vult,quod ſibi expedit.Quomodo enim talis iſte alium dili-
get,qui ſemetipſum non diligit?Aut cui non iſte inimicus erit,qui ſibiipſi amicus eſſe non po
tuit?Vt ergo diſtinguerentur,qui bona,& qui eligunt mala,deus quod vtile eſt occultauit ho- I
minibus,id eſt poſſeſſionem regni cœlorum,eamq; velut theſaurum ſecretum repoſuit & ab-
Vnde requirẽda veritas ſcondit,vt ad eam non facile quis poſſit virtute,& ſcientia peruenire propria:famam tamen
eius, diuerſis nominibus & opinionibus,per generationes ſingulas ad omnium perduxit au-
ditum,vt ſi qui fortè eſſent amatores boni,audientes quod ſibi eſſet vtile & ſalutare,require-
rent & inuenirent. Requirerent autem non à ſemetipſis, ſed ab eo qui occultauit,dariq; ſi-
bi accedendi aditum, & viam ſcientiæ precarentur, quæ illis ſolis panditur, qui eam ſuper
omnia mundi huius diligerent bona. Nec alio quis pacto vel intelligere eam poſſit, etiamſi
prudentiſſimus videretur. Hi vero qui neglexiſſent, quod ſibi vtile & ſalutare eſſet,inquire-
re, tanquam ſeipſos odio habentes, & ſibimetipſis inimici,fraudarentur eius bonis,velut qui
diligerent mala. Oportet ergo bonos diligere eam ſuper omnia, id eſt, ſuper diuitias, glo- K
riam, requiem, parentes, propinquos, amicos, & omne quod in hoc mundo eſt. Qui vero
perfecte diligit poſſeſſionem hanc regni cœlorum, abiiciet ſine dubio omnem malæ con-
ſuetudinis vſum, negligentiam, deſidiam, malitiam, iram, cunctáque his ſimilia. Nam ſi
quid horum prætuleris ei, tanquam qui plus dilexeris propriæ libidinis vitia quàm deum,
ad poſſeſſionem regni cœleſtis peruenire non poteris: quia & vere ſtultum eſt, aliquid plus
amare quàm deum. Siue enim parentes ſunt, moriuntur: ſiue propinqui, non permanent:ſi-
ue amici, mutantur. Solus eſt autem deus æternus,& indemutabilis parens. Qui ergo non
vult inquirere quod ſibi vtile eſt, malus eſt, in tantum vt malitia ſua ipſum impietatis prin-
cipem ſuperet. Ille enim bonitate dei abutitur ad propoſitum malitiæ ſuæ, & ſibi placet. Hic L
autem ſalutis ſuæ bona negligit,vt perditione ſui malo placeat.Propter hos ergo, qui ſalutis
Decẽ paria ad numerũ decẽ plagarũ cõſtituta ſuæ neglectu placent malo, & eos qui ſtudio vtilitatis ſuæ placere cupiunt bono, paria quædã
ad tentationem præſenti huic ſeculo ſtatuta ſunt decem,ſecundum numerum decem plaga-
rum,quæ inlatæ ſunt Aegypto.Cum enim Moyſes ſecundũ præceptum dei peteret à Pharao-
ne,vt emitteret populum,& ad teſtimonium cœleſtis imperij ſigna oſtenderet, proiectam in
terram virgam,conuerſa eſt in ſerpentem. Cumq; ob hæc Pharao non vellet adquieſcere,vt-
pote habens arbitrij libertatem, rurſum magi ſimilia ſigna facere viſi ſunt,permittente deo,
vt propoſitũ regis probaretur ex arbitrij libertate, ſi magis crederet ſignis Moyſi, qui à deo
miſſus eſt, quàm his quæ magi videbantur potius facere, quàm faciebant:quos ipſo vtiq; no M
mine intelligere debuerat,non eſſe operarios veritatis, quod nõ à deo miſſi, ſed magi appel-
Exod.29 labantur, ſicut & ratio indicat.Denique vſque ad aliquem locum, viſi ſunt habere certamen
& poſt hæc confeſſi de ſe,ceſſere meliori. Inducitur ergo plaga vltima, interitus primitiuo-
rum, & tunc Moyſes iubetur populum conſperſione ſanguinis conſecrare, atque ita magna
cum prece, oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur abſcedere: Simili ergo modo
etiam nunc per me video geri. Sicut enim tunc Moyſe hortante regem, vt crederet deo,
obſiſtebant magi quaſi oſtentatione ſimilium ſignorum, & à ſalute incredulos prohibebant:
ita & nunc cum ego exierim docere omnes gentes,vt credant vero deo, Simon magus reſi-
ſtit,eadem agens aduerſum me,quæ & illi tunc egerunt aduerſum Moyſen, vt ſi qui ſunt ex
gentibus,

A gentibus,qui non recto iudicio vtuntur,appareant: ſaluentur autem qui ſignorum rectum di
ſcrimen habuerint.Hæc dicente Petro,Niceta reſpondit: Obſecro te,vt ſi quid ad memoriã
venit,permittas mihi proferre.Tum Petrus delectatus ſuper ſtudio diſcipulorum: Dic, in-
quit,quod vis.Et Niceta ait:Quid peccauere Aegyptij,ſi non crediderunt Moyſi,cum & ma-
gi ſimilia ſigna fecerint,etiamſi viderentur potius fieri,quàm veritate fierent? Nam & ſi ego
fuiſſem tunc,ex eo quod magi ſimilia faciebant,nõnne aut Moyſen magum credidiſſem,aut
magos quæ oſtendebant,diuinitus facere putaſſem?quia non mihi veriſimile videretur, licet
per phantaſiam,eadem tamen effici à magis poſſe, quæ ille qui à deo miſſus eſt, perpetrabat.
Et nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credunt,cum videant eum tanta facere mirabilia?
B Aut non eſt mirabile per aërem volare?igni admixtum,vnum corpus effici?facere ſtatuas in-
gredi?canes æreos latrare? & alia his ſimilia,quæ vtiq; diſcretionem neſcientibus, ſatis mira
ſunt.Sed & de lapidibus viſus eſt panes facere. Quod ſi peccat qui ſigna facientibus credit,
quomodo non peccaſſe videbitur & his,qui domino noſtro pro ſignis & virtutibus credidit?
Et Petrus ait:Libenter accipio quod de veritate ad amuſſim requiris,& impedimenta fidei in
anima tua latêre non pateris.Vnde & medelam conſequi facile potes.Meminiſti,quod peius
omnium eſſe dixi,cum quis negligit,quod ſibi expedit diſcere?Et Niceta reſpondit:Memini.
Petrus: Et rurſum quod deus occultauit veritatem ſuam,vt eam his qui ſe fideliter, ſectan-
tur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus ſum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia
C in terram defoſſam abſconderit deus veritatem, & montes ei ſuperpoſuerit, vt ab his qui
in profundum fodere valent, tantummodo inueniri poſſit? Non ita eſt, ſed ſicut montes &
terram cœli ambitu circundedit,ita & veritatem charitatis ſuæ velamine contexit,vt ille ad
eam ſolus peruenire poſſit,qui prius ianuam dilectionis diuinę pulſauerit.Etenim quod prius Paria quędã mundi.
dicere cœperam,paria quædam huic mundo deſtinaſſe deum: ille qui primus ex paribus ve-
nit,à malo eſt:qui ſecundus,à bono.In quo vnicuiq; hominum iuſti occaſio iudicij datur, ſiue
ſimplex ille ſit,ſiue prudens.Nam ſi ſimplex eſt,& crediderit illi qui primus venit:ſignis enim
& prodigiis motus,neceſſe eſt eadem ratione,vt etiam illi qui ſecundo venerit,credat:ſignis
enim & prodigiis ſuadebitur & nunc ſicut prius. Cum vero crediderit huic ſecundo, diſcet
D ab eo quod primo illi qui à malo venit,credere non debeat,& ita prioris error ſecundi emen
datione corrigitur. Si vero quia primo credidit, ſecundum recipere noluerit, meritò vt
iniuſtus condemnabitur: iniuſtum enim eſt, vt cum primo propter ſigna crediderit, ſecun
do eadem aut etiam potiora ferenti ſigna, non credat. Si vero non credidit primo, conſe-
quens eſt,vt vel in ſecundo moueatur ad credendum.Neq; enim in tantum animo ſtertit,vt
ingeminatis mirabilibus non valeat ſuſcitari.Si vero prudens eſt,diſcretionem poteſt cape-
re ſignorum.Et ſi quidem primo credidit, augmentis virtutum mouebitur ad ſecundum, &
ex comparatione quæ ſint potiora deprehendet, quanuis manifeſta habeantur indicia apud
eruditos quoſque,ſicut per ordinis conſequentiam demonſtrauimus.Si vero tanquam ſanus
E quis,& qui medico non indigeat,non eſt commotus ad primum, rei ipſius perſeuerantia ſu-
ſcitabitur ad ſecundum:diſtinctionemq; ſignorum & mirabilium faciet,in hunc modum.Ille Amuſſis ad quã pdigia exigere cõuenit, an ex deo ſint.
qui à malo eſt,ſigna quæ facit,nulli proſunt: illa vero quæ facit bonus, hominibus proſunt.
Nam dic quæſo,quæ vtilitas eſt oſtendere ſtatuas ambulantes?latrare æreos aut lapideos ca-
nes?ſalire mõtes?volare per aërem?& alia his ſimilia,quæ dicitis feciſſe Simonẽ. Quæ autẽ à
bono ſunt,ad hominum ſalutem deferuntur, vt ſunt illa quæ fecit dominus noſter,qui fecit
cæcos videre,fecit ſurdos audire,debiles,claudos erexit,lãguores & dæmones effugauit,mor
tuos fecit reſurgere,& alia his ſimilia,quæ etiam per me fieri videtis. Iſta ergo ſigna quæ ad
ſalutem hominum proſunt,& aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere non po-
teſt,niſi in fine mundi tantum. Tunc enim admiſcere ei conceditur aliqua etiam de dextris
F ſignis,id eſt,vt vel dæmones fuget,vel ægritudines ſanet,& propter hoc, tanquam qui exceſ Signadiaboli qualia. Matth.24.
ſerit terminos ſuos,& in ſemetipſum diuiſus ſit,ac ſemetipſum impugnauerit deſtruetur. Et
propterea dominus prædixit, in nouiſſimis temporibus tentationem futuram, talem in
qua decipiantur, ſi fieri poteſt, etiam electi, confuſis ſcilicet indiciis ſignorum, perturbari
neceſſe eſt,etiã eos qui in diſcernendis ſpiritibus, ac diſtinguendis virtutibus videntur eru-
diti.Decem ergo,quæ diximus paria,huic mundo deſtinata ſunt ab initio ſeculi:Cain & Abel Decẽ paria totius mũdi collata inter ſe.
vnum fuit par.Secundum vero Gigantum,& Noë.Tertium Pharaonis & Abraham. Quartũ
Philiſtinorum & Iſaac.Quintum Eſau & Iacob.Sextum magorum & legiſlatoris Moyſi. Se-
ptimum tentatoris & filij hominis.Octauum Simonis & meum Petri. Nonum omnium gen
tium,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium,& illius qui mittetur seminare verbum inter gentes. Decimum Antichristi & Christi: G
de quibus paribus aliàs vobis per singula latius exponemus. Et cum hęc diceret Petrus, Aquila
ait: Vere adsidua doctrina opus est, vt de singulis possit quis scire rationem. At Petrus: Quis
est, qui assiduus sit erga doctrinam, & studiose singula quæq; perquirat? nisi qui animam suam
Matth.13. diligit ad salutem, & omnibus renunciat huius mundi negotiis, vt soli verbo dei vacat, quem
solum prudentem iudicat verus propheta, vidētem omnia quæ sua sunt, & ementem vnam
veram margaritam, & intelligentem quæ sit differentia à temporalibus ad æterna, paruis ad
magna, hominibus ad deum. Intelligit enim quę sit æterna spes apud verum & bonum deum.
Nemo diligit deū nisi qui sapiētiā eius cognouerit. Quis autem est qui diligit deum, nisi qui sapientiam eius cognouit? quomodo autem quis a-
gnoscere poterit sapientiam dei, nisi assiduus sit ad audiendum verbum eius? ex quo accidit, H
vt amorem eius concipiat, & digno eum honore veneretur, hymnis & orationibus ad eum
fusis, & in his libentissime requiescens, summumq; deputans detrimentum, si quando aliquid
aliud vel ad momentum temporis loquatur, aut agat: quia reuera nec potest anima, quæ dei
amore repleta est, aliud aliquid intueri, nisi quod ad deum pertinet, nec satiari potest præ a-
more eius, ea quæ ipsi scit esse placita, meditando. Hi vero qui affectum eius minime conce-
pere, nec inluminatam charitatem eius gerunt mente, velut in tenebris positi, lucem videre
non possunt. Et ideo etiam prius quàm incipiant requirere de deo, quasi labore oppressi, sta-
tim deficiunt: ac tædio repleti, continuò à propria consuetudine rapiuntur ad ea verba quibus
delectantur. Nam de deo audire aliquid talibus tædiosum est & molestum, pro eo, vt dixi I
quia mens eorum nullam dulcedinem diuinæ charitatis accepit. Hæc Petro dicente, dies ex-
ortus est, & ecce veniens quidam ex discipulis Simonis clamabat, dicens: Obsecro te Petre,
susci pe me miserum, à mago Simone deceptum, cui ego velut cœlesti deo intendebam, pro
his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam. Auditis tamen sermonibus tuis, cœpit iam mihi ho-
mo videri, & quidem malus. Veruntamen cum hinc exiret, ego eum subsequutus sum solus:
nondum enim ad liquidum impietates eius agnoueram. Cum autem vidisset me subsequen-
tem, beatum me dicens, perduxit ad domum suam: circa medium vero noctis ait ad me: Om
nium te hominum faciam meliorem, si volueris vsq; ad finem perseuerare mecum: cui cum
promisissem, exigit à me iuramentum perseuerantiæ, eoq; accepto, imposuit super humeros K
meos polluta quædam & execrabilia secreta sua, vt portarem, & sequi me iussit. Vbi vero ven
Simon artis suæ mysteria in mare proiecit. tum est ad mare, nauigium quod forte aderat, ingressus, id à ceruicibus meis quod portare
me iusserat, sumpsit. Et paulò post egressus, nihil extulit, certum quod in mare id iecerat: ro-
gabat autem me, vt cum ipso proficiscerer, dicens se Romam petere, ibi enim in tantum pla-
citurum, vt deus putetur, & diuinis publice donetur honoribus. Tunc, inquit, te omnibus di-
uitiis repletum, si huc redire placuerit, & pluribus fultum ministeriis, mittam. Hæc ego au-
diens, & nihil in eo, secundum hanc professionem videns, sed magum & deceptorem esse
intelligens, respondi: Quæso te ignosce mihi, quia pedes doleo, & propterea exire à Cæsarea
non valeo: præterea est mihi vxor, sunt paruuli liberi, quos relinquere omnino non possum.
At ille hæc audiens, & ignauiæ me incusans, profectus est contra Doram, dicens: Cum audie- L
Simō Romā proficiscitur ris quanta mihi gloria erit in vrbe Roma, pœnitebit te. Et post hæc ipse quidem, vt aiebat, Ro
mam petit, ego autem confestim redij huc, orans, vt me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo
deceptus sum. Cum hæc dixisset is, qui à Simone regressus est, iussit eum Petrus in atrio resi-
dere. Procedens autem ipse, & turbas plurimas videns, multo plures, quàm superioribus die-
bus, stetit in loco solito, & ostendens eum qui à Simone venerat, sermonem facere hoc modo
cœpit: Iste, fratres, quem ostendo vobis, paulò ante venit ad me, de Simonis mihi malis arti-
tibus nuncians, quomodo ipsam sceleris sui officinam proiecerit in profundum: nō quasi pœ-
nitentia ductus, sed metuens, ne deprehensus publicis legibus subiaceret. Rogabat autē hunc, M
vt dicit, munera immensa pollicens, secum manere. Quem cum suadere minime potuisset,
tanquam ignauum increpans, dereliquit, ipse vero Romam petens. Cumq; hæc Petrus indi-
casset turbis, ipse qui regressus à Simone fuerat, publice stans singula quæq; cœpit populo ex-
ponere, de sceleribus Simonis. Et cum grauiter ferrent, de his quæ audiebant per artes magi-
Mala præterita boni eō sulenda. cas gesta à Simone, ait Petrus: Nolite fratres grauiter ferre de his quæ transacta sunt, sed ob-
seruate de futuris: quæ enim transierunt, iam finita sunt, quæ vero imminent, periculosa
sunt his qui incurrerint: scandala enim nunquam deerunt huic mundo, donec permittitur
inimico agere pro voluntate sua, vt prudentes quiq;, & intelligentes astutias eius, suscitatos
sibi ab eo superent agones. Hi vero qui negligunt discere quæ ad salutem pertinent animæ
suæ, iustis

A suæ, iustis ab eo deceptionibus capiantur. Quia ergo, vt ipsi audistis, Simon egressus est, aures
gentilium qui ad salutem vocati sunt, prœuenire, necesse est & me vestigia eius insequi, vt si
quid forte ab illo dissipatum fuerit, corrigatur à nobis. Sed quoniam iustum est de vobis ma
iorem solicitudinem geri, qui iam intra muros vitæ continemini, quia quod adquisitum est,
si pereat, damnum infert: quod autem nondum, si quidem inueniri potuerit, lucrum est: si mi
nus, hoc solum damni est, quod lucrum factum non est. Vt ergo & vos magis ac magis in ve
ritate firmemini, & gentes quæ ad salutem vocantur, non vsquequaq; possint nequitia Simo-
nis prœueniri, cogitaui Zachęum vobis ordinare pastorem: ego vero ipse tres vobiscum per- Zachæus ordinatus episcopus apd Cæsaream à Petro.
manere menses, & ita proficisci ad gentes, ne amplius morantibus nobis, & sceleribus Simo-
B nis vsquequaq; grassantibus, insanabiles fiant. Hæc illo dicente, vniuersus populus fleuit, au-
diens quod profecturus esset. At Petrus compassus eis, etiam ipse lachrymas fudit, & in cœ-
lum respiciens, ait: Tibi deus qui cœlum terramq; fecisti, & omnia quæ in eis sunt, precē sup-
plicem fundimus, vt confugientes ad te in tribulatione sua soleris: propter affectum enim
quem habent erga te, diligunt me, qui veritatem tuam adnunciaui eis: propter quod miserationis tuæ dextera custodi eos: non enim Zachæus, nec alius quisquam hominum custos esse
eis idoneus potest. Hæc autē & his similia cum dixisset Petrus, manibus superpositis Zachęo, Manuū impositio.
orauit vt inculpabiliter episcopatus sui seruaret officiū. Post hæc duodecim presbyteros or-
dinauit, & diacones quatuor, & ait: Zachæum hunc vobis ordinaui episcopum, sciēs eum ti-
C morem dei habere, & eruditum esse in scripturis: quem quasi Christi locum seruātem, hono- Quales debeāt esse episcopi.
rare debetis, obedientes ei ad salutem vestram, & scientes, quod siue honor, siue iniuria, quæ
ei defertur, ad Christum redundat, & à Christo ad deum. Audite ergo eum adtentius, & ab
ipso suscipite doctrinam fidei: monita autem vitæ à presbyteris, à diaconibus vero ordinem
disciplinæ. Viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius iuuate, pauperibus miseri- Compēdiū præceptorū Petri ad discipulos suos
cordiam facite, iuuenes pudicitiam docete. Et vt breuiter totū dicam, alterutrum vos in qui-
bus res poposcerit, sustentate. Deum colite qui creauit cœlum & terram, Christo credite, in-
uicem diligite, misericordes estote ad omnes, non verbo solo, sed & opere & rebus implete
charitatem. Et cum hæc atq; his similia præcepisset, pronunciauit ad populum, dicens: Quo-
niam tres menses statui facere vobiscum, si quis vestrum desiderat baptizetur, vt exutus prio
D ribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium, ex gestis propriis fiat.
Accedat ergo qui vult ad Zachæum, & ipsi det nomen suum, atq; ab eo mysteria audiat regni
cœlorum. Ieiuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, vt tri-
bus his mensibus consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizabitur autem vnusquisque
vestrûm in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis inuocato super se, perunctus primo
oleo per orationem sanctificato, vt ita demum per hæc consecratus, possit percipere de san- Oleo in baptismo vsi sunt in primitiua ecclesia.
ctis. Et cum multa dixisset de ratione baptismi, dimissis turbis, ad solitam se recepit mansio-
nem: ibiq; adstantibus sibi duodecim, id est, Zachæo & Sophonia, Iosepho & Michæa, Eleaza-
ro & Phinees, Lazaro & Helisæo, me Clemente & Nicodemo, Niceta & Aquila, hoc modo
E proloquutus est: Consideremus fratres quod iustum est: debemus enim auxilium aliquod fer-
re gentibus, quæ ad salutem vocatæ sunt. Ipsi audistis quod Simon præcedere volens iter no-
strum profectus est, quem oportuerat & è vestigio insequi, vt sic vbi aliquos subuertere tenta
ret, continuò confutaretur à nobis. Sed quoniam iniustum mihi videtur, vt derelictis his qui
iam conuersi sunt ad deum, eorum qui adhuc longe sunt curam præferamus, rectum puto, tri
bus mensibus permanere me cum his, qui in hac ciuitate conuersi sunt ad fidem, & firmiores
eos efficere: nec tamen illos, qui adhuc longe sunt, penitus negligere, ne fortè si diu venenis
pessimæ doctrinæ inficiantur, difficilius reuocentur. Et ideo volo, si tamen etiam vobis iustū
F videtur, vt pro Zachæo, quem hic ordinauimus episcopum, subiiciatur in numero Beniamin
filius Saba, & pro Clemente, quem decreui mecum semper esse, quia ex gentibus veniens, au-
diendi verbi dei grande desiderium gerit. Ananias filius Safra. Pro Niceta vero, & Aquila,
qui nuper conuersi sunt ad fidem Christi, Rubelus Zachæi frater, & Zacharias structor. Istis
ergo quatuor pro his quatuor substitutis, expleri volo duodecim numerū, vt me in ipsis sem-
per secum esse sentiat Simon. Sequestratis igitur me Clemente, & Niceta & Aquila, ad illos
duodecim ait: Volo vos post diem crastinum proficisci ad gentes, & vestigia Simonis inse-
qui, vt omnia quæ agit, manifesta mihi faciatis: sed & propositum singulorum diligenter re-
quirite, & me ad futurum sine mora eis adnunciate, & ne multa vobis dicam, per omnia in-
struite gentiles expectare aduentum meum. Cumq; hæc atque his similia dixisset, etiam vos,
inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

XII. discipuli Petri mittuntur ad prædicādū.

inquit,fratres,si quid vobis ad hæc videtur,dicite:ne fortè non sit rectum quod mihi soli plà G
cet.Tum omnes vna voce conlaudantes eum, Rogamus magis, aiebant,vt pro arbitrio tuo
cuncta disponas,& quod tibiipsi videtur iubeas: hoc enim putamus esse opus integrum pieta
tis,si quæ tu iusseris,impleamus. Igitur statuto die cum stetissent ante Petrum, ne arbitreris,
aiunt,Petre,paruum nobis indici mœrorem, quod fraudamur, non audientes te per menses
tres,sed quoniam hoc expedit agere quod tu iubes, obediemus promptissime: semper ergo
vultum tuum in nostro corde retinentes,sicut iussisti,alacres proficiscimur. At ille oratione
pro eis ad dominum fusa,emisit eos.Et cum profecti fuissent illi duodecim,qui prœmissi sunt,
Petrus ingressus,ex more in loco disputationis stetit. Conuenerat autem populi multitudo,
copiosior numerus quàm solebat,& omnes cũ lachrymis intuebantur eum,pro eo,quod pri- H
die ab eo audissent,profecturum se Simonis gratia. Sed & ipse lachrymantes eos videns si-
milia patiebatur,licet conaretur occultare,& inhibere lachrymas:prodebatur tamen ex trẽ-
more vocis,& interruptione sermonis,quod simili angeretur affectu. Verũtamen manu con
fricans frontem,æquo animo,inquit,estote fratres, & misericordes animas vestras cõsilij ra
tione solamini,referentes omnia ad deum,cuius solius implenda,& omnibus præferenda vo
luntas est.Nam si verbi gratia ponamus,quod pro affectu quem erga vos gerimus,contra vo
luntatem eius agentes, resideamus vobiscum,nunquid non potest missa in me morte,profe-
ctionem mihi à vobis inducere longiorem? Et ideo melius est, vt hanc breuiorem cum vo-
luntate ipsius impleamus, vtpote quibus definitum est,in omnibus obedire deo: vnde & vos I
debetis simili obedientia parẽre ei, quippe qui etiam me, non alia ex causa, nisi pro ipsius a-
more diligatis. Vt ergo amici dei, voluntati eius obtemperate, sed & vos ipsi probate quod
iustum est. Nunquid non impium videbatur,si cum vos Simon deciperet, ego non venissem
ad vos,detentus à fratribus qui erant in Hierusalem,& quidem cum haberetis apud vos Za-
chæum, virum bonum, & in sermone expeditum? Ita ergo & nunc impium iudicate,si cum
exierit Simon ad gentes impugnandas, quibus nullus omnino defensor est, ego non subse-
quar, detentus à vobis. Propter quod obseruemus, ne fortè affectu iniusto, voluntatem ma
ligni faciamus. Interim tribus, vt dixi,mensibus permanebo apud vos: estote assidui ad au-
diendum verbum:& cõsummatis his,si qui possunt,& volunt sequi nos,permittitur eis,sal- K
Non facile relinquendi sunt parentes aut vxores euãgelij prætextu. ua pietate. Quod autem dico salua pietate,hoc est,ne quem discessu suo contristet qui contri
stari non debet,vel parentes relinquens,quos non oportet,vel vxorẽ fidelem, vel si quæ sunt
huiusmodi personæ,quibus propter deum deferri solatium conuenit. Interea per dies singu-
los disputans & docens, propositum tempus in doctrinæ labore compleuit. Et cum aduenis-
set dies festus,super decem millia baptizati sunt. In illis autem diebus epistola mittitur à fra
tribus qui præcesserant, in qua Simonis scelera continebantur, quomodo per ciuitates deci-
peret turbas, & Petrum per singula laceraret, vt cum fortè aduenisset, nullus ei adcommo-
daret auditum. Adserebat enim eum magum esse, & sine deo, iniurioſum, callidum, impe-
ritum, & impossibilia profitentem. Mortuos enim resurrecturos adserit, quod est, inquit, L
impossibile. Si qui vero eum confutare velit, occultis ab eo insidiis perimitur per satellites
eius: propter quod, inquit, & ego cum eum superassem, & triumphassem, insidias eius ve-
ritus, fugi, ne fortè maleficiis me perimeret, aut mortem meam per insidias elocaret: indi-
cabant autem maxime eum apud Tripolim demorari.Igitur Petrus epistolam recitari popu-
lo iubet, & post lectionem adloquutus eos, de omnibus plenissime instruxit: præcipue tamen
vt obedirent Zachæo, quem eis ordinauit episcopum. Sed & presbyteros & diaconos po-
pulo, & ipsis nihilominus populum commendauit: simúlque denuncians,quod apud Tripo-
lim hyematurus esset. Commendo vos, inquit, gratiæ dei, crastino cum voluntate domi-
ni profecturus. Per totos autem tres menses quos apud Cæsaream doctrinæ causa exegimus M
Negotium scribendi à Petro iniun ctũ Clemẽti quæcunque apud populum differebat per diem, hæc nobis secretò lucubrantibus secum, ple-
nius & perfectius explanabat, tanquam fidelioribus, ac sibi liquidò probatis. Simul & impe-
rat mihi, quia intellexit me studioſius quæ audirem memoria commendare, libris singula
quæque quæ memoratu digna videbantur comprehendere, & mittere ad te mi domine Ia-
cobe,sicut & feci, parens eius præceptis. Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te, con-
Libri recognitionum. tinet de verbo Prophetæ, & de proprietate intelligentiæ legis,secundum id quod Moysi tra-
ditio docet. Secundus de principio continet, vtrum vnum sit principium,an multa: & quod
non ignoret Hebræorum lex, quid sit immensitas. Tertius de deo, & his quæ ab eo instituta
sunt. Quartus quod cum multi dicantur dij, vnus sit verus deus secundum testimonia scri-
pturarum.

A pturarum.Quintus quod duo sint cœli, quorum vnum sit istud visibile firmamentum, quod
& transibit:aliud vero æternũ & inuisibile.Sextus de bono & malo,& quod bono cuncta sub-
iiciantur à patre: malum autem quare,& quomodo, & vnde sit, & quod cooperetur quidem
bono,sed non proposito bono,& quæ sint signa boni,quæ vero mali,& quæ sit differentia dua
litatis & coniugationis.Septimus, quæ sint quæ prosequuti sunt duodecim apostoli apud po-
pulum in templo.Octauus de verbis domini quæ sibi videntur esse contraria,sed non sunt,&
quæ sit horum absolutio.Nonus,quia lex à deo posita est, iusta sit,& perfecta, & quæ sola pos-
sit facere pacem.Decimus de natiuitate hominum carnalium, & de generatione quæ est per
baptismum,& quæ sit in homine carnalis seminis successio, & quæ animæ eius ratio, & quo-
B modo in ipsa est libertas arbitrij:quæ quoniam non est ingenita,sed facta est,immobilis à bo
no esse non poterat.De his ergo singulis quæ apud Cæsaream dissertа sunt à Petro,iubente,vt
dixi, ipso, decem conscripta ad te transmisi volumina. Nos autem die postera, vt statutum
fuerat,cum aliquantis qui Petrum sequi decreuerant,fidelibus viris,à Cęsarea proficiscimur.

C

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENtis ad Iacobum fratrem domini, Liber quartus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

D PROFECTI à Cæsarea,vt Tripolim pergeremus,apud Doram bre-
ue oppidum, primam fecimus mansionem, quia nec longe aberat. Et
omnes penè, qui per sermonem Petri crediderant, diuelli ab eo satis
ægrè habebant,sed pariter incedẽtes,dum iterum videre,iterum com
plecti iuuat,iterum conferre sermonem,ad diuersorium peruenimus.
Sequenti vero die venimus Ptolomaidam, vbi decem dies demorati,
cum aliquanti verbum dei recepissent, nonnulli eorum qui adtentio-
res videbantur, & diutius detinere nos doctrinæ gratia cupiebant,
Tripolim,si hoc velint,vt sequerentur indicauimus. Similiter & apud Tyrum ac Sydonam
& Berythum fecimus,& his qui plenius desiderabant audire sermonem, apud Tripolim no-
bis hyemandum denunciauimus.Igitur cum ex singulis ciuitatibus studioſe quiq; comitaren
tur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuò autem ante
portas ciuitatis fratres, qui prœmissi fuerant, occurrunt, & suscipientes nos abducunt per
hospitia quæ præparauerant. Commotio autem & concursus plurimus fiebat in ciuitate, de-
siderantium videre Petrum. Et cum venissemus ad domum Maronis, in qua Petro fue-
E rat præparatum, conuersus ad turbas, post diem crastinum sermonem se ad eos promisit
facturum. Igitur qui præmissi fuerant fratres, omnibus qui nobiscum venerant hospitia di-
uidunt. Petrus vero Maronis domum ingressus, cum rogaretur cibum sumere, nequaquam
se facturum respondit, nisi prius sciisset, si omnes qui eum fuerant comitati, hospitiis re-
quiescerent. Comperit autem à fratribus qui præmissi sunt, quia à ciuibus, pro desiderio
quod erga Petrum conceperant, non solum hospitiis, sed & omni humanitate suscepti sint,
in tantum, vt & contristarentur aliquanti, quibus defuere quos susciperent. Ita enim om-
nes paratos fuisse, vt si multo plures venissent, adhuc tamen suscipiendos magis quàm su-
scipientes fuisse defuturos. Super his Petrus valde delectatus, conlaudauit, & benedixit
F eos, ac secum manere iussit. Ipse vero cum lauisset in mari, cibo sumpto, quieuit in ve-
spera. Et ex more, pullorum cantibus surgens, vespertino adhuc lumine perdurante, cun-
ctos inuenit vigilantes: eramus autem omnes cum eo sedecim,Petrus & ego Clemens,Nice
ta & Aquila, & illi qui præcesserant duodecim.Salutans itaque,vt solebat,Petrus ait: Hodie
quia aliis occupati non sumus,nobis simus.Et ego quidem vobis,quæ apud Cæsaream,post di
gressum vestrũ gesta sunt,enarrabo. Vos autem mihi quæ hic à Simone perpetrata sunt,indi
cate.Et cum de his ab alterutro sermo cederetur, inlucescente die,ingressi quidã de familia-
ribus,nunciant Petro,quod Simon vbi eum didicisset ingressum,per noctẽ profectus esset,Sy- Simon refor midãs Petri cõspectũ di labitur in Sy riam.
riam tendens.Turbæ autem diem hanc,inquiunt,quam interposuisti eis,desiderio tui longissi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum sibi esse tempus opinantur: denique non ferentes stant ante ianuam, inter se inuicem G
de his quæ audire cupiunt,conferentes, & te ante præfinitum tempus omnimodis se visuros
sperant, quantoq; magis dies clarescit, multitudines colliguntur, & audituros se sermonem
tuum, nescio vnde præsumentes,certissime confidunt.Nunc ergo quod tibi videtur, iube vt
dicamus eis: absurdum nanque est tantam multitudinem conuenisse,& discedere cum mœ-
stitia, quippe si responsa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt,quod ipsi statutum non
expectauerint diem, sed quod à te magis videantur esse contempti. Tum Petrus admirans
Matth.9. ait: Videtis fratres, quomodo vnusquisque sermo domini propheticæ dictus,impletur. Me-
mini enim dixisse eum: Messis quidem multa, operarij autem pauci.Rogate ergo dominum
messis, vt eiiciat operarios in messem suam. Ecce ergo nunc quæ in mysterio prædicta sunt, H
Matth.8. adimplentur.Sed & quod dixit,multi venient ab oriente,& occidente,à septentrione,& me-
ridie,& recumbent in sinibus.Abraham,& Isaac,& Iacob:etiam hoc pariter,vt videtis exple-
tur.Propter quod deprecor vos conseruos,& adiutores meos,vt discatis attentius prædican-
di ordinem,& absolutionum vias,vt possitis saluare animas hominum, quæ occulta dei vir-
tute,quem debeant diligere,prius etiam quàm doceantur,agnoscunt. Videtis enim eos,quasi
bonos seruos,desiderare eum quem sibi sperant aduentum sui domini nunciare,vt possint vo
luntatem eius,cum didicerint, implere. Desiderium ergo audiendi verbi dei, & voluntatem
eius quærendi, ex deo habent: & hoc est initium doni dei quod gentibus datur, vt possint
per hoc doctrinã recipere veritatis. Sic enim & Hebræorum populo ex initio datum est vt I
Propriũ He brærorũ mu nus factũ est & gentibus commune. diligerent Moysen, & crederent verbo eius. Quod ergo fuit proprij muneris à deo erga He-
bræorum gentem, hoc nunc videmus dari etiam his qui ex gentibus conuocantur ad fidem.
Operum vero ratio, potestati & arbitrio vniuscuiusque permittitur: & hoc ipsorum est pro-
prium, hoc à patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, vt voluntatem eius, cuius amo-
Matth.7. rem & desiderium, deo largiente, conceperis,facias:ne dicatur ad te ille sermo eius quem di
xit: Quid autem dicitis mihi domine domine, & non facitis quæ dico? Est ergo proprij mu-
neris à deo concessi Hebræis, vt Moysi credant: gentibus autem, vt Iesum diligant. Hoc e-
Matth.11. nim indicabat & magister, vbi ait: Confitebor tibi pater domine cœli & terræ, quia occul-
tasti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.per quod vtiq; declaratur, quia K
Hebræorum populus qui ex lege eruditus est, ignorauit eum. Populus autem gentium agno-
Saluãtur nõ qui agnouerint deũ sed qui voluntatem eius fecerint. Matth.13. uit Iesum & veneratur, propter quod & saluabitur, non solum agnoscens eum, sed & volun
tatem eius faciens. Debet autem is qui ex gentibus est, & ex deo habet, vt diligat Iesum,pro-
prij habere propositi,vt credat & Moysi.Et rursus Hebræus qui ex deo habet,vt credat Moy-
si: habere debet, & ex proposito suo, vt credat in Iesum, vt vnusquisque eorum habens in
se aliud diuini muneris, aliud propriæ industriæ, sit ex vtroque perfectus. De tali enim di-
cebat dominus noster viro diuite, qui profert de thesauris noua & vetera. Sed de his satis
dictum: vrget enim tempus, & populi religiosa deuotio inuitat nos, ad ipsos facere sermo-
nem. Et cum hæc dixisset, requirebat vbi opportunus esset locus ad disputandum. Et Ma- L
ro ait: Est mihi ædes amplissima, quæ plus quàm quingentos recipiat viros: est & hortus in-
est, qui non cupiat vel faciem tuam videre tantum. Et Petrus: Ostende mihi, inquit, ædem
vel hortum. Et cum vidisset ædem ingrediebatur, vt & hortum perspiceret, & subitò om-
nis multitudo, quasi ab aliquo euocata, cum festinatione ingressa est domum, atque inde ad
hortum prorupit, vbi iam stabat Petrus, considerans quis esset aptus ad disputandum locus.
Vt autem vidit turbas velut ingentis fluuij inundasse lenem meatum, ascendens supra ba-
sim quandam, quæ fortè iuxta horti parietem stabat, primo, religionis more, populum sa-
lutauit: quidam autem ex his qui aderant, & multo tempore à dæmonibus fuerant fatiga- M
ti, in terram proruunt, obsecrantibus spiritibus immundis, vt vel vno die indulgeretur eis
in obsessis corporibus permanere: quos Petrus increpans, iussit abscedere, & sine mora di-
scesserunt. Post hos alij longis afflicti languoribus, rogabant Petrum, vt reciperent sanita-
tem, pro quibus se supplicaturum domino pollicetur, cum prius sermo doctrinæ fuisset ex-
pletus. Sed statim vt promisit, languoribus resoluti sunt, & iussit eos seorsim residere cum
his qui à dæmonibus fuerant curati, quasi post laboris fatigationem.Interea dum hæc aguntur,plurima multitudo cõuenit,quos non solum desideriũ Petri,sed & sanitatũ, quæ perpetra-
Oratio Petri. tæ fuerant,fama pertraxerat.At Petrus manu quiescere populũ docens,& turbas in tranquil-
litate cõponens,hoc modo fecit exordiũ.Incipienti de vero dei cultu facere sermonẽ,necessa-
rium

A rium mihi videtur,eos qui nondum de hoc aliquid scientiæ consequuti sunt,primo omnium
docere, per omnia inculpabilem ponendam esse diuinam prouidentiam, per quam mundus
regitur & gubernatur.Hunc autem nobis exordij titulum dedit præsentis operis ratio,& eo-
rum quos dei virtus sanauit occasio, vt ostendamus quod recta ratione quamplurimi à di-
uersis dæmonibus obtinentur, vt per hoc appareat iustitia dei. Inuenietur enim omnium pe-
nè malorum mater esse ignorantia. Sed iam veniamus ad causam. Deus cum fecisset homi-
nem ad imaginem & similitudinem suam, operi suo spiramen quoddam, & odorem suæ di-
uinitatis inseruit, vt per hoc participes facti mortales vnigeniti eius, per ipsum etiam amici
dei & filij adoptionis existerent:vnde & qua via id possint adipisci,ipse eos, vt propheta ve-
B rus,edocuit,sciens quibus actibus hominũ delectaretur pater. Vnus itaq; apud homines tunc
dei cultus erat,mens pura & spiritus incorruptus. Et ob hoc,omnis creatura humano generi
fœdus inuiolabile conseruabat.Ob reuerentiam nanq; creatoris, nulla ægritudo in eos, nullũ
vitium corporis,nulla ciborum dominata corruptio est:ex quo fiebat,vt mille annorum ætas
in fragilitatem non incideret senectutis.Sed vbi vita laboris expers, bonorũ perseuerantiam
non putauit diuina largitione,sed rerum sorte concessam,& sine vllo sudore diuinæ amœni-
tatis delitiis perfrui, naturæ debitum, & non dei bonitatis munus accepit, in contrarias per
hæc homines & impias cogitationes, ocio docente, perueniunt,putantes deorum sibi vitam,
nullis laboribus, nullisq; meritis natam. Hinc proficiunt in deterius, vt neque prouidentia
C dei mundum regi crederent,neq; virtutibus esse aliquem locum, quandoquidem semetipsos
scirent,nullis prius bonis operibus adsignatis,ocij ac deliciarum summam tenere, & amicos
dei absque vllis laboribus haberi.Iustissimo itaq; dei iudicio, in huiusmodi cogitationum va-
nitate languentibus, labores & adflictiones pro remedio conferuntur. Vbi ergo adfuit labor
ac tribulatio, deliciarum & amœnitatis excluſi sunt loco. Terra autem cœpit nihil eis sine
labore producere, & tunc conuersa in hominibus cogitatio,creatoris sui requirere commo-
netur auxilium,& orationibus ac votis præsidia inuitare diuina.Et ita factum est, vt cultum
dei quem pro bonis neglexerant,recuperarent pro malis, & cogitationes in deum, quas per-
uerterat indulgentia, emendaret adflictio. Sic ergo diuina prouidentia hoc esse vtilius ho-
D minibus videns, vias benignitatis & abundantiæ, tanquam quæ læderent, subtrahit ab ho-
minibus, & vexationis iter ac tribulationis inducit. Sed vt ostenderet, quia hæc pro ingra-
tis agerentur, vnum quendam ex illis, qui primitus cœperant esse mortales, quod eum gra-
tiæ suæ non immemorem vidit, & quia sperauit inuocare nomen domini, ad immortales
transtulit:cæteris, qui in tantum ingrati extitere, vt nec laboribus & tribulationibus emen-
dari & corrigi possint, grauissima morte damnatis.Inuenit tamen & inter ipsos vnum quen
dam cum domo sua iustum, quem reseruaret,præcepto ei dato, vt fabricaret arcam, & in ea
cum diluuio cuncta necarentur, ipse cum his quibus præceptum fuerat, posset euadere, quo
impiis inundatione aquarum peremptis,purificationem mundus acciperet, & is qui ad pro-
E speritatem generis fuerat reseruatus, per aquam mundus effectus, mundum denuò repara-
ret.Sed his omnibus gestis,rursus homines ad impietatem vertuntur, & propter hoc à deo
ponitur lex quæ viuendi modum doceret: sed processu temporis, dei quidem cultus & iusti-
tia, ab infidelibus & impiis corrumpitur, sicut paulò post apertius ostendemus. Peruersæ au-
tem & erraticæ religiones introducuntur,quibus se plurima pars hominum per occasionem
feriarum, & solennitatum dederunt. Potus instaurantes, & conuiuia, tibiasque ac fistulas,
& citharas, ac diuersa genera musicorum sectantes, & semetipsos per omnia temulentiæ, ac
luxuriæ propinantes.Hinc omnis error accepit originem,hinc lucos,& aras,hinc coronas &
victimas reperere, & post ebrietatem,quasi limphaticis motibus agi:ex hoc iam potestas dæ-
F moniis data,ingrediendi huiuscemodi mentes,vt choros ducere insanos,& Baccho furere vi
derentur: hinc fremere dentibus,& mugire de profundis visceribus inuentum: hinc terri-
bilis vultus, & ferus in hominibus aspectus, vt is quem temulentia subuerterat, ac dæmon
instigauerat, numine repletus à deceptis & errantibus crederetur. Vnde cum tam multæ in
hunc mundum falsæ & erraticæ religiones essent introductæ, missi sumus nos, deferentes
vobis tanquam boni negotiatores, à patribus traditum & conseruatum veri dei cultum,cu-
ius quasi semina quædam vobis hæc verba respergimus, & in vestro iudicio ponimus quod
rectum videtur eligere: Si enim recipiatis quæ nostra sunt, non solum ipsi incursiones dæ-
monis effugere, sed & ex aliis eas effugare poteritis, simul & æternorum bonorum præmia
consequemini. Qui autem contempserint recipere quæ dicuntur à nobis, in præsenti qui-

Principium Christianismi est, credere prouidentiã diuinam, eamq; inculpabilẽ.

Præcipuus cultus dei cõsistit in mente pura.

Afflictiones dantur aliquando pro remedio.

Enoch.

Noe.

Lex viuẽdi à deo data post diluuiũ

Festi dies Ethnicorũ.

Bacchi numen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem vita diuersis dæmonibus & ægritudinum vitiis subiacebunt: post excessum autem cor- G
poris,etiam animæ eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non solum bonus,sed &
iustus est:nam si semper bonus sit & nunquam iustus,vt reddat vnicuique pro gestis suis,bo-
num inuenietur iniustum. Iniustum nanq; est,si ita apud eum habeatur impius, sicut & pius.
Igitur dæmones, sicut paulò ante diximus, cum occasionibus acceptis, ingerere se potuerunt
per malos & turpes actus corporibus hominum, si multo tempore permaneant in eis per ne-
gligentiam ipsorum, quia animæ suæ quod est vtile, non requirunt, necessario cogunt eos
habitantium in se dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod autem est omnium dete-
rius, in consummatione seculi, cum dæmon ille igni tradetur æterno, necessariò & anima
Quãobrem dæmones gaudeãt immergi humãnis corporibus. quæ ei paruit, cum ipso æternis ignibus cruciabitur, vna cum corpore suo quod polluit. Dæ- H
mones autem habere desiderium immergendi se corporibus hominum hæc causa est. Spiri-
tus sunt habentes propositum conuersum ad malitiam: per cibos ergo & potius immodera-
tos, ac libidinem perurgent homines ad peccatum: eos tamen qui peccandi propositum ge-
runt: qui dum videntur necessaria naturæ velle complere, non tenentes modum per ni-
mietatem, ingrediendi in semetipsos dæmonibus faciunt locum. Donec autem naturæ men
sura seruatur, & modus legitimus custoditur, dei clementia ingrediendi in homines non eis
tribuit facultatem. Vbi vero aut mens ad impietatem declinauerit,aut corpus immoderatis
cibis ac potibus adimplebitur, tanquam voluntate & proposito eorum qui se ita negligunt, I
inuitati,quasi aduersum eos qui à deo positam legem soluerint,accipiunt facultatem. Videtis
ergo quantum valeat agnitio dei,& diuinæ religionis obseruantia, quæ non solum defendit
credentes ab incursionibus dæmonij, verum & imperare eos facit his qui cæteris dominan-
tur. Et ideo necessarium vobis est qui estis ex gentibus, confugere ad deum, & obseruare vos
ab omni immunditia,vt expulsis dæmonibus, dei habitatio fiat in vobis. Simul & oration-
Matth.vi. bus commendate vos deo, & interpellate eum aduersum impudentiam dæmonum: creden-
tes enim,quæcunq; petieritis,accipietis. Sed & ipsi dæmones quanto viderint fidem crescere
in homine,tanto ab eo refugiunt,in ea solum parte residentes,in qua adhuc aliquid infidelita
tis resederit:ab his vero qui plena fide credunt,absq; vlla remoratione discedunt. Anima e-
Fides dæmones fugat. nim cum venerit ad fidem dei,cœlestis aquæ virtute consequitur, per quam dæmonem tanq; K
scintillam ignis extinguat. Est ergo fidei mensura,quæ si integra sit,ex integro de anima dæ-
mone fugat:si vero minus aliquid habeat, residet adhuc aliquid de portione dæmonis in por
tione infidelitatis:& est plurimus labor,vt intelligat anima,quando,aut qualiter,si plenè, aut
minus plenè ex se fugatus sit dæmon. Si enim in aliqua parte resederit,cum tempus inueniet,
cogitationes subiicit cordibus hominum,& illi nescientes vnde hæc veniant, suggestionibus
dæmonũ,quasi animæ suæ sensibus credunt:suggerunt ergo aliis,occasione corporeq; necessi-
tatis delitias sequi,aliorum iracundiam excusant per abundantiam fellis, aliorum insaniam
nigri fellis vehementia colorant,sed & stultitiam quorundã pro multitudine phlegmatis ex-
tenuant. Quod & si ita esset,tamen hæc singula molesta corpori esse non possent,nisi ex cibo- L
rum potuumq; nimietate,qui cum iusto amplius sumuntur,abundantia eorum quam decoque
re naturalis non sufficit calor,crudescit in venenum quoddam,idq; visceribus venisq; omni-
bus sentinę in modum redundans,motus corporis insanos reddit & turpes. Propter quod in
omnibus est obtinenda parsimonia,vt neq; dæmonibus locus detur,neq; anima ab eis obsessa
vnà cum ipsis tradatur æternis ignibus crucianda. Est & alius error dæmonum, quem subii-
ciunt sensibus hominum, vt putent se ab his qui dicuntur dij, perpeti quæ patiuntur, quo per
hæc, sacrificia offerentes & munera, quasi repropitiantes eos, cultum falsæ religionis adfir-
ment, nos vero refugiant qui pro salute eorum satagimus, vt ab errore liberentur: sed hoc,
vt dixi,faciunt,ignorantes quod dæmones ista sibi suggerant ne saluentur. Est ergo in pote- M
state vniuscuiusq;, quia liberi arbitrij factus est homo,vtrum nobis velit audire ad vitam,an
dæmonibus ad interitum. Aliis etiam dæmones in visu per diuersas imagines apparentes,
interdum minas intendunt, interdum sanitates incommoditatibus pollicentur, vt his quos
decipiunt, deorum nihilominus de se inferant opinionem, & quod sint dæmones ignore-
tur. Sed nos non latent, scientes mysterium creaturæ, & quam ob causam dæmonibus hæc
agere in præsenti seculo permittatur, vt vel transformari eis liceat in quas volunt imagi-
nes, vel suggerere prauas cogitationes, vel inferre se per cibos & potum sibi consecratum
Dæmonum præstigiæ. mentibus vel corporibus eorum, qui ex eo sumpserint, vel ad idoli alicuius veneration em
somnia vana confingere. Et tamen quis ita sine sensu inuenitur, cui persuaderi debeat, vt

idolum

A idolum colat,siue illud ex auro, siue ex quolibet metallo factum sit,cui non palàm est id esse il
lud metallum quod artifex voluit? Quomodo ergo inesse ibi diuinitas putanda est,quod si no
luisset artifex, omnino non esset? aut quomodo inde futura sibi adnunciari sperent, vbi nec
præsentium aliquis intellectus est? Quamuis etiamsi aliquid diuinarent,non continuò dij ha-
beri possint:quia aliud est diuinatio,aliud diuinitas. Nam & Phytones diuinare videntur, & Phytones di
non continuò dij sunt:denique à Christianis hominibus effugantur: & quomodo deus est, qui uinatorij spi
fugatur ab homine? Sed dicis fortasse:quid quod sanitates efficiunt,& quomodo quis curetur ritus.
ostendunt? Hac ratione colendi sunt etiam medici vt dij,multos enim sanant,& quanto quis
peritior fuerit, tanto plures sanabit. Vnde constat,istos cum sint dæmonici spiritus, & mul-
B to citius scire aliqua,& multo perfectius:non enim ad discendum tarditate corporis degra-
uantur. Et ideo quæ medici longo tempore,& labore plurimo adsequuntur:hæc illi,tanquam
spiritus,absque mora vlla, & absq; difficultate cognoscunt. Non ergo mirum est, si plus ali-
quid quàm homines sciunt:sed hoc intuendum est,quod ea quę sciunt,non ad salutem,sed ad
deceptionem proferunt animarũ,vt per hæc eas cultum falsæ religionis edoceant. Sed deus,
ne tantæ deceptionis error latêret,& errantibus ipse causa videretur existere, qui tantum eis
licere permisit,vt per diuinationes,& per curationes,per somnia decipere homines possint,cle
mentię suæ remediũ prouidit hominibus,& distinctionẽ falsi veriq; scire cupientibus,in pro-
patulo posuit. Est ergo ista distinctio: Quod à vero deo dicitur,siue per prophetas,siue per vi- Verũ à falso
C siones diuersas,semper verum est:quod autem à dæmonibus prædicitur, non semper verum quomodo di
est. Est ergo euidentis indicij, non à vero deo dici ea in quibus aliquando mendacium est, in scernatur.
veritate enim nunquam mendacium est:in his autem qui mentiuntur,potest aliquando & ve
ritatis aliquid admisceri,per quod mendacia condiantur. Quod si dicat aliquis:quid enim o-
pus erat hoc ipsum,vt eis permitteretur,vel aliquando verum dicere, & per hoc tantũ erro-
rem mortalibus introduci? Audi ad hæc:si eis nunquam fuisset indultũ veri aliquid dicere,o-
mnino nec prædicerent aliquid:nõ prædicentes autẽ,nec quod essent dæmones,cognoscerent
tur. Quod si ignorarentur esse dæmones in hoc mundo, agonis nostri & certaminis nos cau
D nos,& nihil loquendi facultas eis cõcessa videretur. Nunc autẽ vbi aliquando vera,aliquãdo
falsa dicuntur,debemus agnoscere,vt superius dixi,dæmonum,& non dei esse responsa,apud
quem mendaciũ nunquam est. Quod si curiosius quis progrediens dicat: Quid enim opus e-
rat huiusmodi mala à deo fieri,quibus ad subuertendas mentes humanas tanta esset intentio?
Hæc proponẽti respondebimus: requirendũ esse primo omniũ, si est aliquid in substantia ma
lum. Et quãuis sufficeret dicere ad eũ,quia nõ est cõueniens,vt creatura iudicet creatorẽ,sed Iniquum est
illius est iudicare opus alienũ,qui aut similis artificij,aut similis potentiæ est, tamẽ circuitio- creatorem à
nibus vtamur:absolute dicimus in substantia nihil esse mali. Quod si ita est,substantiarũ con creatura iu-
ditor frustra culpatur. Sed occurres mihi & dices: Etiamsi ex arbitrij libertate in hoc ventum dicari.
E est,nunquid ignorabat ille qui creabat eos,quod in malũ declinaturi essent quos creabat? opor Roma. 9
tuit ergo nec creari eos,quos deuiaturos ab itinere iustitiæ præuidebat. Audiant ad hæc qui
ita proponunt,quod huiuscemodi adsertionibus illud volunt ostendere, cur non malitia eo-
rum qui nondũ erant,bonitatem vicerit creatoris. Si enim volens implere numerũ & mensu
ram creationis suæ,extimuisset eorũ qui futuri erant malitiã,& quasi qui aliam nullã inueni-
re viã remedij ac medicinę potuisset,nisi hoc solũ vt retraheret se à proposito creandi,ne sibi
adscriberetur malitia eorũ qui futuri erant,quid aliud per hæc doceretur,nisi indigna passio,
& indecora fragilitas conditoris? quia ita pertimuit eorũ actus qui nondũ erant,vt à proposi
ta cõditione cessaret. Sed his procul amotis,illud animo contẽplemur: quia deus vniuersitatis
F conditor,cõditionis suæ futuras differentias præuidens, vnicuiq; creaturæ secundũ proprios
motus,quos ex arbitrij libertate proferebat,prospexit,& præuidit diuersos ordines, atq; offi-
cia differentia,& cum vnius essent substantiæ omnes secundũ creaturæ rationẽ, esset tamen
diuersitas in ordinibus & officiis secundum proprios animorum motus, ex arbitrij libertate
proferendos. Præuidebat ergo futuras in creaturis culpas,& iustitiæ eius ratio poscebat,vt e-
mendationis causa culpas pœna sequeretur. Oportuit ergo esse & pœnarũ ministros,quos tan Dæmones
tum libertas arbitrij in hunc ordinem traheret: præter hæc autem & debuerunt habere quos ministri pœ
vincerent hi,qui agones susceperant,cœlestiũ præmiorum. Sic ergo nec ea quæ putantur ma narum.
la,vacant ab vtilitate,dum victi his à quibus vincuntur, licet inuiti, præmia æterna conqui-
runt. Sed de his ista sufficiant,processu enim temporis etiam secretiora pãdentur. Nunc ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idola.

quoniam nondum intelligitis quanta vos ignorantiæ caligo circunſtet, interim vobis volo G
exponere, vnde colendi idola exordium mundo huic datum ſit. Idola autem dico exanima ſi-
mulacra quæ colitis, ſiue lignea, ſiue fictilia, ſiue lapidea, vel ærea, vel ex quibuſcunq; aliis ſum
pta ſunt metallis: horum ergo initium tale eſt. Angeli quidam, relicto proprij ordinis curſu,
hominum fauere vitiis cœpere, & libidini eorum quodammodo indignum præbere miniſte-
rium, quo illorum opera, ſuis magis voluptatibus morem gererent: quiq; ne ſponte inclinati

Magicæ illuſiones vnde natæ

viderentur ad indigna miniſteria, docuerunt homines, quod dæmones artibus quibuſdã obe
dire mortalibus, id eſt, magicis inuocationibus, poſſent, ac velut ex fornace quadã & officina
malitiæ totũ mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerunt. Pro his & aliis
nonnullis cauſis diluuiũ mundo introductum eſt, ſicut iam in aliis dictum eſt & dicemus: & H
omnes qui erant ſuper terras, deleti ſunt, excepta Noë familia, qui cum tribus filiis, eorumq;
vxoribus ſuperfuit: ex quibus vnus Cham nomine, cuidam ex filiis ſuis, qui Meſraim appella

Non multo ſecus Beroſus ſcribit. Zoroaſtris libri de magia.

batur, à quo Aegyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus, male compertam
magicæ artis tradidit diſciplinã: hunc gentes quæ tunc erant Zoroaſtrem appellauerunt, ad-
mirantes primũ magicæ artis autorẽ, cuius nomine etiã libri ſuper hoc plurimi habẽtur. Hic
ergo aſtris multũ ac frequenter intentus, & volens apud homines videri deus, velut ſcintillas
quaſdam ex ſtellis producere, & hominibus oſtentare cœpit, quo rudes atq; ignari, in ſtuporẽ
miraculi traherentur: cupiensq; augere de ſe huiuſmodi opinionem, ſæpius iſta moliebatur,

Zoroaſtres fulmĩe ict⁹ interiit.

vſquequo ab ipſo dæmone, quem importunius frequentabat, igni ſuccenſus concremaretur. I
Sed ſtulti homines qui tunc erant, cum debuiſſent vtiq; opinionem, quam de eo conceperant
abiicere, quippe quam pœnali morte eius viderant confutatam, in maius eum extollunt. Extru
cto enim ſepulchro ad honorem eius, tanquam amicum dei, ac fulminis ad cœlum vehicu-
lo ſubleuatũ, adorare auſi ſunt, & quaſi viuens aſtrum colere. Hinc enim & nomen poſt mor-
tem eius Zoroaſter, hoc eſt, viuũ ſidus appellatum eſt, ab his qui poſt vnam generationẽ Græ
cæ linguę loquela fuerant repleti. Hoc deniq; exemplo, etiã nunc multi eos qui fulmine obie-

Fulmĩe icti habiti, p diis

rint, ſepulchris honoratos tanquã amicos dei colunt. Hic ergo cũ quartadecima generatione
cœpiſſet, quintadecima defunctus eſt, in qua turris ædificata eſt, & linguę hominũ multiplici-
ter diuiſæ ſunt. Inter quos primus magica nihilominus arte quaſi coruſco ad eum delato, rex K
appellatur quidam Nemroth, quem & ipſum Græci Ninum vocauerunt: ex cuius nomine Ni-

Nemroth ĩ hiſtoriis Ninus vocatur. Niniue.

niue ciuitas vocabulum ſumpſit. Sic ergo diuerſæ & erraticæ ſuperſtitiones ab arte magica
initium ſumpſere. Etenim quoniam difficile erat humanum genus ab amore dei abſtrahi, &
abſurda atque exanima ſimulacra deduci, idcirco excelſioribus vſi ſunt magi molitionibus,
vt aſtrorum ſignis ac motibus, tanquam cœlitus & voluntate dei delatis, ad ſuadendos cul-
tus erraticos verterentur. Et eius quem ſupra diximus indignatione dæmonis, cui nimis mo
leſtus fuerat conflagraſſe, buſti cineres, tanquam fulminei ignis reliquias colligentes hi, qui
erant primitus decepti, deferunt ad Perſas, vt ab eis tãquam diuinus è cœlo lapſus ignis, per-

Vnde Perſis ignis, quem tãtopere coluerunt.

petuis conſeruaretur excubiis, atq; vt cœleſtis deus coleretur. Simili exemplo etiã per cætera L
loca reliqui homines his, quos vel in artibus aliquibus, vel in virtute fuerant admirati, vel
certe in amore plurimo habuerant, templa cõſtruere, imagines cõlocare, myſteria & cerimo-
nias, ac ſacrificia inſtituere, & per omnia deorũ de his famam poſteris tradere geſtierant, cõ
præcipue quod, vt ſuprà diximus, phantaſiis aliquibus magicæ artis fulti videbantur, vt inuo-
catione dæmonum agi ab his aliquid ad deceptionem hominum, moueriq; videretur. His ad-
iiciunt & ſolennitates quaſdam, ac temulenta conuiuia, quibus & homines libentius indulge
rent, & dæmones crapulis tanquã vehiculis inlati, ipſis eorũ viſceribus miſcerentur, in qui-
busconlocati ad omnẽ voluntatem ſuam actus hominum, cogitationesq; deflecterent. Huiuſ- M
modi igitur ex initio erroribus introductis, eisq; libidine & temulentia, qua carnales homi-
nes maxime delectantur, adiutis, religio dei, quæ per continentiam ſobrietatemq; conſtabat,
rareſcere inter homines, atq; aboleri propemodum cœpit. Nam cum ex initio homines, vt po
te iuſtum, & omnia contuentẽ deum colentes, neq; peccare auderent, neq; iniuriã facere pro-
ximis ſuis, certi quod vniuſcuiuſq; actus & motus aſpiceret deus: vbi religionis cultus ad ſi-
mulacra exanima conuerſus eſt, tanquam de quibus certi eſſent, quod neq; viderent, neq; au-
dirent, neque mouerentur in aliquo, licenter peccare, & in omne facinus progredi cœpere:
quippe qui nihil pati vererentur ab his, quos colebant vt deos. Hinc bellorum rabies exarſit,
hinc prædæ, rapinæ, captiuitates, & libertas in ſeruitutem redacta, prout quiſq; potuit, libidi-
ni & cupiditati ſuæ ſatisfecit, quanuis ſatisfacere cupiditati nulla vis poſſit. Sicut enim ignis
quanto

A quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur, & inualeſcit: ita & cupiditatis ra-
bies, per ea quæ adipiſcitur auctior & vehementior efficitur. Propter quod incipite iam me-
liore intellectu vobiſmetipſis reſiſtere, in his quæ non recte cupitis, ſi quo fortè modo repara
re in vobis ac reſtituere poſſitis illam, quæ ex initio mortalibus à deo tradita eſt, religionis
puritatem, & innocentiam vitæ, vt per eam vobis etiam ſpes bonorum immortalium repare-
tur: & agatis gratias largitori omnium patri, per eum quem poſuit regem pacis, & theſaurum
ineffabilium bonorũ, vt in præſenti quidem tempore diluantur peccata veſtra per aquã fon-
tis, aut fluminis, aut etiã maris, inuocato ſuper vos trino beatitudinis nomine: vt per hoc non
ſolum fugentur, ſi intra vos habitant ſpiritus maligni, verũetiã cum deſtiteritis à peccatis, &
B tota fide, totaq; mentis puritate deo credideritis, atiã ex aliis vos malignos ſpiritus & dæmo
nes effugetis, atque à paſſionibus & languoribus alios liberare poſſitis. Ipſi enim dæmones
ſciunt & agnoſcunt eos qui ſe tradiderint deo, & interdum ſola eorum præſentia propellun-
tur, ſicut paulò ante vidiſtis, quomodo cum vocem tantũ ſalutationis feciſſemus ad vos, con- Dæmones exhorreſcũt vere credentes.
tinuò dæmones propter honorẽ religionis noſtræ, exclamare cœperunt: & ne parum quidem
temporis potuerunt ferre præſentiam noſtram. Nunquid nos alterius ſumus naturæ ſuperio-
ris alicuius, & propterea nos dæmones timent? Vnius eiuſdẽ vobiſcum naturæ ſumus, ſed reli
gione differimus. Quod & ſi vos eſſe vultis, nõ inuidemus: quin potius & hortamur, certoſq;
eſſe vos volumus, quod cum fuerit in vobis eadem quę in nobis eſt fides & religio, ac vitę in-
C nocentia, remunerante deo fidem veſtrã, erit par vobis atq; eadem etiam contra dęmones po
teſtas & virtus. Sicut enim is qui acceperit ſub ſe milites, etiãſi ipſe inferior, & illi ſuperiores
ſint viribus, tamen dicit huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & alij fac hoc, & facit. Hoc Matth. 8.
autem poteſt non propria virtute, ſed Cæſaris metu. Ita & fidelis quiſq; dæmonibus imperat,
etiamſi videantur illi multo eſſe hominibus fortiores, non propter ſuã virtutem, ſed propter
dei qui eos ſubiecit poteſtati. Nam & quod diximus, vt Cæſar apud omnes milites, & in om-
nibus caſtris, atq; in omni regno timeatur, cum ſit vnus & fortaſſis exiguus viribus, non niſi
poteſtate dei agitur, qui timorem dat omnibus vt vni obtemperent. Hoc ſanè ſcire vos volu
mus, quod dæmon, niſi quis voluntatibus eius ſe ſponte ſubdiderit, poteſtatem aduerſum ho-
D minem non habet. Vnde & ipſe qui eſt princeps malitiæ, ad hunc quem diximus à deo deſti- Matth. 4.
natum regem pacis acceſſit, tentans, & polliceri ei cœpit omnẽ gloriam mundi: quod cum a-
liis obtuliſſet decipiendi cauſa, adoratũ ſe nouerat. Impius & immemor ſui, quod eſt propriũ
& ſpeciale malitiæ, adorandũ ſe ab eo præſumebat, à quo ſe nouerat deſtruendũ. Dominus er-
go noſter vnius dei cultũ confirmans, reſpondit ei: Scriptũ eſt, dominum deũ tuum adorabis
& illi ſoli ſeruies: qua reſponſione deterritus, & metuens ne vnius & veri dei repararetur vera Pſeudoprophetæ à diabolo.
religio, feſtinat cõtinuò emittere in hunc mundũ pſeudoprophetas, & pſeudapoſtolos, falſoſq;
doctores, qui ſub nomine quidẽ Chriſti loquerentur, dæmonis autẽ facerent volũtatem. Pro-
pter quod obſeruate cautius, vt nulli doctorũ credatis, niſi qui Iacobi fratris domini ex Hie-
E ruſalem detulerit teſtimoniũ, vel eius quicunq; poſt ipſum fuerit. Niſi enim quis illuc aſcende
rit, & ibi fuerit probatus quod ſit doctor idoneus, & fidelis ad prædicandũ Chriſti verbum: ni
ſi, inquam, inde detulerit teſtimoniũ, recipiendus omnino non eſt: ſed neq; propheta, neq; apo
ſtolus in hoc tempore ſperetur à vobis aliquis alius præter nos. Vnus enim eſt verus prophe-
ta, cuius nos duodecim apoſtoli verba prædicamus: Ipſe enim eſt annus dei acceptus, nos apo Chriſt⁹ annus eſt, cui⁹ XII. mẽſes ſũt apoſtoli.
ſtolos habens duodecim menſes. Qua autem cauſa vel mundus ipſe factus ſit, nel diuerſitates
quæ ſunt in eo acciderint, & quur ad reparationem eius veniens dominus noſter, elegerit
nos duodecim apoſtolos, & miſerit, aliàs latius explanabitur. Interim nos iuſſit exire ad præ-
dicandum, & inuitare vos ad cœnam regis cœleſtis, quam præparauit pater in nuptiis filij ſui, Veſtis nuptialis in euãgelio gratiã baptiſmi ſignificat.
F & vt demus vobis indumenta nuptialia, quod eſt, gratia baptiſmi, quam qui fuerit conſe-
quutus, tanquam veſtimentum mundum, cum quo ei ingrediendum eſt ad cœnam regis:
obſeruare debet, ne peccato aliqua ex parte maculetur, & ob hoc tanquam indignus & re-
probus abiiciatur. Cauſæ autem quibus maculetur iſtud indumentum hæ ſunt, ſi quis rece-
dat à patre, & conditore omnium deo, alium recipiens doctorem præter CHRISTVM,
qui eſt ſolus fidelis ac verus propheta, quique nos duodecim apoſtolos miſit ad prædican-
dum verbum. Et ſi quis de ſubſtantia diuinitatis, quæ cuncta præcellit, aliter quàm dignum
eſt ſentiat, hæc ſunt quæ vſque ad mortem baptiſmi polluunt indumentum. Quæ vero in a-
ctibus polluunt, iſta ſunt, homicidia, adulteria, odia, auaritia, cupiditas mala. Quæ autem ani-
mam ſimul & corpus polluunt, iſta ſunt, participare dæmonũ menſæ, hoc eſt, immolata degu

 ſtare, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

stare,vel sanguinem,vel morticinium, quod est suffocatum, & si quid illud est quod dæmonibus oblatum est. Hic ergo vobis sit primus gradus ex tribus, qui gradus triginta ex se gignit mandata.Secundus vero qui sexaginta. Tertius qui centum,sicut aliàs vobis de his plenius exponemus.Et hæc cum dixisset, ac præcepisset vt die postera ad eundem locum maturius conuenirent,turbas dimisit, quibus recedere nolentibus, ait Petrus : Donate mihi hanc gratiam,propter hesterni itineris labores,& nunc discedentes,die crastina maturius conuenite:& ita cum lætitia discessere.At Petrus paululum me secedere præcipiens orationis causa,iubet post hæc in loco horti,quem vmbra contegebat,accubitum sterni, & vnusquisque ex more recognoscens proprij ordinis locum, cibum sumpsimus. Tum deinde quia supererat adhuc aliquantulum diei de mirabilibus domini conloquutus nobis, cum vespere facto ingressus in cubiculum quieuit.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENtis ad Iacobum fratrem domini, Liber quintus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

SEQVENTI autem die, paulò citius quàm solebat consurgens Petrus,inuenit nos dormientes: quod vbi sensit, quasi ipse adhuc dormire volens,silentium sibi fieri iussit,vt nobis quiescendi facultatem daret.Vbi autem refecti somno exurreximus,inuenimus eum oratione facta, intra cubiculum operientem nos. Et cum iam esset crepusculum, salutans ex more,breuiter adloquutus est,& continuò ad consuetum locum docendi gratia procedit: vbi cum vidisset ad audiẽdum plurimos conuenisse, primo religionis ritu pace eis inuocata, dicere hoc modo cœpit: Deus creator omnium,ex initio ad imaginem suam hominem fecit,eiq; dominationẽ terræ,marisq;,& aëris ipsius dedit,sicut & verus nobis propheta narrauit, & ipsa rerum ratio docet:solus enim est rationabilis,& consequens est,vt ratio inrationabilibus dominetur.Hic ergo ab initio cum adhuc iustus esset,cunctis vitiis,& omni fragilitate superior erat:vbi autem peccauit,sicut hesterno die docuimus,& factus est seruus peccati,simul & fragilitati efficitur obnoxius.Quod idcirco scriptum est,vt sciant homines,quia sicut ex impietate passibiles facti sunt,ita per pietatem possunt esse impassibiles:verum & parua in deum fide,aliorum passiones curantes.Ita enim verus propheta nobis promisit,dicens: Amen dico vobis,quia si habueritis fidem sicut granum sinapis,dicetis monti huic,transi hinc,& transibit. Huius vocis etiam vos ipsi documenta accepistis:hesterno enim die vidistis quomodo adstantibus nobis,dæmones cum passionibus quas hominibus inuexerant, transierunt & fugati sunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi, vel curandi noscenda est,quæ non alia esse,quàm patientibus quidem infidelitatis,curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas enim dum non credit futurum iudicium dei, peccandi licentiam præbet,peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit.Fides autem futurum esse dei iudicium credens,continet homines à peccato:non peccantes vero non solum liberi sunt à dæmonibus & passionibus,verũ & aliorum dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur,quod origo totius mali ab ignorantia descendat,& ipsa sit malorum omniũ mater, quæ incuria quidẽ & ignauia gignitur, negligẽtia vero alitur & augetur, atq; in sensibus hominũ radicatur:quã si quis fortè doceat effugandã,velut antiquis & hęreditariis sedibus,molestè & indignanter auellitur.Et ideo paululũ laborandum nobis est,vt indagantes ignorantiæ præsumptiones scientiæ ratione resecemus,in his præcipue qui in aliquib⁹ minus rectis opinionibus præuenti sunt,per quas,quasi sub specie alicuius scientię,ignorantia in eis vehemẽtius radicata est: nihil enim grauius quàm si id quod ignorat quis scire se credat,& defendat verum esse quod falsum est,quod tale est,quale si quis ebrius sobrium se putet,& agat quidem cuncta vt ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris velit, Ita sunt ergo & hi qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt,atque ad perniciem, quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia

Matth.7.

Ignorantia mater oium malorum.

Ignorantiæ præsumptio scięti a resecanda est.

Agnitio veritatis.

omnia properandum est ad agnitionem veritatis, vt possimus quasi lumine nobis inde succenso,errorum tenebras depellere: grande enim malum est,vt diximus,ignorantia: sed quia substantiam non habet,facile ab his qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est quidem ignorantia,nisi non agnouisse,quod expedit: vbi autem agnoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet agnitio,quam nemo alius potest adsignare, nisi verus propheta. Hæc enim porta est vitæ, volentibus ingredi: & iter operum bonorum, pergentibus ad ciuitatem salutis.Si quis sanè audiens sermonem veri prophetæ, velit recipere aut nolit, & amplexiones eius,id est,mandata vitæ,habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset,vt audientes eũ iam non haberent in potestate aliud facere quàm audierant,vis erat quædam naturæ,per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet,& hoc naturæ vis erat,quæ vnum aliquid fieri cogeret,& alteri parti non daret locum.Nunc autem quia liberum est animo in quam velit partem declinare iudicium suum,& quam probauerit eligere viam,constat euidenter inesse hominibus arbitrij libertatem.Igitur priusquam audiat quis,quod ei expedit: certum est quia ignoret, & ignorans vult & desiderat quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Cũ vero audierit causas erroris sui,& rationem veritatis acceperit,tunc si permanserit in his erroribus,quibus dudum præuentus,recte iam vocabitur ad iudicium pœnas daturus, cur vitæ eius spatium,quod ad bene viuendum accepit, in ludibriis consumpsit errorum. Qui vero audiens hæc libenter accipit,& gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam, requirit intentius,& discere non desinit vsquequo cognoscat,si est vere aliud seculum, in quo bonis præmia præparata sunt: & cum certus de hoc fuerit,gratias agens deo,quod sibi veritatis lumen ostenderit,de cætero dirigit actus suos in omnibus operibus bonis,quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam per omnia, demirans & stupens cæterorum hominum errores,& quod ante oculos positam veritatem nemo videat.Ipse tamen gaudens super diuitiis sapientiæ,quas inuenit,insatiabiliter eis perfrui cupit,& exercitio bonorum operum delectatur,festinans ad seculum futurum mundo corde,& pura conscientia peruenire,vbi etiã videre deum regem omnium possit.His autem omnibus carere nos & fraudari, sola facit ignorantia.Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi,nesciunt enim quanta sit in horũ permutatione diuersitas. Propter quod consilium do vnicuique discentium,libenter præbere aurem verbo dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus,vt mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos adferat fructus.Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinent,recipere quis abnuit,& animo prauis opinionibus occupato obsistere nititur,nõ ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam.Debet enim iusto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia verba loquimur veritatis: vt cognitis his quæ sunt,vt sunt,& in bonis actibus dirigens vitam suam, regni cœlorum possit particeps inueniri,subiiciẽs sibi carnis desideria,& dominus eorum factus,vt ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium iucunda possessio.Nam qui permanet in malo,& seruus est mali,non potest effici portio boni,donec permanet in malo:quia ab initio,vt antè diximus,duo regna statuit deus, & potestatem dedit vnicuique hominum, vt illius regni fiat portio,cui se ad obediẽdum ipse subiecerit. Et quia definitum est apud deum, non posse vnum hominem vtriũsque regni esse seruum,omni studio date operam,in boni regis fœdus ac iura concurrere.Propter hoc denique verus propheta cum esset præsens nobiscum,& quosdam ex diuitibus negligentes erga dei cultum videret,huius rei ita aperuit veritatem: Nemo potest,inquit,duobus dominis seruire:non potestis deo seruire, & mammonæ: mammona patria eorum voce diuitias vocans.Hic ergo est verus propheta,qui in Iudęa nobis apparuit,vt audistis: qui stans publice sola iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam. Cúmque nihil ei esset impossibile etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli est possibile nisi soli deo: hic adnunciauit regnum dei, cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam vero prophetæ credidimus, firmitatem fidei nostræ, non solum ex verbis eius, sed & ex operibus adsumentes,quia & dicta legis,quæ ante multas generationes de præsentia eius exposuerant, in ipso consignabantur,& imagines gestorum Moysi, & ante ipsum patriarchæ Iacob, ipsius per omnia typum ferebant.Tempus quoque aduẽtus eius,hoc est,ipsum in quo venerat, prædictum ab eis constat:& super omnia quod esset à gentibus expectandus,sacris literis cõprehensum est,quæ in eo pariter vniuersa completa sunt.Quod autem Iudæorum propheta prędexit

Matth.6 Mammona quid significet.

Moyses & Iacob typũ Christi tulerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit eum à gentibus expectandum,supra modum in eo fidem veri confirmat. Si enim dixis- G
set à Iudęis expectandũ,non aliquid eximium prophetasse videretur,quod à cõtribuli populo,
& à propria gente speraretur is cuius aduentus ad salutem mundi fuerat repromissus: vide-
retur enim magis cõsequentię ratio esse,vt hoc fieret,quàm magnificentia prophetalis. Nũc
autem cum prophetę dicunt omnẽ illam spem quę de salute mũdi repromittitur, & nouita-
tem regni,quæ instituenda per Christũ est,atq; omnia quę de eo indicãtur,ad gentes esse trãs
ferẽda,iam nõ secundũ consequentiã rerum,sed incredibili quodã vaticinationis euentu ma
gnificentia prophetica cõfirmatur. Iudæi nanq; ex initio adfore aliquãdo hunc virũ, per quẽ
cuncta repararẽtur,verissima traditione susceperant,& quotidie meditantes ac prospiciẽtes,
Inuidia Iu- quãdo eius fieret aduentus: vbi adesse eum viderunt, & signa ac prodigia, sicut de eo scriptũ H
dæorũ erga fuerat,adimplentem,inuidia excæcati agnoscere nequiuerunt præsentẽ,in cuius spẽ lætaban-
Christum. tur absentis: intelleximus tamen pauci nos qui ab eo electi sumus. Hoc autem prouidẽtia dei
factum est,vt agnitio boni huius etiã gentibus traderetur, & hi qui nũquam de eo audierãt,
nec à prophetis didicerant,agnoscerent eũ: illi vero qui quotidianis meditationibus agnoue
rant,ignorarent. Ecce enim per vos nũc qui præsentes estis, & desideratis audire doctrinam
fidei eius,& agnoscere quis,& quomodo,& qualis sit eius aduentus,prophetica veritas adim-
pletur. Hoc est enim quod prædixerunt prophetę,qui à vobis quęrendus esset, qui de eo nun-
Ioan.8 quàm audistis. Et ideo videtes in vobis ipsis prophetica dicta cõpleri,huic vni recte creditis,
hunc recte expectatis,de hoc recte inquiritis,vt nõ solum expectetis eum,sed & hęreditatem I
regni eius credentes cõsequamini,secundũ quod ipse dixit, quia vnusquisq; illius fit seruus,
Lucæ.6. cui se ipse subiecerit. Propterea ergo euigilate,& dominũ, deumq; nostrum vobis adscribite:
dominũ qui & cœli ac terrę dominus est,& ad ipsius vos imaginem ac similitudinẽ reforma
Matth.4 te,sicut ipse verus propheta docet,dicẽs: Estote misericordes,sicut & pater vester cœlestis mi
sericors est,qui oriri facit solem suum super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos.
Hunc ergo imitamini,& hũc timete,sicut mandatũ datur hominibus: Dominũ deum tuũ a-
Colẽtes si- dorabis,& ipsi soli seruies. Expedit enim vobis huic vni domino seruire, vt per ipsum cogno
mulacra ex- scentes vnum deũ,à multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim creatorẽ omniũ
aia sunt ip- non timet deum,sed eos timet quos ipse manibus suis fecit,quid nisi vano & inutili semetip- K
sis statuis stu sum obnoxium facit timori? vilioremq; se & abiectiorem reddit,quàm sunt illa ipsa,quorum
pidiores. timorem mente cõcepit. Quin potius per bonitatem eius,qui vos inuitat, redite ad priorem
nobilitatem vestram,& ex bonis actibus,quod ipsius creatoris vestri imaginem portetis,ostẽ
dite,vt ex contemplatione similitudinis ipsius etiam filij eius esse credamini. Incipite ergo à
sensibus vestris abiicere vanas idolorum species,atq; inutiles & inanes timores, vt simul etiã
conditionem possitis iniquæ seruitutis effugere. Domini etenim vestri effecti sunt illi, qui ne
serui quidem vtiles vobis esse potuissent. Quomodo enim simulacra exanima, vel ad seruitu
tem vobis viderentur idonea,cum neque audiant,neque videant,neque aliquid sentiant? ni-
si quod ipsa saltem materia ex qua facti sunt, siue auri,siue argenti, vel etiam æris aut ligni, L
cum possit vobis ad vsus necessarios prodesse,vos ex ea formando deos,ociosam per omnia
Similes eri- eam atq; inutilem reddidistis. Nos ergo adnunciamus vobis verum dei cultum, simulq; mo-
mus deo, si nemus & hortamur cultores,vt per bonos actus imitentur eum quem colunt, & ad imaginẽ
opera eius ac similitudinem eius, vt superius diximus, redire festinent. Velim autem dicerent mihi hi
imitamur. qui idola colunt,si optãt similes fieri his quos colunt,vúltne aliquis vestrum sic videre, quo-
modo illi vidẽt? & sic audire quomodo illi audiunt? sic habere sensum quomodo illi habent?
Absit hoc ab vnoquoq; audientium: hoc enim maledictum potius & conuicium credendum
est homini,qui imaginem dei in se gerit,etiamsi similitudinem perdidit. Quales ergo dij ha-
bendi sunt isti,quos imitari execrabile sit cultoribus suis,quorum similitudinem habere con- M
Dij gentiũ tumelia est? Quid ergo? soluite simulacra inutilia,& facite vasa vtilia: soluite ociosam pigrã-
ociosi. ę materiam,& facite humano vsui apta ministeria. Sed non sinunt,inquit,leges humanæ. Be
ne,quia humanæ leges,& non ipsorum virtus. Quomodo ergo dij sunt qui humanis legibus
& non suis viribus defenduntur? sicq; & à furibus,canum vigiliis, & clausstrorum munitio-
nibus conseruantur,& hoc si fuerint argentea,vel aurea,vel etiam ærea: nam lapidea & ficti-
lia,ipsa sui vtilitate muniuntur,nemo enim lapideum aut fictilem deum furatur. Vnde mi-
serabiliores videntur hi,quibus preciosius metallum pericula viciniora conquirit. Qui ergo
furari possunt,qui ab hominibus custodiri,qui conflari & appendi,& malleis cædi, isti homi
nibus sensum habẽtibus dij debẽt videri? O in quantã miseriam mortalium decidit intelli-
gentia,

A gentia. Nam si mortuos timere summæ stultitiæ ducitur, quid iudicemus de his qui deterius
aliquid quàm sunt mortui timent? Ista enim simulacra nec in mortuorum numero habenda
sunt,quia nunquam vixerunt: præferenda sunt eis etiam sepulchra mortuorum,quoniam li-
cet nunc mortui sunt,habuerunt autem aliquando vitam. Isti autẽ quos colitis, nec eam qui- Ranæ præ-
dem,quæ est omnibus teterrima, ranarum ac bubonum vitam aliquando gesserunt. Sed quid ferendę diis
opus est de his plura memorare,cum sufficiat dicere ei qui adorat ea: Non vides quia quem gentilium.
adoras non videt? audi,quia quem adoras,non audit? & intellige,quia non intelligit? opus e-
nim mortalis manus est,& necessario sensu caret. Tu ergo adoras insensibilem, cum vnus-
quisque habens sensum,nec ea quidem credat adoranda quæ à deo facta sunt,& habent sen-
B sum, id est solem, & lunam, vel stellas, omniaque quæ in cœlo sunt, & super terram. Iu-
stum enim putant, non ea quæ pro mundi ministerio facta sunt, sed ipsorum, & mundi to- Honor crea
tius creatorem debere venerari: gaudent enim etiam hæc, cum ille adoratur & colitur, nec li toris nõ de-
benter accipiunt, vt honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim est dei solius cul- bet creaturę
tus,qui solus increatus est,omnia autem cætera factura eius sunt. Sicut ergo proprium est e- deferri.
ius qui solus non est factus deum esse,ita omne quod factum est,deus vere non est. Ante om
nia ergo intelligere debetis deceptionem serpentis antiqui,& callidas eius suggestiones, qui
quasi per prudentiam decipit vos,& velut ratione quadam serpit per sensus vestros, atq; ab
ipso vertice incipiens,per interiores dilabitur medullas, lucrum magnum computans decc- Quare ser-
C ptionem vestram. Interserit ergo sensibus vestris opiniones quorumcunque deorum, tan- pens cõdẽ-
tum vt vos ab vnius dei reuocet fide, sciens peccatum vestrum, suum esse solatium. Ille natus sit ter
enim pro nequitia sua,ab initio terram edere condemnatus est, propter eum quem de terra ram come-
adsumptum,iterum resolui fecit in terram, vsque ad tempus quo animæ vestræ per ignem dere.
traductæ reparentur,sicut aliàs de hoc plenius edocebimus. Ex ipso ergo sunt omnes errores
& ambiguitates,quibus ab vnius dei fide & credulitate conturbamini. Et primo omniũ subii
cit cogitationibus hominum,vt ne audiant verba veritatis, per quæ malorum ignorantiam
fugent. Et hoc facit quasi occasione alterius scientiæ,adseuerans eis illam opinionem qua v-
tuntur plurimi,vt putent se reos futuros non esse,si in ignorantia fuerint,nec reddituros es-
D se rationem pro his quæ nõ audierint,& ideo à verbo declinare eos suadet auditum. Sed ac-
cipite contra hæc,ipsa per semetipsam ignorantia,validissimum venenum est, quod sufficiat Ignorantia
animam,nulla extrinsecus quæsita adiectione,perimere. Et ideo nemo est qui ignorans, per nõ ex usa-
hoc quod ignorat euadat,sed certum est quod intereat. Naturaliter enim peccatorum vis in- bit in die
terimit peccatorem. Sed quoniam iudicium rationabile erit,tam ignorantiæ, quàm vniuscu- iudicij.
iusque peccati causa & origo requiretur. Is ergo qui scire noluit, quomodo possit venire ad
vitam,sed maluit ignorare,ne per hoc reus fieri videretur, ex hoc ipso iam quasi qui scierit
& habuerit scientiam,iudicatur. Agnouit enim quid esset quod nolebat audire,& nihil ei cõ-
feret ad excusationem serpẽtis artificio quæsita calliditas,cum eo enim erit ei ratio quem nõ
E latet cor. Vt autem scias quia ignorantia per semetipsam generat interitum, anima cum di-
scesserit à corpore,si talis exeat quæ ignoret eum à quo creata est,à quo in hoc mundo omnia
quæ vsibus suis erant necessaria,consequuta est, tanquam ingrata & infidelis à regni eius lu-
ce proiicitur. Subiicit iterum nequissimus serpens aliam hominibus opinionem,quam plures
vestrum proferre solent. Vnum esse & nos dicimus deum, qui est omnium dominus: sed &
isti,inquiunt,dij sunt. Sicut enim vnus est Cæsar,& habet sub se multos iudices, verbi gratia,
præfectos,consules,tribunos,& cæteras potestates: simili arbitramur modo, cũ vnus sit ma-
ior omnium deus,etiam istos ad similitudinem earum,quas diximus, potestatum ordinatos
esse in hoc mundo deos,illi quidem maiori subiectos,nos tamen,& quæ in hoc mundo sunt, Loqui de
F disp ẽsantes. Audite ergo ad hæc,quomodo in his ipsis quæ ad deceptionem proponitis, veri- deo per cõ-
tatis rationibus confutemini. Dicitis quia locum Cæsaris teneat deus, iudicium vero eius & parationes
potestatum speciem seruent hi qui dicuntur dij: seruate ergo,vt proposuistis,exemplum Cæ- humanas
saris,& scitote quia sicut nulli ex iudicibus,vel administratorib⁹ Cæsaris,id est,præfectis,vel nefas est.
proconsulibus,vel ducibus,vel tribunis,fas est Cæsaris nomen imponi,alioquin & ille qui su-
sceperit,& illi qui detulerint,pariter interibunt: Ita & de hoc debetis aduertere: quod si quis
nomen dei alicui quàm præter ipsum imposuerit,& ille receperit, vnum eundemq; sortiẽtur
interitum,multo deteriore sorte quàm ministri Cæsaris. Hic enim qui deliquit in Cæsarem,
interitum suscipiet temporalẽ: qui vero in vnum,qui solus & verus est deus delinquit, in se-
culum luet pœnas, & merito, vt qui nomen quod est vnicum, iniuriosa conditione violaue-
rit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit. Quanuis hoc ipsum deus, non nomen sit dei, sed hominibus interim vocabulum istud G
quasi pro nomine eius concessum est: quod tamen, vt dixi, cum contumelioſe tractatur, ad ve
ri eius nominis refertur iniuriam. Denique veteres Aegyptiorum qui de cœlesti cursu, & a-
strorum natura rationem sibi visi sunt reperisse, obsidente sensus eorum dæmone, omnibus
nihilominus contumeliis nomen incōmunicabile subiecerunt. Nam alij eorum bouem, qui
Apis dicitur colendum tradidere, alij Hircum, alij Gattas, nōnulli Ibin, quidam Serpentem.
Piscem quoque, & Cæpas, & Cloacas, Crepitus ventris, pro numinibus habendos esse docue-
runt, & alia innumerabilia, quæ pudet etiam nominare. Hæc dicente Petro, riserūt omnes qui
audiebamus. Et Petrus: Ridetis, inquit, vos aliorū dedecora, quia longa consuetudine propria
non videtis. Nam Aegyptiorum quidem stultitiam merito ridetis, qui muta animalia, ipsi cū H
sint rationabiles, colunt. Audite tamen quomodo & illi vos irrideant, aiunt enim: Nos viuē-
tia colimus animalia, licet moritura: vos vero quæ nunquam omnino vixere, hæc colitis, &
adoratis. Addunt præterea etiam illud, figuras esse, & allegorias virtutum quarūdam, quibus
adiutricibus regatur hominum genus. sed pudoris perfugio hæc & nonnulla his similia con-
nectentes, errorem suum velare nituntur. Sed non est nunc tempus Aegyptiis respondere, &
derelicta cura præsentium, absentium medicari languores. Certum namque indicium est, vos
ab huiusmodi ægritudine haberi alienos, qui eam non doluistis vt propriam, sed risistis vt a- I
lienam. Sed redeamus ad vos, quibus placet haberi deum vt Cæsarem, deos autem vt mini-
stros, & procuratores Cæsaris: sequimini me attentius, & modo vobis ostendam latebras ser
pentis, in argumenti huius curuis anfractibus collocatas. Certum apud omnes esse debet, &
indubitatum de deo, quia à nullo factus est, sed ipse fecit vniuersa, nihil ex facturis suis posse
coæquari: neque enim ita quis inrationalis inueniri potest, qui putet quod conferri possit fa-
ctura factori. Si ergo humana mens non solum ratione, sed & naturali quodam motu, recte
hanc opinionem tenet, illud dici deum, cui conferri aut exæquari nihil potest: sed quod cun-
ctis emineat, & cuncta repellat: quomodo nomen illud quod super omnia esse creditur, recte
his creditur dari, quos ad ministerium & procurationem humanæ vitæ putatis esse dispōsi-
tos? Sed & illud addemus: mūdus hic sine dubio factus est, & est corruptibilis, sicut etiā post- K
modū latius ostendemus: interim & factū eum & corruptibilem cōstat. Si ergo mūdus deus
dici nō potest, & recte nōpotest, quia corruptibilis est, quomodo partes mūdi dei nomē acci-
piet? quod enī totus non pōtest esse mūdus, multo magis non erit pars ei⁹. Igitur si redeamus
ad exemplum Cæsaris, videte quàm longe erretis. Cæsari, eiusdem licet naturæ hominem cu-
ius ipse est (conferri tamen neminem licet deo, qui hoc ipso quod à nullo factus, sed ipse fecit
omnia cuncta supereminet) conferri debere aliquem creditis? Sed Cæsaris quidem nomen
nulli alij audetis imponere, quia reum suum statim punit: dei vero audetis, quia reum suum
punire propter pœnitentiam differt? Per alios item serpens ille proferre verba huiuscemodi
solet: Nos ad honorem inuisibilis dei imagines visibiles adoramus: quod certissime falsum
est. Si enim vere velitis dei imaginem colere, homini benefacientes, veram in eo dei imagi- L
nem coleretis. In omni enim homine est imago dei, non in omnibus vero similitudo, sed vbi
benigna anima est, & mens pura. Si ergo vere vultis honorare imaginem dei, nos vobis quod
verum est aperimus, vt homini qui ad imaginem dei factus est benefaciatis, honorem & re-
uerentiam deferatis, esurienti cibum, sitienti poculum, nudo indumentum, ægro ministeriū,
peregrino hospitiū, & in carcere posito necessaria ministretis, & hoc est quod vere deo de-
latum reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem dei imaginis cædunt, vt qui ista non
fecerit, contumeliam imagini diuinæ intulisse credatur. Quis ergo iste honor dei est, per la-
pideas & ligneas formas discurrere, & inanes atque exanimes figuras, tanquam numina ve-
nerari, & hominē in quo vere imago dei est spernere? imò potius certi estote, quod qui homi M
cidium facit, aut adulterium, & quicquid in hominum pœnam, vel iniuriam geritur, in his o-
mnibus dei imago violatur. Magna enim impietas in deum est, lædere hominem: omne ergo
quod ipse pati non vis, cum facis alij, imaginem dei iniquis mœroribus fœdas. Intelligite er-
go, quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ persuadet pios vos videri posse,
cum insensibilia colitis: & non videri impios, cum sensibiles & rationabiles læditis. Sed ad
hæc alio nobis serpens ore respondet, & dicit: Si nolebat hæc esse deus, vtique nō erant. Nō-
dum vobis dico, quomodo ad vniuscuiusque mentis probationem, in hoc mundo permit-
tuntur esse multa contraria: sed illud est quod nunc interim conuenit dici, si secundum vos
omne quod adorandum erat, esse non debuit, nihil penè futurum erat in hoc mundo. Quid
enim

Animalia quæ sint virtutū symbola melius est colere quàm statuas exanimes.

Vere colere imaginem dei, est homini benefacere.

Fuisse ergo Christianis legem hanc præcipuā, testatur Aelius Lamp.

Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris.

A enim est quod reliquistis, quod non adoratis? solem, lunam, stellas, aquam, terram, montes, ar-
bores, lapides, homines, nihil horum est quod non adoraſtis. Oportuit ergo, iuxta vocem ve-
stram, nihil horum fieri à deo, ne haberetis quod possetis adorare: sed ne homines quidem ip
sos esse oportuit, qui adorarent. Vere hoc est quod desiderat ille qui intra vos latet serpens,
nulli vestrum parcit, nullum vult effugere de interitu: sed non ita erit. Audite, enim, quia nō
delinquit illud quod adoratur, sed ille qui adorat. Iustum nanque est apud deum iudicium, &
aliter iniuriam patientem iudicat, aliter inferētem. Sed dicis, oportebat ergo eos qui adorāt,
quod non licet adorari, statim perimi à deo, ne & alius hoc faceret. Sed nonne es tu pruden- Quis cōsilia
tior deo vt ei consilia suggeras? scit ille quid faciat. Omnibus etenim in ignorantia positis pa rius ei⁹ fuit. Roma. 11
B tientiam præstat, quia misericors & pius est, & præuidet, quia ex impiis multi efficiuntur pij,
& ex ipsis qui impura figmenta, & pollutas imagines venerantur, nonnulli conuersi ad deū,
& reuocantes se à peccatis, & agentes bona opera, perueniunt ad salutem. Sed debuimus, in-
quit, omnino nec ad cogitationem istam venire, vt hæc faceremus. Ignoratis quid est liber-
tas arbitrij, & latet vos quia ille vere bonus est, qui suo proposito bonus est? Qui autem neces
sitate retinetur in bono, bonus non potest dici, quia non est suum quod est. Quia ergo in v-
noquoque libertas est in electione bonorum vel malorum, ipse sibi vel præmia, vel interitum
quærit. Imò, inquit, quicquid cogitamus, deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis ô homi
C nes? blasphematis: si enim omne quod cogitamus ipse nobis adducit ad mentem, ipse ergo
nobis cogitationes adulterij suggerit, & auaritiæ, & blasphemiæ, omnisq; luxuriæ? Definite Deus malo-
quæso ab huiusmodi blasphemiis, & qui sit deo dignus honor intelligite. Nec dicatis, vt solēt rum non est
quidam vestrum, quia deus mortalium honore nō indiget. Ille quidem vere nullius indiget, autor.
sed vos debetis agnoscere, quia vobis prodest honor, quem deo defertis. Quid enim tam exe
crabile, quàm si gratiā referre nesciat homo proprio conditori? Sed melius, inquit, facimus
nos, qui & ipsi, & omnibus cum ipso gratias agimus. In hoc subuersionem salutis vestræ non
intelligitis? Tale est enim hoc, quale si quis æger ad medelam sui, medicum pariter & vene-
narios inuitet, cum illi nocere quidem possint, curare non possint: verus autem medicus, ve-
nenis illorum recuset sua medicamenta miscere, ne aut pernicies bono, aut sanitas nocenti-
D bus adscribatur. Dicis ergo: indignatur, aut inuidet deus, si cum ipse benefaciat, aliis gratiæ
referantur? Etiamsi non indignetur, non vult tamen erroris autor existere, vt sui operis be-
neficio inani idolo fides detur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quàm à deo benefi-
cium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergiscimini, & intel
ligite salutem vestram, deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neque in aliquo læ-
ditur, sed nos sumus qui aut iuuamur, aut lædimur in eo quo grati, aut ingrati sumus. Nā deo
quid confertur ex laudibus nostris? aut quid aufertur ex blasphemiis? nisi quod deus animam
sibi gratias agentem, proximam sibi & familiarem facit, ingratam vero, malus possidet dæ-
mon. Sed & illud scire vos volo, quod aduersum huiusmodi animas, non ipse deus per se vl-
tionem profert, sed vniuersa creatura eius insurgit, & pœnas de impiis sumit: & quanuis in Creaturæ se
E præsenti seculo dei bonitas æqualiter piis & impiis, mundi lucem ac terræ ministeria largia- ab impiis vl
tur, tamen non absque dolore sui lucem sol impiis præbet, cæteraq; elementa exhibent serui- ciscuntur.
tutem. Denique interdum etiam contra bonitatem conditoris, fatigata sceleribus impiorum
vincuntur elementa: & inde est quod aut terræ fructus corrumpitur, aut aëris temperies te-
meratur, aut supra modum ardor solis incenditur, vel imbrium, ac frigorum vis immensa
diffunditur. Inde lues & fames, & mortis facies diuersa percurrit, festinat enim creatura in
impios mouere vindictam. Dei tamen bonitas reprimit ea, & ab indignatione impiorum re-
frenat, ac suæ misericordiæ obedire cogit, magis quàm peccatis hominum & sceleribus inflā
mari: expectat enim patientia dei, dum in hoc corpore sunt, hominum conuersionem. Quod
F si qui ad exitum vitæ in impietate perstiterint, tum iam discedens anima quæ immortalis
est, pro impietatis suę perseuerantia luet pœnas. Immortales nanque sunt etiam impiorum a-
nimæ, quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri: sed non ita est, perfert enim
ignis æterni sine fine supplicia, & ad perniciem sui naturam non habet moriendi. Sed fortas-
se dicetis mihi, terres nos Petre. Et quomodo vobis dicemus quæ in re sunt? nunquid tacen-
tes adnunciare possumus veritatem? quæ sunt, aliter quàm sunt proferre nescimus. Quod si Episcopis
taceamus, causam vobis pernitiosæ ignorantiæ nos dabimus, & satisfaciemus latenti intra non est ta-
vos, & obsidenti sensus vestros serpenti, qui hæc vobis callide suggerit, vt semper vos inimi- ceadum.
cos faciat deo. Sed nos ad hoc missi sumus, vt prodamus vobis latebras eius, & absoluentes
inimicitias,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amicitiam cũ deo quomodo adipiscamur.

inimicitias, reconciliemus vos deo, vt ad ipsum conuertamini, & placeatis ei in operibus G
bonis. Inimicitiæ nanque sunt homini ad deum, inrationabilis & impius sensus, prauúmque
propositum, maxime cum videtur sibi scire aliquid, & est in ignorantia. Vbi autem abiectis
his, eadem vobis placere cœperint, quæ deo placent, & eadem displicere vobis, atque ea cœ-
peritis velle, quæ vult deus, tunc vere amici eius dicemini. Sed fortassis aliqui ex vobis di-
cent: nihil curæ est deo de rebus humanis, & cuius ne ad notitiam quidem possumus perue-
nire, quomodo ad amicitias perueniemus? Quod deus curam gerat humanarum rerum, ip-
sius mundi gubernatio testis est, cui sol quotidie deseruit, cui imbres ministrant, cui fontes,
flumina, ventique, & omnia famulantur elementa, quæ quanto potiora ab hominibus viden
tur, tanto curam dei esse erga homines indicant. Nisi enim potestate excelsi, nunquam po- H
tiora inferioribus ministrarent: & per hoc non solum curam deus erga homines, sed &
grandem quendam habere docetur affectum, quorum ministerio tam præclara mancipauit

Dictum est hoc de Helia, de quo 3. Regum.

elementa. Quod autem etiam ad amicitias dei perueniant homines, exemplo nobis sunt hi
quorum precibus tantum indulsit, vt clauderet imbribus cœlum cum vellent, & rursum cum
peterent, relaxaret: & multa alia voluntatem suam facientibus, præstitit, quæ non nisi ami-
cissimis præstarentur. Sed dices, quid enim lædit deus, si & ista colantur à nobis? Si quis
vestrum honorem patri debitum, à quo plurima beneficia consequutus est, alij deferat, & a-
lienum atque extraneum quasi patrem colat, non tibi videtur impius existere in patrem, &
exhæredatione dignissimus? Alij dicunt, impium est si non colamus ea quæ nobis tradita I

Maiorũ instituta sunt imitanda, si Christo nõ repugnent.

sunt à patribus nostris, & religionem præuaricamur à maioribus datam. Hac ratione si cu-
ius pater latro fuit, aut si cuius leno, à patribus sibi traditam consuetudinem mutare non
debet, nec ad meliorem viam à paternis erroribus reuocari: & impium ducitur, si quis non
cũ parentibus peccet, aut cum ipsis impius perseueret. Alij dicunt, non debemus molesti esse
deo, & ipsum semper aut miseriarum querelis, aut petitionum nostrarum necessitatibus o-
nerare. Quàm stulta & absque omni sale responsio: molestum deo putas, si ei pro beneficiis
suis gratias agas? cui molestum non putas, si pro ipsius muneribus, lignis & lapidibus gra-
tias referas? Et quomodo, cum fortè imber longa serenitate suspenditur, omnes ad cœlum
oculos tendimus, & ab omnipotẽte deo pluuiarum munera flagitamus, omnésque cum par- K
uulis ad deum fusis precibus, miserationes ipsius exoramus? Sed reuera ingratæ animæ cum
impetrauerint, citò obliuiscuntur: collectis enim messibus aut vindemiis, continuo ad sur-
da & muta simulacra primitias frugum deferunt, & pro his quæ deus concessit, in templis
aut lucis vota persoluunt, & ibi sacrificia dæmoniis offerunt, atque accepta gratia, permu-
tant gratiæ largitorem. Sed quidam dicunt, hæc lætitiæ gratia, & ad releuandos animos

Festi dies gẽtilium.

instituta, & ad hoc inuenta, vt humana mens aliquantulum curis & mœroribus relaxetur.
Videte quomodo ipsi accusatores estis eorum quæ geritis. Si hæc leuandi mœroris & læti-
tiæ capiendæ causa reperta sunt, quomodo in lucis & syluis inuocationes dæmonum fiunt?
quomodo insani rotatus hominum, sectionésque membrorum, & abscisiones verendorum? L
quomodo in his furor rabidus concipitur? quomodo inuitatur insania? quomodo mulie-
res sparsis crinibus furibundæ iactantur? vnde stridor & fremitus dentium? vnde mugitus
cordis & viscerum, & omnia illa quæ vel simulata, vel etiam ministerio dæmonum com-
paginata, ad terrorem stultorum, & ignorantium hominum proferuntur? hęc leuandi ani-
mi gratia fiunt, an potius opprimendi? Nondum sentitis neque intelligitis, latentis intra
vos serpentis hæc esse consilia? qui vos per inrationabiles errorum suggestiones, à ratione
veritatis abducit, vt vos libidinis & concupiscentiæ, ac totius dedecoris seruos teneat ac
ministros. Sed ego clara vos omnes prædicationis voce contestor, quod è contrario reli-

Vera religio dei in quib⁹ sita.

gio dei ad sobrietatem vos reuocat & pudicitiam, à luxuria ac furore iubet esse continen- M
tes, & per patientiam ac mansuetudinem, resecare lapsus iracundiæ, propriis esse conten-
tos, & virtute parsimoniæ, ne egestate quidem compulsos aliena diripere, sed in omnibus
seruare iustitiam: ab idolorum vos immolatione penitus remouere: per hæc enim inuitatis
dæmones ad vosmetipsos, & introëundi eis aditum sponte præbetis, & ex hoc iam vel fu-
roris causas, vel inliciti amoris accipitis. Hinc omnis impietatis origo descendit, hinc homi
cidia, adulteria, furta, & seminarium malorum omnium flagitiorúmque concipitur, dum
profanis libaminibus & odoribus indulgetis, ac locum dominandi in vos, & ius quodam-
modo obtinendi malignis spiritibus datis. Ingressi enim sensus vestros, quid nisi quæ libi-
dinis, quæ iniustitiæ, quæ crudelitatis sunt operentur, & ad omnia vos quibus ipsi delectan-
tur, subigant

A tur, subigant obedire? permittente reuera hoc deo pati vos ab eis iusto quodam iudicio, vt
ex ipso dedecore actuum sensuúmque vestrorum, intelligatis quàm indignum sit dæmoni-
bus, & non deo esse subiectos. Hinc & ad indecoros & fœdos actus per amicitias dæmonum
peruenitur. Hinc vsque ad ipsius vitæ perniciem, vel per flammam libidinis accenditur, vel
per iracundiæ rabiem, aut nimietatem tristitiæ peruenitur, vt sæpe notum est, etiam manus
sibi intulisse nonnullos: quod, vt diximus, iusta quadam dei sententia fieri ab his non pro-
hibetur, vt & quibus se subdiderint intelligant, & quem deseruerint recognoscant. Sed di-
cet aliquis, passiones istæ interdum accidunt etiam his qui deum colunt. Non est verum:
etenim nos illum dei dicamus esse cultorem, qui voluntatem dei facit, & legis præcepta cu-
B stodit. Apud deum enim, non ille qui apud homines Iudæus dicitur, Iudæus est: neque qui Roma. 2
gentilis vocatur, ille gentilis est, sed qui deo credens legem impleuerit, ac voluntatem eius
fecerit, etiamsi non sit circumcisus. Verus dei cultor est is, qui non solum ipse à passionibus
liber est, verum & alios ab eis liberos reddit, etiamsi sint ita graues, vt montibus coæquen-
tur, per fidem qua credit deo, transfert eas: sed & montes verè cum arboribus suis, si neces
se sit, per fidem transfert. Qui autem videtur quidem colere deum, sed neque fide plena, ne-
que operibus mandatorum munitur, sed est peccator, pro peccatis locum dedit in semetip-
so passionibus, quæ ad pœnam peccantium constitutæ sunt à deo, vt ab eis per inlata suppli-
cia, exigant debita peccatorum, & purgatiores eos ad iudicium illud omniũ generale per-
C ducant, si tamen castigationem eorum non deserat fides. Nam infidelium castigatio in præ- Infidelium dãnatio in hoc seculo.
senti vita indicium est, quo alieni existere incipiunt à futuris bonis: deum vero colentium
castigatio, cum pro peccatis quæ acciderint eis infertur, cõmissi ab eis exigit debitũ: vt præ-
uenientes iudicium, in præsenti seculo peccati debitum soluant, & liberentur vel ex parte
media ab æternis, quæ illic præparatæ sunt, pœnis. Sed hæc ita esse non recipit, qui non cre-
dit futurum esse iudicium dei, & ob hoc præsentis seculi voluptatibus obligatus, ab æternis
excluditur bonis. Et ideo nos non negligimus prædicare vobis, quæ saluti vestræ scimus esse
necessaria, & qui sit verus dei cultus ostendere, vt credentes deo, per opera bona possitis v-
nà nobiscum futuri seculi hæredes existere. Quod si nondum apud vos certum est, vera esse
quæ dicimus, interim pro hoc primo non debetis ægre accipere & infesti esse, quia quæ pu-
D tamus bona, hęc vobis adnunciamus, & quod vobis salutare esse credimus, hoc etiam vobis
conferre non inuidemus, omni, vt dixi, studio laborantes, quo cohæredes vos bonorum, quæ
ipsi nobis euentura credimus, habeamus. Vtrum autem pro certo vera sint quæ adnuncia-
mus vobis, non aliter scire poteritis, nisi vt obedientes his quæ mandantur, ipso rerum exi-
tu, & beatitudinis certissimo fine doceamini. Et ideo etiamsi latens intrinsecus serpens, sen-
sus vestros mille deprauandi artibus occupet, & impedimenta mille subiiciat, quibus à salu-
tari doctrina vestrum declinet auditum, eo magis obsistere ei debetis, & spretis eius sugge-
stionibus ad audiendum à nobis verbum, suscipiendámque doctrinam frequentius conueni-
E re, quia nemo potest discere aliquid qui non docetur. Cúmque hæc dixisset, iussit sibi eos qui
languoribus, vel dæmonibus vrgebantur, offerri, & imposuit eis manus cum oratione, atque
ita turbas dimisit, admonens, vt ad audiendũ verbum, diebus quibus inibidem moraturus
esset, frequentarent. Ideo vbi turbæ abscesserе, Petrus aquis quæ in horto fluebant corpus
diluens, vnà cum cæteris volentibus, humi sterni iussit sub arbore quadam, cuius vmbra e-
rat plurima, & recumbere nos secundum ordinem apud Cæsaream statutum prȩcepit. At-
que ita cibo sumpto, Hebrȩorum ritu gratias agens deo, quia adhuc aliquantulum diei su-
pererat, iubet nos de quibus velimus percontari. Cúmque essemus omnes cum eo viginti,
vnicuique de quo quærere voluit explanauit, quorum singula quæque libellis comprehensa Libelli isti nõ extant.
tibi ante iam misi. Vespere autem iam facto ingressi hospitium cum ipso, suis quique locis
requieuimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENtis ad Iacobum fratrem domini, Liber Sextus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

VBI vero rarescẽtibus tenebris primum dies cœpit proferre crepuscu- G
lum, Petrus orationis gratia hortum ingressus, exinde egrediẽs atque ingrediens, velut excusare nobis videbatur, quod tardius solito euigilans venisset ad nos. Aiebat ergo: Vbi veris tẽpus longiorem fecerit H
diem, necesse est vt nox breuior fiat: siquis ergo studiorũ causa noctis aliquid occupare desiderat, nõ in omni tempore easdem horas obseruare debet ad vigilandũ, sed eadem tẽporis spatia, siue breuior, siue lõgior sit nox, dormiẽdo cõsumere, & curare magnopere, ne præsumens ex his spatiis quæ habere ad studendũ solet, addat somno, & vigilandi tẽpus imminuat. Obseruandũ nanq; & illud est, ne fortè si nondũ decoctis cibis interrumpãtur somni, indigestũ corpus adgrauet mentẽ, & crudos adhuc exhalans spiritus, interiorem sensum cõfusum reddat ac turbidũ. Rectum ergo est, vt cõpetenti etiam pars ista quiete foueatur, quo possit sufficienter his, quæ sibi debentur, corpus expletis, iustum in reliquis menti exhibere ministeriũ. I

Concio Petri.

Et cum hæc dixisset, plurimis iam consueto in horti loco ad audiendum congregatis, processit Petrus, & salutatis ex more turbis, dicere hoc modo cœpit. Quoniãquidem sicut terra culEuangeliũ colonus cordis nostri est.
tore neglecta, spinas & tribulos necessario producit: ita sensus vester longi tẽporis incuria, multas & noxias opiniones rerũ, & intelligẽtias falsæ sciẽtiæ germinauit. Opus est nũc multa diligentia ad excolendũ rus mentis vestræ, vt id sermo veritatis, qui est verus & diligẽs cordis colonus, adsiduis excolat disciplinis. Vestrũ ergo est præbere ei obedientiã, & occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonũ verbi semen enecet noxium germẽ. Potest enim fieri, vt multi temporis negligentiã, breuis & adsidua reparet diligentia: incertum nã- K
que est vniuscuiusq; vitæ tempus, & ideo festinandũ est ad salutem, ne fortè cunctantẽ mors repentina præueniat. Et ob hoc acrius intendendũ est, vt dum est temporis spatium, collecta malæ cõsuetudinis vitia rescecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos, pro his quę inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est iusta & necessaria iracundia, qua vnusquisq; in his quibus errauit & perperã gessit, indignatur, & semetipsum incusat: ex qua indignatione accẽditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ voluptatis, bono semini verbi dei fœcundiorem cordis præparat glebam. Puto autem quod satis dignas habeatis causas iracũdię, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si cõsideretis in quãtos vos errores deduxit ignorantię malũ, quãtosq; lapsus, & quãta pręcipitia ad peccandũ dedit, à quantis vos bonis abstra- L
xit, & in quę pręcipitauit mala, & quod est super omnia grauius, quod vos in futuro seculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nónne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumẽ obfulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ deo placitæ intra vos consurgit incendiũ? quo consumatur, & radicitus intereat omne germen, si quod fortè intra vos malę concupiscentiæ pullulauit. Vnde & ipse qui misit nos, cum venisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo pacem ei in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ eius ruinis scientiam veritatis opposuit, vt si fortè resipiscerent, & lumen veritatis aspicerẽt, deceptos se, & in pręcipitia erroris abstractos merito dolerẽt, & iracundiæ salutaris ignem aduersum deceptricem sui conciperent ignorantiã. Ob hoc itaq; di- M
Vita militia est.
cebat: Ignem veni mittere in terram, & quem volo vt accendatur. Est ergo pugna quędã, quę gerenda nobis est in hac vita: sermo enim veritatis & scientię, necessario separat homines ab errore & ignorantia, sicut sæpe vidimus putrefactas & emortuas corporis carnes, à cõnexione viuentiũ membrorum ferro secante separari. Tale ergo aliquid est quod agit veritatis agnitio: necesse est enĩ, vt salutis causa filius, verbi gratia, qui sermonẽ receperit veritatis, à parentibus separetur incredulis: aut rursum, pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc mo-
Matth. 10
do inter propinquos & cõsanguineos credẽtes, atq; incredulos, scientię & ignorantiæ, veritatisq; & erroris pugna consurgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quod si dicit aliquis, & quomodo iustum videtur separari à

parentibus?

A parentibus? Audi quomodo: quia si cum ipsis in errore permanent, neq; illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustũ igitur & valde iustum est, separari eum qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit ista separatio, illi enim volunt esse, pariter & prodesse eis, & docere meliora: sed est istud proprium ignorantiæ vitiũ, vt confutantem se veritatis lucem nõ ferat habere de proximo, & ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquam à bono deo datam, cupiunt eam, si fieri potest, cum omnibus habere communẽ, etiã cum his qui oderunt eos & persequuntur: sciunt enim, quia peccati ipsorum causa ignorantia est. Propterea deniq; ipse magister cum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, Gladius euangelij.
B orabat patrem pro interfectoribus suis, & dicebat: Pater remitte eis peccatum, nesciũt enim Lucæ. 23
quid faciũt. Imitãtes quoq; discipuli magistrũ, etiã ipsi cum paterẽtur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiã pro interfectoribus, & persequutoribus nostris, quomodo nõ etiam parentũ & propinquorum persequutiones ferre, & pro cõuersione eorũ orare debemus? Tum deinde etiam illud diligentius cõsideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod vitæ nostræ videntur autores. Autores quidem vitæ nostræ parentes nõ sunt, sed ministri: non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium: autor autem vitæ, vnus & solus est deus. Si ergo autorem vitæ diligere voluerimus, illum nobis sciamus esse diligendum. Sed illum, inquit, cognoC scere nõ potuimus, istos autem & nouimus, & in affectu habemus. Esto, non potueris cognoscere quid sit deus, quid tamen nõ sit deus, perfacile scire potuisti. Nam quomodo latere po- Hoc est qđ opinor impulit Dionysium scribere de Theologia negatiua.
tuit hominẽ quod lignũ, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia, deº nõ sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere, certum est quia in agnitione dei impediti estis, nõ impossibilitatis, sed ignauiæ vitio: nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris, profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certum est enim quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per spiritũ mouetur, spiritus autem à deo initium habet. Sic enim dicit Moyses propheta: In principio fecit deus cœlum & terram, terra autem erat inuisibilis Genes. 1
D & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei erat super aquas, qui spiritus iussu dei, quasi ipsa conditoris manu, lucem separauit à tenebris, & post illud inuisibile cœlũ, istud visibile produxit, vt superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter te ergo dei iussu, aqua quæ erat super faciem terræ secessit, vt terra tibi pro- Propter hominem oĩa creata sunt.
duceret fructus: cui etiam humorum venas latenter inseruit, vt tibi ex ea profluerent fontes, & flumina. Propter te producere iussa est animantia, & omnia quæ tuo vsui voluntatiq; seruirent. Aut non propter te venti spirant, vt ex ipsis cõcipiens fructus tibi terra parturiat? Nõ propter te imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Non propter te sol oritur, & occidit, & mutationes luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatum suum, vt tibi ingrato cuncta subiaceant. Nónne pro his omnibus ista erit vltionis pœna, quia horum omniũ
E largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ cæteris ignorastis? Sed & nunc eisdem vos ad intelligentiam viis duco: videtis etenim quod omnia gignũtur ex aquis, aqua vero per vnigenitum ex initio facta est, vnigeniti vero omnipotens deus caput est, per quem tali ordine, quo suprà diximus, peruenitur ad patrem: cum autem peruenerit ad patrem, agnosces hanc esse voluntatem eius, vt per aquas quæ primæ creatę sunt, denuo renascaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus adimpletis, hæres efficitur eius à quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod paratis animis accedite, quasi filij ad patrem, vt peccata vestra diluantur, & causa eorum sola ignorãtia fuisse probetur apud deum. Nam si post agnitionem horũ permanetis in incredulitate, vobis iam per- Baptismus necessarius.
F ditionis vestræ causa & nõ ignorantiæ reputabitur. Nec putes quod etiãsi omnem pietatem colas, omnemq; iustitiã, baptismum vero nõ accipias, spem possis habere apud deum: imò potius maiore pœna dignus erit, qui bona opera non bene operatur: confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur sicut deus iubet. Deus autem iussit omnem co- Opera tum sunt bona si fiunt ita vt deus præcepit.
lentem se baptismo consignari: quod si tu reniteris, & tuæ voluntati magis quàm dei obtemperas, contrarius sine dubio & inimicus es voluntati eius. Sed dices fortasse, quid confert aquæ baptismus ad dei cultum? Primo quidem, quia quod deo placuit impletur: secundo, quia regenerato ex aquis, & deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ tibi per hominem facta est, amputatur, & ita demum peruenire poteris ad salutem, aliter vero impossibile est.

c Sic enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.3

Sic enim nobis cum sacramẽto verus propheta testatus est,dicens:Amen dico vobis,nisi quis denuo renat⁹ fuerit ex aqua,nõ introibit in regna cœlorũ.Et ideo adcelerate, est enĩ in aquis istis misericordiæ vis quædam,quæ ex initio ferebatur super eas,& agnoscit eos qui baptizãtur sub appellatione triplicis sacramenti , & eripit eos de suppliciis futuris,quasi donũ quoddam offerens deo, animas per baptismum consecratas . Confugite ergo ad aquas istas,solæ sunt enim quæ possint vim futuri ignis extinguere:ad quas qui moratur accedere, constat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere,& ab ipso prohiberi ad aquas quæ salutem confessto quidem,vt adimpleatur in eo perfectio,& regeneratur deo:iniusto vero,vt peccatorũ quę quia incertus est vniuscuiusq; exitus vitæ.Cum autem regeneratus fueris per aquam ex operibus bonis,ostende in te similitudinem eius,qui te genuit patris.Agnouisti enim deum , honora patrẽ:honor autẽ eius est,vt ita viuas sicut ipse vult.Vult autẽ ita viuere, vt homicidiũ, adulterium nescias,odium,auaritiã fugias,iram,superbiam,iactantiã,respuas,& execreris inuidiam,cæteraq; his similia penitus à te ducas aliena.Est sanè propria quædã nostræ religiõis obseruãtia,quæ non tam imponitur hominibus,quàm proprie ab vnoquoque deum colente causa puritatis expetitur.Castimonię dico causa,cuius species multæ sunt,sed primo vt obser

Leuit.18 Vetus exẽplar cãtari habebat,in alio nõ erat omnino,suspicor autẽ legendum canterij.

uet vnusquisq;,ne menstruatę mulieri misceatur,hoc enim execrabile ducit lex dei.Quod etsi lex de his non admonuisset,nos vt cantari libenter volueremur in stercore?Debemus amplius aliquid habere animalibus, vtpote rationabiles homines , & cœlestium sensuũ capaces, quibus summi studij esse debet,ab omni inquinamento cordis cõscientiam custodire.Bonum est autẽ & puritati cõueniens,etiã corpus aqua diluere.Bonũ vero dico,nõ quasi principale illud in quo mens purificatur,sed quod sequela sit illius boni hoc in quo caro diluitur . Sic eni

Matth.23

& magister noster quondã pharisęorũ & scribarum,qui videbãtur esse cæteris meliores , & à vulgo separati,increpabat,dicens eos hypocritas,quia ea solum quę hominibus videbãtur purificabant,corda vero quæ solus deus aspicit,inquinata relinquebant & sordida . Ad quosdã ergo ex ipsis nõ ad omnes dicebat: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ,quia mundatis calicis & paropsidis quod deforis est,intus autẽ plena sunt sordibus.Pharisæe cæce, emũda primũ quod intus est,& quod deforis est,erit mundũ.Vere enim si mens mundetur luce scientię, cum ipsa fuerit munda ac splendida,tunc etiã eius qui deforis est hominis, ipsa necessario curam gerit,id est carnis suæ,vt & ipsa purificetur. Vbi autẽ ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur,certum est ibi neq; de puritate mentis,ac munditia cordis curam geri.Ita ergo fit vt is quidem qui intrinsecus mundus est,mũdetur sine dubio & extrinsecus . Non semper autem is qui mundatur extrinsecus , etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc vt hominibus placeat.Sed & illa species castimoniæ obseruanda est,vt ne passim,& libidinis solius causa fœminis coëatur , sed posteritatis reparandæ gratia . Quæ obseruantia cum in nonnullis etiam pecudibus inueniatur,pudoris est si non ab hominibus rationabilibus,& deũ colentibus obseruetur.In tantũ autem castimonia,verum dei cultum tenentibus,per has quas suprà diximus,aliasq; horum similes species, conseruanda est, vt etiam apud eos qui à diabolo adhuc in erroribus detinentur,adtentius obseruetur: est enim & apud illos nõnulla obseruantia castimoniæ . Quid ergo quod errãtes custodiebatis , hoc non obseruabitis emendati? Sed fortasse dicet aliquis vestrum : Oportet ergo nos omnia quæ fecimus dum coleremus idola custodire? Non omnia,sed quæcunque bene fiebant,hæc etiam nunc conuenit obseruari: quia si quid recte fit ab his,qui in errore sunt , certum est id à veritate sumptum . Quia & si quid in vera religione non recte fit,non est dubium quin ab errore mutuatum sit : bonum nanque etiamsi ab errantibus gestum fuerit,bonum est:& malum , etiamsi ab his qui veritatem sequuntur gestum fuerit,malum est.Aut nunquid ita desipiemus,vt si videamus eum qui

Christiani quibus modis ethnicos vincere debeant.

idola colit,esse sobrium,nos qui deum colimus,sobrij esse recusemus,ne eadem facere quæ ille qui colit idola videamur? Non ita est,sed sit nobis studium,vt si illi qui errant, homicidium non faciunt,nos ne irascamur quidem:& si illi adulterium non admittunt, nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem:si illi amant proximos suos , nos diligamus etiam inimicos nostros: si illi mutuo dant his qui habent vnde reddant,nos etiam his demus à quibus recipere non speramus.Et per omnia nos qui æterni seculi hæreditatem speramus , debemus præcellere eos qui præsens tãtum seculum norunt,scientes quia si opera illorum nostris operibus conlata,in die iudicij similia inueniantur ac paria,confusio nobis erit,quod ęquales inuenimur

A uenimur in operibus,his qui propter ignorantiam condemnantur,& nullam spem futuri seculi habuerunt.Et vere digna confusio est, vbi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus.Quod si cõfusio nobis erit,æquales eis inueniri in operib⁹ bonis,quid erit nobis si inferiores nos,ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipse verus propheta docuerit: ad eos enim qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: Regina austri surget in iudicio cum generatione hac,& condemnabit eam , quia venit à finibus terræ,audire sapientiam Salomonis,& ecce plusquam Salomon hic , & non audiunt. Ad eos vero qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabant,ita ait : Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac , & condemnabunt eam , quia pœnitentiam egerunt in prædi-

Lucæ.11.

B catione Ionæ,& ecce plus quàm Iona hic.Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, & ostendens eos nec illis æquales esse,qui in errore positi videbãtur,ex ipsa tantum comparatione condemnat . Ex quibus omnibus sermo quem proposuimus adprobatur , vt castimonia , quæ aliquatenus etiam ab his,qui in errore sunt positi , custoditur , multo purius & adtentius per singulas quasque, sicut suprà ostẽdimus, species à nobis,qui veritatem sequimur, teneatur, eo magis quo apud nos obseruantiæ eius præmia æterna posita sunt . Hæc & his similia cum dixisset , turbas dimisit,& ex more cum familiaribus suis cibo sumpto,quieuit. Hoc autem modo per tres con-

C tinuos menses,cum verbum dei doceret,& plurimos conuerteret ad fidem, ad vltimum ieiunare me iussit, & post ieiunium in fontibus, qui contigui habẽtur mari, perennis aquæ mihi baptismum dedit. Cúmque pro regenerationis gratia diuinitus mihi conlata, feriati cum fratribus & laicis lęti egissemus, Petrus eos qui ad præcedendum fuerant ordinati , proficisci Antiochiam iubet,atque ibi tres alios expectare menses: quibus profectis, ipse eo qui fidẽ domini plene receperant, deducens ad fontes, quos mari contiguos suprà diximus,baptizauit,& eucharistiam frangẽs cum eis, Maronem qui eum hospitio receperat , perfectum iam in omnibus,constituit eis episcopum , & duodecim cum eo presbyteros , simúlque diaconos ordinat. Instituit etiam ordinem viduarum, atque omni ecclesiæ ministeria disponit . Vniuersósque admonet Maroni episcopo,in omnibus quæ præciperet obedire,& ita cunctis com

Clemens baptizatur à Petro.

Ministeria ecclesiæ dispósita à Petro.

D petenter dispositis, cum trium mensium tempus fuisset expletum , valedicentes his qui erãt apud Tripolim,Antiochiam proficiscimur.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENtis ad Iacobum fratrem domini,Liber Septimus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

E

EGRESSI tandem etiam Tripolim Phœnicis vrbem , primã in Hortosiade,haud procul à Tripoli,facimus mansionẽ: vbi sequẽti quoque die remorati,quia omnes penè qui domino crediderãt,dum diuelli à Petro nequeũt,illo vsq; sequuti sunt:inde Antharadum venimus.Sed quod multi nos comitarẽtur, ait Petr⁹ ad Nicetã simul atq; Aquilam: Quoniamquidẽ plurimæ fratrũ turbæ nobiscum sunt , & ingrediẽtes singulas quasq; vrbes,nõ parum inuidiæ contrahimus , videtur mihi

F prouidendum,vt neq; ipsis ingratũ sit,si prohibeantur sequi, neq; nobis pópæ alicuius excitet malignus inuidiã.Censeo itaq; te Nicetam atq; Aquilam præcedere nos cũ ipsis:ita, vt etiã vos in duas partes diuisam multitudinem ducatis , vt sparsim magis quàm sub vna congregatione iter agentes,singulas quasq; introëamus gẽtium ciuitates. Scio autem quia triste vobis videtur,quod videmini à me , duorum saltem dierum spatio separari: credite mihi,quia qua mensura diligitis me,decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus est: sed si pro affectu,quem adinuicem gerimus , non faciamus quæ conuenientia & honesta sunt, inrationabilis huiusmodi amor videbitur . Et ideo nequaquam titulo charitatis imminuto,quæ vtilia videntur ac necessaria procuremus,maxime cum nullus dies possit intercedere,quo non disputationibus meis interesse possitis.Per singulas enim quasque nobilio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res prouinciarum ciuitates,proposui, sicut etiam vos scitis, tres nos docendi gratia residere G
menses.Nunc ergo Laodiciam,quæ est vrbs proxima,præcedite me, & ego post biduũ aut tri
duum,quantum ad propositum meum spectat,insequar vos. Operimini autem me ad proxi-
mum portæ ciuitatis stabulum:& inde iterum similiter, cum dies ibi aliquot transegerimus,
præcedetis me ad vlteriores ciuitates:& hoc vos facere per singulas cupio, declinandæ quan-
tum in vobis est, inuidiæ gratia,& vt fratres qui nobiscum sunt,vestri prouidentia,per singu
las ciuitates parata inuenientes hospitia,minus vagari videantur.Hæc dicente Petro, neces-
sario adquiescunt,dicentes: Non valde nos contristat hoc agere quæ à te iubemur, quia om-
nia & bene agere,& bene consulere,per Christi prouidentiam electus es:sed & vna die, aut si
multum biduo, quanuis grande sit, in hoc omni spatio non videre dominum nostrum Pe- H
trum,tamen tolerabile est. Considerabamus enim quid patiantur illi duodecim fratres nostri,
qui præcedunt nos,& mensem penè integrum ex tribus mensibus, quibus per vnamquanque
vrbem resides,tanto bono auditus tui, visionisq; fraudantur. Vt ergo iubes, quia recte om-
nia iubes,agere non morabimur.Et his dictis,præcessere, acceptis mandatis, vt extra vrbem
adloquerentur fratres qui secum iter agebant,ne constipati & quasi cum tumultu, sed spar-
sim & in binos diuisi,ingrediantur ciuitates.Verum vbi illi profecti sunt, ego Clemens val-
de gauisus sum,quod me secum esse fecit,& aio ad eum: Deo gratias ago, quod me non præ-
misisti cum aliis,nam tristitia interissem. Tum Petrus: Et quid fiet,inquit,si necessitas exege-
rit mittere aliquo doctrinæ gratia,separat⁹ à me pro vtilitate morieris? nec tibimetipsi im- I
perabis ferre patiẽter quæ necessitas imposuerit? Aut ignoras, quia amici semper simul sunt,
& licet corporibus separentur,memoria tamen iunguntur? sicut è contrario nonnulli cor-
poribus vnà positi,animis diuiduntur.Et ego respondi:non putes mi domine, hæc me inra-
tionabiliter pati,sed certa & causa & ratio est,huius erga te affectus mei.Te enim solum pro
omnibus meis affectibus habeo,pro patre,pro matre, pro fratribus: super hæc autem omnia
est,quod mihi salutis causa,& agnoscendæ veritatis tu solus existis. Sed & illud non mihi in
postremo habetur loco,quod iuuenilis ætas quæ in me est,concupiscentiarũ insidiis subiacet,
& vereor esse sine te,cuius solam præsentiam omnis luxuria,quanuis ratione careat, erube-
scit.Licet cõfidam de misericordia dei,quod etiam sensus me⁹,ex his quæ per doctrinã tuam K
concepit,aliud iam aliquid ad cogitationem recipere non possit. Præterea memini te apud
Cæsaream dixisse,vt si quis vult me salua pietate comitari,comitetur. Salua autem pietate di
cebas,vt neminem contristaret,cui secundum deum deberet adhærere: verbi gratia,ne vxo-
rem fidelem relinqueret,vel parentes,vel alias huiuscemodi personas,à quibus ego valde li-
ber sum,& ideo aptus ad sequendum te,atque vtinam mihi concedas,vt tibi etiam serui mi-
nisterium exhibeam.Tum Petrus ad hæc ridens,ait: Et quid putas Clemens,quod non te ipsa
necessitas mihi faciat seruum?Nam quis mihi poterit alius sternere sindones,& stragula pul-
chra componere? Quis seruare anulos & indumenta,quæ assidue mutare debeam, præpara-
bit? Quis etiam cocis imperabit,& diuersa atque electa pulmenta prouidebit,quæ arte scitis- L
sima & varia præparentur? & omnia illa quæ hominibus molliter institutis, imò potius cu-
piditati eorum velut immanissimæ cuidam bestiæ iniustis quæsita sumptibus conuectantur.
Sed fortasse quanuis mecum positus videaris,non agnoueris vitam meam: panis mihi solus
cum oliuis,& raro etiam cum oleribus in vsu est.Indumentum autem hoc est mihi quod vi-
des,tunica cum pallio:& hæc habens,aliud nihil requiro, hoc mihi sufficit, quia mens mea
non ad hæc præsentia,sed ad illa quæ æterna sunt aspicit,& ideo nihil me rerum præsentium,
visibiliumq; delectat.Vnde tuum quidem erga me bonum animũ amplector & miror, ac te
magis laudo,quomodo cum sis vir,ex consuetudine multę abundantię veniens,tam cito trãs-
ferre & aptare te potueris,ad hanc vitam nostram, quæ solis necessariis vtitur. Nos enim à M
puero,id est,ego & frater germanus meus Andreas, non solum orphani,sed & valde paupe
res creuimus,& necessitate operarij esse consueuimus.Vnde & nunc facile vexationes itine-
rum ferimus:sed potius si mihi adquiesceres & permitteres,ego magis homo operarius, fa-
cilius tibi possem serui implere ministerium.At ego hæc audiens,cõtremui,& lachrymę mi-
hi continuo proruperunt,quod talem mihi sermonem dixerit vir tantus, quo omnis mun-
dus habetur inferior.Tum ille lachrymantem me videns, causam percontatur. Cui ego re-
spondi: Quid tantum in te peccaui, vt me tali sermone onerares? Et Petrus: Si malum est,
inquit,quod dixi vt seruiam tibi, tu prior peccasti hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, in-
quam,simile:me enim decet hoc tibi facere:tu autẽ qui dei summi præco ad saluãdas aĩas ho-

minum

Cauet Petr' ne pegrinatio sua speciem vllam tumultus,id quod facile poterat fieri præberet.

Tenuitas & parsimonia' Petri.

Petri & Andreæ paupertas.

A minum missus es,graue est vt hoc mihi dicas.Et Petrus:Adquiescerem tibi,inquit, nisi domi
nus noster,qui ad salutem totius mundi venit,& qui erat omni creatura nobilior,seruire pas Matth.20
sus esset,vt nos suaderet, non erubescere fratribus nostris seruorum exhibere ministerium.
Tum ego:Si puto quod possim te vincere,valde stultus sum: veruntamen ago gratias prouiden
tiæ dei, quod parentũ loco habere te merui.Tum Petrus:Nemo enim,inquit,vere ex ge-
nere tibi superest?Respondi: sunt quidem multi potentes viri ex Cæsaris prosapia venientes:
nam patri vtpote propinquo suo, & vnà educato, nobilis adæque familiæ Cæsar ipse in- Clementis prosapia.
xit vxorem,ex qua duos geminos ante me filios suscepit,non valde,vt aiebat pater, sibi inui-
cem similes,ego enim eos non adeò sciebam.Sed ne matris quidem valde memor sum, sed
B quasi per somnium,ita tenuiter vultus eius speciem recolo. Mater ergo mea Mattidia, pater
Faustinianus vocitatus est:fratrum autẽ meorum alter Faustinus,alter Faustus dicebatur.In-
terea cũ ego quinq; vixdum essem annorũ,mater sicut à patre didici somniũ vidit, quo mo-
neretur,nisi cum duobus filiis suis geminis,confestim vrbem fuisset egressa,& abfuisset annis
decem,ipsam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram.Tum pater, qui tenere diliger-
ret filios,adiũctis seruis & ancillis,ac sumptibus sufficiẽter præbitis,naui impositos cum ma-
tre filios,Athenas mittit erudiendos,me sibi solum filium ad solatium retinẽs, & in hoc qui-
dem gratias agens, quia non etiam me imperauit somnium pariter cum matre discedere.
Anno autem completo,pater misit ad eos Athenas homines & sumptus, scire simul cupiens
C quid agant,nec tamẽ redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno,mœstissimus pater mittit a-
lios cum pecuniis,qui quarto anno regressi,nunciant neq; matrem se,neq; fratres vidisse, sed
neque Athenas eos omnino peruenisse,neque vsquam alicuius saltem qui cum ipsis fuerant,
vestigium repertum.Pater hæc audiens, & multa tristitia obstupefactus,nesciens quò tende-
ret,aut vbi quæreret,vnà mecum descendit ad portum,& requirere à nautis cœpit sic, vbi a-
liquis eorum vidisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris, cum duobus paruulis
eiectum.Cum multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati eluceſceret, tam immensum pe-
lagus perscrutantibus,pro multo tamen affectu pater quem erga suos gerebat,pascebatur va-
nis spebus,donec visum est ei,vt me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret, an-
D norum cum essem duodecim,& ipse pergeret ad requirendũ: flens itaque descendit ad por-
tum,& nauem conscendens profectus est: ex eo vsque in hodiernum, neque literas eius ac-
cepi,neque si viuat,aut defunctus sit noui.Sed magis suspicor,quia & ipse obierit, aut tristitia
victus, aut naufragio: anni etenim viginti elapsi sunt, quibus hæc geruntur, & ne nuncius
quidem de eo ad me aliquis venit.Petrus hæc audiens, ex affectu lachrymas fudit, & ad eos
qui aderant familiares ait: Hæc si quis in dei cultu positus pertulisset,quæ huius pertulit pa- Religiõi enim sicut & hodie iputata sunt incõmoda,siquę euenerant.
ter, statim homines religioni adscriberent ærumnarum causam: quæ cum accidunt mise-
ris gentilibus, malorum causam fato adscribunt.Miseros autem dico eos,quia & hic vexan-
tur erroribus,& ab spe futura fraudantur: dei enim cultores cum hæc patiuntur, ad purga-
E tionem peccatorum cedit eis,quod perferunt patienter. Post hæc dicta, vnus ex adstantibus
Petrum rogare cœpit,vt die crastina maturius ad insulam proximam, quæ sex non amplius In vetustissimo codice legitur Aradum,quę lectio mihi probatur. Quãuis nõ ignorẽ,vel ex libro quĩto Plinij posse & Anataradũ legi.
stadiis aberat,Aradum nomine,pergeremus, videndi in ea gratia mirum aliquod opus, co-
lumnas vitreas magnitudinis immensæ:cui Petrus,vt erat clemẽtissimus,adquiescit,sed mo
nuit nos,vt cum nauem descendissemus, non vnà omnes concurrere ad videndum: nolo e-
nim,inquit, notari vos à turba. Cum ergo die postera naui sub momento horæ venissemus
ad insulam,continuo ad locum in quo erant columnæ mirabiles properamus. Erant autem
in æde quadam positæ,in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur, quibus intento vnus-
quisque nostrum detinebatur aspectu. Petrus vero vbi solas columnas miratus est vitreas,
F nequaquam raptus picturæ gratia, egressus vidit pro foribus mulierculam quandam stipem
ab introëuntibus deposcentem,quam attentius considerans ait: Dic mulier,quod tibi mem-
brum corporis deest,quod huic te iniuriæ subiecisti, vt stipem petas, & non potius manibus
tuis, quas à deo accepisti, operans, cibum quæras? At illa suspirans ait: Vtinam mihi quidem
essent manus quæ moueri possent: nunc autem species tantum seruata est manuum, nam
ipsæ sunt emortuæ: & meis morsibus debiles & sine sensu redditæ. Et Petrus: Quæ,inquit,
fuit causa, vt hoc tibi tantum mali ipsa conferres? Ignauia, inquit, nec aliud quicquam: si
enim fuissem in me aliquid virtutis, potui vel præcipitio vti, vel profundo maris iniicere
memetipsam,& finem dare doloribus meis. Tum Petrus: Ecquid putas,ait,mulier quod qui
semetipsos perimunt, à suppliciis liberantur? nisi quia maioribus subiaceant pœnis animæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum,qui ſibiipſis intulerint manus. At illa: Vtinam,inquit,iſtud mihi certum fieret, quia vi G
uunt animæ in inferno,libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis inlatæ,tantum vt dul
ces mihi natos horam ſaltem vnam viderem. Et Petrus: Quid tantum iſtud eſt, quod te tam
graui afficit triſtitia,ſcire velim. Si enim doceres me cauſam,poſſem tibi & ego euidenter o-
ſtendere ô mulier,quod in inferno viuant animæ:& pro præcipitio vel profundo,poſſem ti-
bi dare medicamentum aliquod, vt ſine cruciatu valeas vitam finire. Tunc mulier promiſ-
ſione hac gratanter accepta,cœpit dicere: Genus quidem mihi & patria quæ ſit,nec credi fa-
cile,nec dici neceſſarium puto: ſed cauſam tantum ſufficit doloris exponere, cur morſibus
meis,meas ipſa debiles reddiderim manus. Ego generoſis orta parentibus, & potentis adæ-
que viri ſortita matrimonium,duos ſuſcepi geminos liberos, & poſt hos vnum alium. Sed H
Exemplum pudicitiæ in matre Clementis. frater viri mei,inlicito in me amore vehementer exarſit: mihi autem cum ſuper omnia cha-
ra eſſet pudicitia,& neque tanto ſceleri adquieſcere,neque virovellem flagitium fratris ape-
rire,cogitaui quatenus & ego impolluta euaderem, & fratrem inimicum & hoſtem non fa-
cerem fratri,ne genus omne,quod erat nobilis familiæ,in obprobrium darem. Patria ergo
& vrbe,cum duobus meis geminis diſcedere ſtatui,donec inceſtus amor conquieſceret, quē
fortè præſentiæ meæ palparet & inflammaret aſpectus. alius ſanè filius, quatenus patri ma-
neret ad ſolatium cogitaui. Sed vt hæc ita fieri poſſent,ſomnium finxi, quaſi adſiſtente mihi
per viſum quodam numine,& dicente,vt confeſtim cum geminis meis vrbe diſcederem, &
tandiu abeſſem,donec redire me ipſe præciperet: quod ſi non facerem, cum liberis omnibus I
me pariter perituram. & ita factum eſt. Statim enim vt ſomnium viro enarraui,extimuit, &
Athenæ. ſociatis mihi duobus filiis,ſeruis quoq; & ancillis, pecunia etiam abundanti data, nauigare
Athenas iubet,vbi ſimul & erudire liberos poſſem,manſura,inquit, ibi vſquequo viſum fue-
rit ei qui præcepit exire,vt redeas ad nos. Interea nauigans vnà cum meis natis, ventorū vio
lentia ad hos infœlix nocturno naufragio depulſa ſum locos,& cum omnes interiſſent, ad-
Naufragiū mulierculę. reptam me crudelem,ſupra ſaxum quoddam vehementior fluctus eiecit: vbi cum ſederem
ea ſola ſpe,qua meos poſſem fortè natos inuenire,in profundum me non præcipitaui,tunc cū
adhuc perturbata anima,& doloribus ebria facere hoc & audebat & poterat. Verum vbi dies
exortus eſt, & ego cum clamore & vlulatu infœliciū natorum circumſpicerem,ſicubi vel e- K
iecta poſſim videre cadauera, miſeratione commoti quidam ex his qui me viderant, primo
per pelagus,tum etiam circa littora requirunt, ſi quem fortè de meis infantibus inuenirent.
Sed vbi nuſquam vllus inuentus eſt miſerantes me mulieres loci,conſolari cœperunt, enar-
rantes ſingulæ ſuas quæq; miſerias, vt ex ſimilitudine calamitatum ſolatium caperem: quod
me magis contriſtabat: non enim tale mihi erat ingenium,vt aliorum mala, mea eſſe ſolatia
ducerem. Et cum me multæ hoſpitio cuperent recipere,vna quædam paupercula hic habitãs,
extorſit mihi tugurio eius ſuccedere, dicens, fuiſſe ſibi virum nautam, eumq; in mari adole-
ſcentem defunctum,ſibique ex eo die cum multi eam accipere in coniugium cuperent,amo-
re viri viduitatem fuiſſe chariorem. Erant ergo, inquit,nobis communia, quæcunque mani- L
bus noſtris operantes,quærere poterimus:& ne longa ac minus vtili narratione vtar, liben-
ter habitaui cum ea,propter affectum fidei quam ſeruauerat viro. Sed non multo pòſt, mihi
infœlici laceratę dudum morſibus,reſolutæ ſunt manus,& illa quæ me ſuſceperat,incurrit pa
ralyſin,& domi in lecto iacet. Illarum autem mulierum quæ prius miſerabantur, refrixit af-
fectus: nos ambæ debiles,ego,vt vides,ſedeo ſtipem petens,& ſi quid fortè quæſiero,ſit vnus
duarum infœlicium cibus. Ecce iam quæ mea ſunt,ſufficienter audiſti: tu nunc, quid mora-
ris implere quod promiſeras,& dare medicamentum,quo poſſit abſq; cruciatu,vt ais, vtraq;
noſtrum miſerabilis vitæ ſortem finire? Hęc dicēte muliere, multa Petrus cogitatione diſtra
ctus,velut attonitus ſtabat:& ego Clemens ſuperueniens,dudum inquam,per omnia diſcur- M
rens,quærebam te,& nūc quid facimus? At ille præcepit mihi vt ad nauiculam præcederem,
ibi me,inquit,operire:& quia contradici ei non poterat,quod iuſſit impleui. Ipſe vero,vt mi-
hi cuncta poſterius enarrauit,ſuſpicione quadam pulſatus,requirebat à muliere genus,& pa-
triam ſimul,& nomina filiorum,quæ ſi mihi,inquit,dixeris,dabo continuo medicamentum.
At illa,quaſi vim ſuſtinens,quia neque fateri hæc volebat,& medicamenti cupida erat,finxit
alia ex aliis, & ait ſe quidem eſſe Epheſiam, virum autem Siculum: ſed & filiorum nomina,
ſimiliter immutauit. Tum Petrus, putans eam verum reſpondiſſe, ait: Heu mulier, puta-
bam,inquit, grande aliquod gaudium hodierna nobis die oriturum, ſuſpicabar enim te eſſe
quandam mulierem,de qua ſimilia quædā nuper ad fidem didici. At illa adiurabat eum,di-
cens:

A cens: Rogo te,vt indices mihi quæ iſta ſit,vt ſciã,ſi eſt vlla inter mulieres me infœlicior. Tũ
Petrus,fallere neſciens,& miſeratione cõmotus,cœpit dicere: Eſt quidã adoleſcens inter eos,
qui me ſequuntur,religionis & ſectæ gratia,Romanus ciuis,qui mihi enarrauit,quod patrem
habuerit,& duos geminos fratres,ex quibus nullus ei ſupereſt. Mater,inquit,mea,ſicut à pa-
tre didici,ſomnium,vidit,vt Romana vrbe ad tempus excederet cum duobus geminis natis,
ne fortè exitiali interitu deperirent: quæ cum diſceſſiſſet,nuſquã terrarum vltra comparuit.
Pater vero ſuus,poſt hæc ad inquiſitionem vxoris ac filiorum profectus, nec ipſe inuenitur.
Hæc cum dixiſſet Petrus,mulier ſtupore percuſſa conruit. Tum Petrus continere eam,& cõ-
ſolari cœpit,ac requirere quid eſſet cauſæ,aut quid pateretur. At illa vix aliquando ſpiritum
B reuocans,ac ſemetipſam ad gaudij,quod ſperabat,magnitudinem reparans, ſimulq; adfricãs
vultum,hic,inquit,eſt quem dicis adoleſcens? At Petrus, vbi rem intellexit: Dic,inquit,mihi
tu prior,nam videre eum non poteris. Tum illa: Ego,inquit, ſum adoleſcentis mater. Et Pe-
trus: Quod ei nomen eſt? At illa,Clemens,ait. Petrus: Ipſe eſt,& ipſe erat, qui paulò ante me-
cum loquebatur, & quem iuſſi ad nauem præcedere. Tum illa,procidens ad pedes Petri, ro-
gare cœpit,vt feſtinaret ad nauem. Et Petrus: Si mihi,inquit,ſeruas fidem, vt facias quod di-
co. At illa: Omnia,inquit,facio,tantum mihi,inquit, oſtende vnicum meum natum, puto e-
nim me per ipſum,& geminos meos videre. Et Petrus: Cum videris,inquit,eum,modo inte-
rim diſſimula paululum,vſquequo egrediamur ab inſula. Ita,inquit, faciam. Et tenens manũ
C eius Petrus,adducebat eam ad nauem. Quem ego videns manum dantem mulieri,ridere cœ
pi,accedens tamen honoris eius gratia,pro ipſo cœpi velle ſubiicere manum meam,& ſuſtẽ-
tare mulierem: ſimul autem, vt manum eius contigi, vlulatu ingenti reddito,in amplexus
meos inruit,& maternis me conſectari oſculis cœpit. At ego ignorans omne negotium,qua-
ſi inſanientem mulierem repellebam,ſimul &,cum verecundia licet,indignabar tamen quo-
dammodo aduerſum Petrum, At ille: Deſine,inquit, quid agis ô fili Clemens, noli repellere
tuam matrem. Ego vero,vbi hęc audiui, continuo lachrymis ſuffuſus, concidi ſupra iacen-
tem matrem,& oſculari eam cœpi. Simul enim vt audiui, paulatim vultum eius reuocabam
ad memoriam & notior mihi intuenti tanto magis fiebat. Multitudo interim conueniebat
D plurima,audiens quod mulier quæ ad ſtipem petendam ſedebat,recognita eſſet à filio ſuo,vi-
ro quodam bono. Et cum velimus confeſtim enauigare ex inſula,mater ait ad me: Fili dulciſ-
ſime,rectum eſt,vt valedicam mulierculæ,quæ me ſuſcepit,eſt enim egens, & paralytica, ia-
cens in lectulo. Quibus auditis Petrus,& omnes qui aderant,admirati ſunt bonitatẽ, ac pru-
dentiam fœminæ,& cõtinuo iuſſit Petrus abire quoſdã,& deferre mulierem in lectulo,vbi ia
cebat. Cumq; fuiſſet adlata,& in medio turbæ adſtantis poſita, in conſpectu omnium Petrus
Petr⁹ ſanat paralyticã. ait: Si veritatis ego ſum præco,ad cõfirmandã fidem horum omniũ qui adſiſtunt, vt ſciant,
& credant,quia vnus eſt deus,qui cœlum fecit,ac terram,in nomine Ieſu Chriſti filij eius,ſur
gat hęc mulier. Et ſtatim,vt hęc dixiſſet,ſurrexit ſana,& procidit ad pedes Petri,atq; amicam
E ſuam,ac familiarem oſculis petens,percõtabatur ab ea,quid iſtud eſſet negotij. At illa breui-
ter omnem ei ordinem agnitionis expoſuit,ita,vt etiam turbæ adſtantes mirarẽtur. Tum Pe-
trus: De fide dei ac religionis inſtitutis,quod ad ſe pertinebat, in quãtum tempus patiebatur,
loquutus ad turbas,addit etiam hoc,vt ſi quis vellet de his diligentius noſcere, Antiochiam
veniret,vbi tribus,inquit, menſibus ſtatuimus reſidere, vt quæ ad ſalutem pertinent, diſcat.
Si enim,inquit,negociandi cauſa,aut militandi,patriam relinquunt homines,ac parentes, &
longas peregrinationes ſubire non metuunt: pro vita æterna tribus ſaltem menſibus peregri-
nari,cur oneroſum videatur ac difficile? Cumq; hæc & alia his ſimilia dixiſſet, ego mulieri
quæ ſuſceperat matrem,& ſanitatem receperat per Petrum,mille drachmas donaui, & præ-
Quę ſumma paulo plus cõficit ℔ 33. aureos Rhenenſes. F ſentibus cunctis,cõmendaui eam cuidam viro bono,primario illius oppidi,qui & libenter ſe
facturum,quod imperabamus ſpopondit. Sed & aliis quibuſdam aliquantulum pecuniæ di-
ſtribui,& illis mulieribus, quæ aliquando ſolatæ dicebantur in miſeriis matrem meam,qui-
bus & gratias retuli,& poſt hæc vnà cum matre enauigabamus Antharadum. Cumq; veniſ-
ſemus ad hoſpitium,mater requirere cœpit à me, quonam deueniſſet pater. Cui ego: Ad te,
inquam,requirendam profectus,vltra nō rediit. At illa audiens,ſuſpirauit tantum,grande e-
nim pro me gaudium habens, reliquos ſolabatur mœrores. Die autem poſtera ſedens vnà
Vxor Petri vnà erat in peregrinatione. cum vxore Petri,iter agebat nobiſcum,& venimus Balaneas,vbi triduo remorati,inde adceſ-
ſimus Patho, & poſt hoc Gabala,& ſic Laodiciam peruenimus,vbi ante portas occurrunt no
bis Niceta & Aquila, & oſculantes nos abducunt in hoſpitiũ. Petrus autem videns amplam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatem & splendidam: Dignum est,inquit, remorari nos in hac diebus decem, aut etiam G
amplius. Tum Niceta cum Aquila requirebant à me,quæ esset mulier hæc ignota. Et ego re-
spõdi: mater mea est,quam mihi redonauit deus per dominum meum Petrum . Hæc cum e-
go dixissem,cuncta eis Petrus per ordinem cœpit exponere, & ait : Cum venissemus Aradũ,
& ego vos præcedere iussissem,profectis vobis eadem die Clemens,cum incidisset sermonis
occasio,genus suum mihi exposuit ac familiam, & quod parentibus esset orbatus , duosq; ha-
buisset priores se geminos fratres : & sicut mihi,inquit, pater enarrauit, somnium vidit ali-
quando mater,quo iussa est cum geminis suis,ex vrbe Roma proficisci , ne subito & pariter
interirent.Cumq; somnium patri indicasset , ille qui tenero filios diligeret affectu , ne quid
fortè malı paterentur,vxorem pariter ac filios,nauı cum omnibus necessariis impositos , e- H
mittit Athenas erudiendos. Post hæc misit semel & iterum qui requirerent, nusquam vllius
ne vestigium quidem reperit. Ipse ad vltimum pater ad inquirendum proficiscitur, & vsque
ad præsens,ne ipse quidem vsquam est.Hæc cum mihi Clemens enarrasset , accessit ad nos
quidam,rogans,vt ad insulam Aradum,quæ vicina erat, accederemus, videndi gratia colũ-
nas vitreas miræ magnitudinis : adquieui, ventum est ad locum, cæteri omnes interiora æ-
dis ingressi,mihi animus,nescio ob quam causam , ingrediundi vltra non dedit . Sed dum
illos foris operior, mulierem hanc considerare cœpi, qua parte membrorum esset debilis,vt
non labore manuum victum quæreret,sed mendicitatis pudorem subiret: requiro ergo ab ea
causas.Illa nobili se ortam genere,& nobili nihilominus viro in matrimonio fuisse iunctam I
fatetur,cuius frater,inquit, in me inlicito amore inflammatus, fraternum thorum polluere
cupiebat. Quod ego abhorrens , & rursum de tanto scelere viro indicare non audens,& ne
bellum fratribus,& obprobrium generi indicerem, magis ex patria discedere iudicaui, cum
duobus geminis filiis meis,iuniore puero ad solatium patri relicto.Et vt hæc,inquit, honesta
specie fierent,cogitaui somnium fingere,& dicere viro,adstitisse mihi numen quoddam per
visum,& dixisse vt cum duobus geminis meis confestim ex vrbe proficiscerer , vsquequo ab
ipso audirem,quando redire deberem.Quibus auditis,credidisse aiebat virum,& Athenas se
geminis cum liberis emisisse inibi eruditẽdis:sed tempestate graui ad hanc insulam fuisse de-
pulsos,vbi confracta naui,se fluctu excussam supra saxum quoddã,ob hoc solum mortem di K
stulisse,donec,inquit,infœlicium natorum meorum saltem emortua membra complecterer,
ac sepulturæ mandarem . Sed cum dies fuisset exortus, & turbæ conuenissent , miseratione
moti proiecerunt mihi indumentum.At ego infœlix fletibus multis rogabam,vt requireret,
sicubi infœlicium natorum possint inuenire corpuscula.Ego autem omne corpus meum dẽ-
tibus lanians, planctibus & vlulatibus nihil aliud clamabam,nisi, Vbi mihi infœlici Faustus
est,vbi Faustinus? Et cum hæc diceret Petrus, Niceta & Aquila subito adsurgunt , & stupe-
facti perturbari cœperunt,dicentes: Dominator domine & deus omnium,verá ne hęc sunt,
an somnium est, quod agitur? Tum Petrus: Nisi,inquit, nos insani sumus , hæc vera sunt.
At illi paululum remorati , & confricantes faciem , aiunt: Nos sumus Faustinus & Faustus. L
Sed & ab initio,cum narrare cœpisti,statim in suspicionem incidimus,ne fortè ad nos per-
tinerent,quæ dicebantur: rursus tamen considerantes,multa similia accidere in vita homi-
num,reticuimus, licet cor nostrum spe aliqua pulsaretur : aspiciebamus ergo ad finem ser-
monis,vt si ad integrum de nobis esse constaret, tum fateremur . Et cum hæc dixissent , la-
chrymantes ingrediebantur ad matrem : cum reperissent quiescentem,&complecti vellent,
prohibuit Petrus, dicens : Sinite me prius præparare animos matris , & ita vos afferre ei, ne
fortè multo & subito gaudio mente excidat,& sensus eius turbetur , maxime quia nunc etiã
somno occupata stupet. Igitur vbi mater exurrexit è somno , adloqui eam Petrus cœpit , di-
cens: Scire te volo mulier religionis nostræ obseruantiam . Nos vnum colimus deum , qui M
fecit mundum,huius & legem seruamus, qua mandat in primis,ipsum colendum, & nomen
eius venerandum,parentes honorandos, pudicitiam iustitiamq; seruandam.Sed & illud ob-
seruamus,mensam cum gentilibus non habere communem,nisi cum crediderint, & recepta
veritate baptizati fuerint,ac trina quadam beati nominis inuocatione consecrati, & tunc cũ
eis cibum sumimus. Alioqnin etiam si pater aut mater sint,aut vxor, aut filij, aut fratres, nõ
possumus cum eis mensam habere communem. Quia ergo religionis causa præcipua hoc fa
cimus, non tibi iniuriosum videatur,quod non potest filius tuus vnà tecum sumere cibum,
vsquequo eadẽ tibi sit,quæ illi sententia fidei. Quibus illa auditis,Et quid,inquit, vetat hodie
me baptizarique etiam priusquam te viderem,illos quos dicunt deos,penitus auersata sum,
quod

Niceta & Aquila fratres Clemẽtis,antehac dicti sunt Faustinus & Faustus.

Mortuos enim legim⁹ aliquot subito gaudio.

Fidei Christianæ cõpendium.

A quod mihi frequenter & penè quotidie sacrificanti sibi,præstare potuerunt nihil.Nam de pu
dicitia quid dicam?cum me neq; tunc delitiæ deceperint, neq; nunc egestas peccare compu-
lerit.Satis autem puto innotuisse tibi,quantus mihi exinde fuerit amor pudicitię,quæ vt eua-
derem inliciti amoris insidias,somnium finxi,vt cum duobus meis geminis peregrinarer, &
hunc solum filium meum Clementem,ad solatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix suffi-
ciebant,quanto magis contristasset patrem,si nullum penitus habuisset?Erat enim miser,gran
di affectu erga filios, ita, vt vix ei somni autoritas extorqueret , Faustinum & Faustum Cle-
mentis huius fratres,mihi concedere,& ipse solus contentus esset Clemente.Hæc illa cũ dice
ret,vltra non ferentes fratres mei,inruunt in cõplexus matris,cũ multis lachrymis,& oscu-
B lantur eam.At illa,quid vult,inquit,hoc esse?Tum Petrus:Nolo turberis mulier,cõstans esto,
isti sunt Faustinus & Faustus filij tui,quos in profundo perisse dicebas : quomodo autem vi-
uant,& quomodo in illa horribili nocte de profundo euaserint, & quemadmodum alius ip-
sorum Niceta,& alius Aquila dicatur,ipsi tibi exponere poterunt,& vnà tecum etiam nos au
diemus.Vbi hæc Petrus dixit,mater nimio gaudio intercepta corruit , & tandem aliquando
reparata,atque in semetipsam regressa,ait: Obsecro vos dulcissimi filij,dicite mihi,quæ acci-
derint vobis post illam feralem,& crudelissimam noctem. Tum Niceta cœpit dicere : In illa
nocte ô mater,cum nauis fuisset resoluta,&nos innitentes fragmento cuidam tabularum,per
pelagus iactaremur, viri quidam, quibus per profundum latrocinari artificium est, repertos
C imposuerunt nos nauiculæ suæ, & remis vndarum vortices superantes,diuersis itineribus Cæ
saream Stratonis perduxerunt,ibiq; adfligentes nos fame,verberibus,metu,vti ne quod esset
in vero proderemus:immutatis etiam nostris nominibus vendiderunt nos cuidam viduę,ho
nestæ admodum fœminæ,lustæ nomine:quæ cum emisset, habuit loco filiorum, ita,vt etiam
Græcis nos literis,& liberalibus adtentissime erudiret.Vbi vero adoleuimus, etiam philoso-
phorum studiis operam dedimus,quo possimus religionis diuinæ dogmata, philosophicis di Philosophię studia perdi scenda sunt ad refutãdos hæreticos.
sputationibus adserentes,confutare gentiles.Simoni autem cuidam mago,qui nobiscum vnà
educatus est,pro amicitiis & puerili consuetudine adhæsimus,ita, vt penè ab eo decipi posse-
mus.Fertur enim in religione nostra sermo de propheta quodam,cuius ab omnibus,qui reli-
D gioni huic deseruiunt, sperareturr aduentus, per quem immortalis & beata vita, credentibus
danda promittitur.Hũc ergo nos putabamus Simonem.sed hæc tibi mater, opportunius ex-
ponentur. Nos interim cum penè iam deciperemur à Simone , quidam collega domini mei
Petri Zachæus nomine,monuit ne falleremur à mago , sed obtulit nos aduenienti Petro, vt
ab ipso quæ erant sana & perfecta doceremur:quod & tibi optamus euenire,sicut & nobis cõ
cessit deus,vt possimus etiam cibum,& mensam habere communem . hinc ergo fuit mater,
quod nos à piratis raptos,tu in mari defunctos esse credidisti. Cum hæc dixisset Niceta,ma-
ter nostra procidit ad pedes Petri,rogans & obsecrans,vt& seipsam & hospitam suam euoca
ret sine mora,ac baptizaret,vti ne vna,inquit die damnũ patiar consortij & societatis nato-
rum meorum.Similiter autem & nos filij eius rogabamus Petrum.At ille : Quid putatis, in-
E quit,quia ego immisericors sum solus,& nolo vos matris couiuio sociari?sed necesse est eam
vel vna die ieiunare prius,& ita baptizari,& hoc quia sermonem ab ea quendam audiui, per
quem mihi fides eius claruit,& qui indicium dedit credulitatis eius:alioqui multis eam die-
bus oportebat antè instrui & doceri . Et ego quæso te,inquam,domine mi Petre , dic quis est
iste sermo,quem dicis dedisse tibi indicium fidei eius?Et Petrus:Ille sermo est,quo rogauit,vt
& hospita sua,cuius beneficiis vicem reddere desiderat, simul baptizetur cum ipsa . Non au-
tem rogaret,vt illi quam diligit præstaretur hæc gratia, nisi credidisset quod magnum ali-
quod in baptismate munus esset.Vnde & ego reprehendo plurimos,qui cum ipsi baptizentur
& credant, nihil tamen dignum fide agunt cum his quos diligunt, id est vxoribus , vel filiis,
F vel amicis,quos non ad hoc hortantur, quod ipsi adsequuti sunt, si quidem vere crediderint
quod æterna vita per hoc donatur.Denique si eos ægrotare videant, aut periculo alicui car-
naliter subiacere,dolent & lugent,quia in hoc certi sunt eis imminere perniciem.Ita ergo, si
& de hoc certi essent,quod qui deum non colunt,manet eos pœna ignis æterni, quando cessa
rent monentes & cohortantes?Aut si obsisterent , quomodo non lugerent eos & plangerent,
certi æterna eis imminere supplicia ? Nunc ergo illam quidem mulierem euocabimus, post-
modum & videbimus , si amat fidem religionis nostræ , & prout consequens fuerit agemus.
Hæc autem quoniam fideliter sensit de baptismo,ieiunet vel vna die ante baptismum.At illa
cum iuramento satisfaciebat,præsente vxore domini mei Petri,quia ex quo recognouerit fi-
lium,præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium,præ multo gaudio cibum capere omnino nequiuerit,nisi hesterna die calicem aquæ so- G
lum biberit. Testabatur autem & vxor Petri,dicens ita esse. Et Aquila ait: Quid ergo obstat,
cur non baptizetur? Tum Petrus subridens:Sed non est,inquit,hoc ieiunium baptismi, quod
non propter brptismum ieiunatum est. Et Niceta:Sed fortè,inquit, volens deus matrem no-
strам nec vna die agnitis nobis separari à consortio mensæ nostræ,præordinauit hoc vt an-
te ieiunaret. Sicut enim pudicitiam seruauit in ignorantia, vt proficeret ei ad baptismi gra-
tiam,ita ieiunauit antequam sciret ieiunij rationem,vt proficeret ei ad baptismum, & statim
ab initio agnitionis nostræ nobiscum pariter mensæ consortio frueretur. Tum Petrus: Non
Ieiuniũ ante baptismum. nos,inquit,vincat malignus,occasione accepta per affectum matris:sed magis vos & ego vo
biscum,hodie ieiunemus cum ipsa,& crastino baptizabitur: neq; enim iustum est ad gratiam H
personæ alicuius & amicitiæ,resolui & extenuari præcepta veritatis.Non ergo pigeat nos ma
gis laborare cum illa,quia omne mandatum præterire peccatum est. Doceamus autem sen-
sus nostros corporales, qui extrinsecus sunt, seruire interioribus sensibus: & non interiores
Matth.5. sensus, qui quæ dei sunt sapiunt,cogamus sequi exteriores,qui quæ carnis sunt sapiunt. Pro-
pter hoc enim & dominus mandatum dedit,dicens: Quicunq; viderit mulierem ad concu-
piscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et his addidit: Si oculus tuus dexter
scandalizat te, erue eum, & abiice abs te: expedit enim tibi vt vnum membrorum tuorum
pereat,quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis.Non dixit, scandalizauit te,vt
posteaquam peccaueris tunc abiicias causam peccati:sed si scãdalizat te,hoc est,vt antequam I
pecces,causam peccati prouocantis te & inritantis,abscidas.Ne quis autem vestrûm putet fra
Eruere oculũ quid sit. tres,quod membrorum amputationem mandauerit dominus: propositum in hoc vult reseca
ri,non membra,& causas quæ ad peccandum inliciunt, quo cogitatio nostra aspectus vehicu
lo subuecta,ad amorem dei sensibus corporeis inuisa contendat.Nec carnalibus oculis,velut
lasciuientibus equis, & extra mandatorum viam currum declinare cupientibus, relaxet fre-
na,& habenas indulgeat: sed reuocet aspectum corporis ad arbitrium mentis, & oculos no-
stros,quos deus operis sui inspectores esse voluit & testes, nõ patiatur fieri leuones mali de-
siderij.Et ideo cedant legi dei,tam corporei sensus,quàm interna cogitatio,& illius voluntа-
Post baptismũ imbuit. Matidia religionis mysteriis. ti ministrent,cuius se opera esse intelligunt.Igitur vt ordo mysterij poscebat & ratio,die po- K
stera baptizatur in mari,& regressa ad hospitiũ, omnibus consequenter mysteriis religionis
imbuitur.Aderámus autem & nos filij sui, Niceta & Aquila, & ego Clemens. Et post hæc si-
mul cum ea prandimus,& simul glorificauimus deum,referentes gratias studiis,& doctrinæ
Petri,qui nobis ostendit per occasionem matris,quomodo pudicitiæ bonum non pereat apud
deum:sicut è contrario impudicitia,inquit,etiam si non statim, tamen licet tarde, non effu-
git pœnam.In tantum autem pudicitia,inquit,deo placita est, vt etiam his qui in errore sunt
positi,nonnihil gratiæ in præsenti conferat vita. Nam futura beatitudo illis solum reposita
est, qui per gratiam baptismi pudicitiam iustitiamq; seruauerint. Denique exemplo est huic
rei etiam hoc,quod erga matrem vestram gestum est,cuius salus hæc omnis pro mercede pu
dicitiæ reparata est,ad quam custodiendam & conseruandam, non sufficit sola continentia, L
sed vbi senserit quis insidias, & deceptionem parari,continuò sicut ab ignis impetu, aut in-
cursu canis rabidi refugiat: nec confidat quod huiusmodi insidias possit facile aliquis philo-
sophando,aut palpando cohibere:sed,vt dixi,effugiendum est,& longe abscedendum,sicut fe
cit & vestra mater,vere & integre bonum diligens pudicitiæ.Propter quod & conseruata vo
bis est,ac vos illi,insuper autem & æternæ vitæ agnitione donata.Cum hæc & multa alia his
similia dixisset,vespere facto,requieuimus.

A

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS ad Iacobum fratrem domini, Liber octauus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

B POSTERA autem die Petrus mane adsumptis fratribꝰ meis & me, descendit ad portum, vt in mari lauaremus, & post hoc ad locum quendam secretiorem secessimus,orationis gratia.Senex autem qui- Lauant in mari priusq; orarent discipuli.
dam pauper,& vt apparebat ex habitu, operarius,curiose ex occulto
obseruare nos cœpit,vt videret quid ageremus in secreto positi.Cũq; nos orantes vidisset,expectauit donec exiremus, & salutans nos, ait: Si non ægrè accipitis, & quasi curiosum me, aut importunum notatis,velim vobiscum conferre sermonem: quia habens miserationem vestri,sub specieveritatis errare vos nollem,& habere metum de his quæ non sunt: aut si putatis esse aliquid veri,tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, possum vos paucis edocere,quę recta sunt:si verò molestum est,pergam,& meos actus agam.
C Cui Petrus respondit:Dic age,quod tibi videtur bonum,& libenter accipimus,siue id verum, siue etiam falsum sit:amplectendus enim es,quia quod tibi bonum videtur, tanquã pater pro filiis solicitus,commonere voluisti.Tum senior cœpit dicere:In mari vos lauisse vidi,& post hoc ad secretum secessisse locum:obseruans ergo de occulto,quid in secreto ageretis,orantes inspexi:miseratus igitur errorem vestrum,operiri cœpi,vsquequo egressos adloquerer,& docerem,ne erretis in huiusmodi obseruantia, quia neque deus est, neque cultus hic aliquis est, neq; prouidentia in mundo,sed fortuitus casus,& Genesis agunt omnia, sicut ego ex meipso manifestissime comperi,in disciplina Matheseos præ cæteris eruditus. Nolite ergo errare,si-
D ue enim oretis,siue non oretis,quod Genesis vestra continet,hoc erit vobis.Et ego Clemens, Genesis. nescio quid corde pulsabar,multa quasi nota mihi recolens in eo:bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum est,etiam si multo tempore abfuerit, nunquam tamen scintilla propin quitatis extinguitur.Cœpi ergo interrogare ab eo,quis,& vnde esset,vel quomodo ortus. At ille ad hæc respondere nolens: Quid,ait,hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primo,si videtur,sermo de his quæ proposuimus habeatur,& post hæc,si ita res popoſcerit,nomen, & genus,ac patriam,& cætera quæ hæc sequuntur,inuicem nobis,vt amici amicis,poterimus aperire.Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri,& grauitatẽ morum, tranquillitatemq; sermonis.Petrus autem sensim sermocinando incedens,opportunum ad conloquendum prospi cit locum.Et cum peruidisset iuxta portum recessum quendam secretum, residere nos fecit,
E & ita primus ipse incipit,nec contemptum senis habuit, neq; despexit, quod vilis ei amictus esset & sordidus.Ait ergo:Quoniamquidem videris mihi vir eruditus esse, & misericors ex Petrus non despexit eos qui vel parũ idonea adferrent. eo quod adisti nos,& quod tibi bonum videbatur,celatum nobis esse noluisti:volumus & nos tibi quæ nobis bona & recta creduntur exponere,quæ si tibi minus vera videbuntur,etiam tu nostrum erga te bonum propositum, libenter susципe, sicut & nos tuum. Et cum hæc diceret Petrus,plurima multitudo conuenit.Tum senex:Fortassis,inquit, cõtristat vos præsentia mul titudinis.Et Petrus:Nequaquam,inquit,nisi hoc solum vereor, ne fortè disputantibus nobis, Hęc opinor fuit causa cur vulgum eruditi à disputationib. abesse voluerunt. cum palàm facta fuerit veritas,tu verecundiam patiaris, pro præsentia multitudinis cedere
F & adquiescere his,quæ vera dici intellexeris.Ad hæc Senex ait:Ego non ita stultus consenui, vt intelligens quod verum est,abnuam id ad vulgi gratiam.Cœpit ergo Petrus dicere: Viden tur mihi hi qui loquuntur verbum veritatis,& qui inluminant animas hominum,similes es- Matth.5. se radiis solis,qui vt processerint, & apparuerint mundo, celari vltra aut occultari nullate-
nus possunt,dum non tam videntur ab hominibus,quàm videre omnibus præstant. Vnde & bene à quodam dictum est ad veritatis præcones: Vos estis lux mundi, & non potest ciuitas abscondi supra montem posita,neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio,sed su per candelabrum,vt omnibus luceat qui in domo sunt.Et Senex:Bene valde dixit, quisquis il le est.Sed exponat aliquis vestrûm, quod sibi sequendum videtur, vt ad certum prospectum emittamus sermones nostros.Non enim sufficit ad inueniendam veritatem destruere ea,quę è diuerso dicuntur,sed & ipsum proferre in medium,quod possit, qui è diuerso est,impugnare. Vt ergo partium sit æqua congressio, rectum mihi videtur,vt prius, quid vterq; nostrûm defendat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epicureorū sunt hæc cōmenta.

defendat,enunciet:& si placet,ipse primus incipiam.Ego dico, non secundum dei prouiden- G
tiam gubernari mundum,quia multa in eo iniuste & inordinate geri videmus : sed Genesim
dico esse,quę omnia agit & continet.Ad hęc cum Petrus respōdere vellet,Niceta præueniens
ait : Indulgeat mihi dominus meus Petrus ad hæc respondere, & non videatur proteruum,
quod iuuenis cum sene habear,sed vt filius cumpatre conloquar.Et Senex:Non solum tu,in-
quit,fili quod tibi videtur vt prosequaris volo , sed & si qui ex sodalibus tuis , si qui etiam de
adstantibus videtur scire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus : conlatio enim
plurimorum facilius ea quæ ignorantur inueniet.Tum ergo Niceta respondit:Non me æsti-
mes pater temere feciſſe,quod inserui me sermonibus domini mei Petri,sed magis pro hono
Petri eruditio. re eius hoc mihi facere visus sum.Homo enim dei est plenus totius scientiæ, quem ne Græca H
quidem latet eruditio,quia spiritu dei repletus est,quem nihil latet.Sed quia ipsi de cœlestibus
loqui conuenit,ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent respondebo.Postea ve-
ro,quàm à nobis Græcorum more fuerit disputatum,atq; ad id ventum,vbi exitus nullus ap-
pareat,tunc ipse quasi scientia repletus,aperte & dilucide rerum nobis omnium patefaciet ve
ritatem,vt non solum nos,sed & omnes qui pręstò sunt auditores,viam veritatis agnoscant.
Petrus arbiter inter cōgredientes. Et ideo nunc ipse quasi arbiter sedeat, vt cum vnus aliquis ex nobis cesserit , tunc ipse susci-
piens,indubitatam sententiam ferat. Hæc cum dixisset Niceta, hi qui conuenerant, inter se-
metipsos conloquebātur:Hicne est ille quem audiebamus Petrus,illius qui in Iudæa apparuit,
& signa ac virtutes plurimas fecit,discipulus probatissimus ? Et intendentes in eum,cum ti- I
more ac veneratione ingenti stabant,tanquam boni serui honorē domino deferentes.Quod
vbi Petrus sensit,ait ad eos:Attentius audiamus,rectum tenentes iudicium de his quæ dicen-
tur ab vtroq;,& post ipsorum conflictum,quod necessarium visum fuerit,addemus & nos.Et
cum hæc dixisset Petrus,gauisæ sunt turbæ.Niceta vero dicere hoc modo adgressus est.Defi-
nisti pater,quod non per dei prouidentiam mundus regatur, sed omnia Genesi subiaceāt,vel
quæ ad mores vniuscuiusq;,vel quæ ad gesta pertinent. Ad quæ statim quidem potui respon-
dere,sed quia iustum est seruare ordinem, definimus & nos quid teneamus,sicut ipse fieri ro-
Adsertiones Niceræ contra Senem. gasti.Ego dico prouidentia dei gubernari mundum, his duntaxat quæ gubernatione eius in-
digent.Vnus est enim omnia tenens,qui & mundum fecit,iustus deus, vnicuiq; secundum ge K
sta sua quandoq; redditurus.Ecce habes & nostram definitionem, nunc quod vis prosequere,
vel mea destruens,vel tua adserens,vt & ego his quæ à te prosequentur,occurram. Aut si me
vis priorem dicere,nō morabor.Et Senex respondit:Siue tibi placet fili prius dicere,siue hoc
magis placet vt ego dicam,nihil interest,apud eos præcipue,qui bona venia disputant.Dic ta
men tu prior,libenter accipio,atq; vtinam possis etiam quæ à me dicenda sunt prosequi, atq;
his quæ contraria sunt,obiicere,& ex vtrorumq; conlatione ostendere veritatem.Niceta re-
spondit:Si vis,inquit,possum etiam tuas partes dicere,& ad hæc respondere.Et Senex:Osten
de mihi prius,quomodo potes scire ea quæ nondum loquutus sum ? & ita tibi credam , quod
partes meas prosequi possis.Et Niceta:Secta,inquit, tua & sententia quam definisti, manife- L
sta est his qui eruditi sunt in huiusmodi disciplinis,certaq; est eius consequentia . Et quia ego
non sum ignarus quæ sint definitiones philosophorum,ex his quæ proposuisti,quid consequa
Niceta Epicure olim. Pyrrhonius fuit Aquila id est Pyrrhonis assecla,qui delectum rerum sustulit. tur agnosco,maxime quia præ cæteris philosophis,Epicuri scholas frequentaui.Frater autem
meus Aquila,magis Pyrrhonios sequutus est. Alius autem frater noster Platonicos & Aristo
telicos:itaq; cum eruditis tibi auditoribus sermo est.Tum Senex: Bene,inquit,& consequen-
ter docuisti, quomodo ex his quæ propositæ sunt definitionibus, etiam ea quæ consequuntur
aduerteres.Sed ego amplius aliquid professus sum,quàm sentit Epicurus,quia introduxi Ge-
nesim,eamq; causam omnium gestorum hominibus posui.Cumq; hæc Senex dixisset,ego Cle
mens aio ad eum:Audi pater,si te frater meus Niceta obtinuerit, quia non sine dei prouiden M
tia mundus agitur,in ista parte quæ supereſt de Genesi , ego tibi potero respondere , est enim
mihi notitia huius scientię.Et cum hęc dixissem,frater meus Aquila:Quid necesse est,inquit,
Matth.23. vt eum patrem vocemus,cum in mandatis habeamus,neminem super terram patrem voca-
re?Et post hæc respiciens ad senem:Non iniurioſe,inquit,accipias pater,quod fratrem meum
culpaui,quia te patrem vocaret:habemus enim tale mandatum, ne aliquem nomine isto vo-
citemus.Cumq; hæc dixisset Aquila, risit omnium adstantium cœtus vnà cum Sene,& Petro.
Aquila autem requirente causam,cur omnes riserint,aio ad eum,quod tu in quo alios culpas
id ipse facis,qui senem appellaueris patrem.At ille negabat,dicens: Vere nescio si eum patrē
vocaui.Interea Petrus mouebatur suspitionibus quibusdam,sicut ipse nobis enarrauit postmo
dum,&

A dum,& respiciens ad Nicetam,expedi,inquit,quod proposuisti.Tum Niceta hoc modo exor-
sus est:Omne quod est,aut simplex est,aut compositum . Quod simplex est,caret numero,di- Simplex.
uisione,colore,differentia,asperitate,lenitate,pondere,leuitate,qualitate,quantitate,& ob hoc
etiam fine . Quod vero compositum est , aut ex duobus aut ex tribus , aut etiam ex quatuor Cōpositum
compositum est , aut certe ex pluribus : & quæ composita sunt , necessariò etiam diuidi
possunt.Et Senex audiens hæc : Optimè,inquit, & doctissime dicis fili . Et Niceta : Igitur il-
lud quod simplex est, & his omnibus caret , quibus solui quod subsistit, potest, sine dubio in-
comprehensibile & immensum est, neque initium vllum neque finem sciens , & ideo vnum
& solum est,& sine autore subsistens.Quod autem compositum est, & numero ac diuersitate
B diuisioni quæ subiacet , necessario authore aliquo compositum est, atq; in vnam speciem di-
uersitas congregata.Quod ergo immensum est,bonitate pater est,virtute conditor. Neq; er- Immensum.
go condendi virtus in immenso cessare potuit,neq; bonitas ociari,sed ad substituenda ea quę
sunt,bonitate,ad componenda & firmanda,virtute prouocatur. Substituuntur ergo & com-
ponuntur quædam,vt diximus,ex duobus,vel ex tribus,quædam vero ex quatuor,alia ex plu-
ribus.Sed quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur,& de substantia eius, quā ex qua-
tuor elementis esse compositam constat,cui omnes illæ decem differentiæ, quas suprà com-
prehendimus accidunt,ab his inferioribus incipientes gradibus,ad superiora veniemus . Via
C enim nobis ad intellectualia & inuisibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur , sicut
continetur in Arithmeticis disciplinis,vbi cum de diuinis quæritur,ab inferioribus ad supe- Per inferiora ad superiora peruenitur.
riores numeros ascenditur.Cum vero de præsentibus & visibilibus ratio exponitur,de supe-
rioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur.Aut non ita est?Et Senex ait:Valde bene pro-
sequeris.Et Niceta : De mundi nunc ergo ratione prosequendum est,cuius prima quæstio in
duas partes diuiditur.Quæritur enim vtrum factus sit,an non.& si quidem nō est factus,ipse
erit illud ingenitū ex quo omnia.Si vero factus est,de hoc rursus quæstio in duas partes scin-
ditur:Vtrum nam ex seipso factus est,an ab alio. & si quidem à semetipso est, excluditur sine
dubio prouidentia. Si prouidentia non recipitur,frustra animus ad virtutem prouocatur,fru
stra iustitia custoditur,quippe si non est qui iusto pro meritis aliquando restituat.Sed ne ani-
D ma quidem ipsa immortalis videbitur,si eam post absolutionem corporis,nullius prouidentię
excipiat dispensatio. Nam si doceatur esse prouidentia,& per ipsam factus esse mundus, alia
rursus quæ discutiantur occurrunt: requiretur enim quomodo sit prouidentia, vtrum gene-
raliter erga omnia,an specialiter erga partes,an & generaliter erga partes, an & generaliter
erga omnia,& specialiter erga partes.Generalis autem intelligitur hoc modo,quasi ab initio
deus faciens mundum,ordinem dederit rebus,& cursum statuerit,& vltra eorum curam quę
geruntur, habere cessauerit.Specialis vero erga partes,hoc modo est,vt quorundam quidem
vel hominum,vel locorum prouidentiam gerat,quorundam vero non gerat. Generalis au-
tem omnium,& specialis partium simul,hoc modo est, quasi & ab initio omnia fecerit deus,
& vsq; ad finem per singulos quosq; prouidentiam gerat , & vnicuiq; reddat pro actibus suis.
E Prima ergo illa propositio quæ dicit,quia ab initio deus fecerit omnia, & cursu atque ordine
rebus imposito,de reliquo nihil ad se reuocet,secundum Genesim geri cuncta confirmat. Ad
hoc ergo primo respondebimus,& his præcipue qui deos colunt,& Genesim defendunt, qui Cōtra Genesim ratio.
vtiq; cum immolant diis,& exorant eos, sine dubio contra Genesim se impetraturos aliquid
sperant,& per hoc Genesim soluunt.Cum vero rident qui ad virtutem prouocant,& ad con-
tinentiam cohortantur & dicunt, quia nemo potest facere aliquid, aut pati, nisi quod ei fato
decretum est,omnem profecto cultum diuinitatis abscindunt.Quid enim colas eos,à quibus
promereri nihil possis , quod non patiatur ratio decreti ? Hæc interim aduersus illos dicta
sint.Ego vero mundum dico à deo factum, & ab ipso quandoq; esse soluendum, vt ille appa-
F reat,qui æternus est,& ad hoc factus,vt semper sit,& dignos se,recipiat iudicio dei. Quod au
tem sit alius inuisibilis mundus,qui hunc visibilem intra semetipsum contineat, postea quàm
de visibili mundo discusserimus , tunc & ad illum veniemus . Nunc interim , quia factus sit
mundus iste visibilis,testantur etiam philosophorum plurimi sapientes viri.Sed ne videamur Philosophi etiā aliquot mundū esse creatum cōfitentur.
quasi egentes adsertionibus,vti voluisse testibus,de principiis eius si videtur quæramus.Cor-
poreum esse mundum hunc visibilem , eo ipso quod est visibilis, satis constat . Omne autem
corpus duas recipit differentias:aut enim connexum est & solidum, aut diuisum & separatū.
Et si quidem connexum fuit & solidum corpus,ex quo mundus factus est,& per diuersas spe
cies partesq; secundum differentias sui,corpus illud partitum est & diuisum, necesse est intel
ligi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligi,fuisse aliquem,qui corpus quod erat connexum & solidum dirimeret, atq; in partes mul G
Atomos intelligit. tas duceret,formasq; diuersas. Aut si ex diuersis dispersisq; corporum partibus,omnis mundi hæc moles composita est & compaginata,necesse est nihilominus intelligi,fuisse aliquem qui in vnum dispersas colligeret,& diuersas rebus species induceret. Equidē plures philosophorum hoc magis sensisse scio, quod ex vno corpore quam illi materiam vocant, diuisiones ac
Materia. discretiones conditor fecerit deus , quod tamen ex quatuor simplicibus,& in vnum temperamento quodam diuinæ prouidentiæ admixtis, constaret elementis. Nam illud superfluo à quibusdam dictum puto,quod simplex corpus, id est absq; vlla coniunctione, sit mundi, cum constet nec corpus posse esse quod simplex est , neque miscerī posse , aut propagari, vel soluī: quæ omnia vtique mundi corporibus videmus accidere . Quomodo enim solueretur si esset H simplex , nec haberet intra se aliud à quo resolui ac diuidi posset ? Quod si ex duobus aut tribus , vel etiam ex quatuor constare corpora videntur , cui non etiam exiguum habenti sensum manifestum sit, quod fuerit aliquis,qui in vnum plura collegerit, & temperamenti moderatione seruata,ex diuersis partibus solidum corpus effecerit?Hunc igitur nos conditorem mundi dicimus deum,hunc agnoscimus vniuersitatis autorem.Nam Græcorum philosophi de principiis mundi quærentes,alius alia incessit via. Denique Pythagoras elementa principiorum,numeros esse dicit, Callistratus qualitates, Alcmæon contrarietates,Anaximandrus immensitatem,Anaxagoras æqualitates partium,Epicurus atomos,Diodorus amere,hoc est, I
ex his in quibus partes non sunt , Asclepiades oncos , quod nos tumores vel elationes possumus dicere,Geometræ fines,Democritus ideas, Thales aquam,Parmenides terram, Zenon, Empedocles,Plato,ignem,aquam,aërem,terram : Aristoteles etiam quintum introducit elementum,quod acatonomaston,id est, incompellabile nominauit, sine dubio illum indicans, qui in vnum quatuor elementa coniungens , mundum fecerit . Siue igitur duo, siue tria, siue quatuor,aut etiam plura sint, vel innumera,ex quibus mundus constat,omni ex parte,qui plura in vnum collegerit, & rursus collecta in diuersas species duxerit,ostenditur deus : & probatur per hęc,non potuisse machinā mundi sine opifice,& prouisore constare.Sed & hoc ipso quod in coniunctione elementorum deficiente altero,aut abundante, cætera resoluuntur & concidunt ostenditur ex nihilo accepisse principium . Nam verbi gratia, si deficiat in aliquo K
humor,nec aridum stabit,humore enim pascitur aridum,sicut & frigus calido, in quibus, vt diximus,si alterum deficiat,penitus cuncta soluuntur,& in hoc originis suæ,quę ex nihilo facta sunt,produntur indicia.Quod si materia ipsa probatur esse facta, quomodo partes eius & species,ex quibus mundus constat,videbuntur infectæ?Sed de materia & qualitatibus, nō est nunc dicendi locus : hoc solum docuisse sufficiat , deum esse omnium conditorem : quia neque si solidum & connexum fuit corpus,ex quo mundus constat, dirimi & discerni sine conditore,neq; si ex diuersis & discretis partibus in vnum collectum est, cōgregari & misceri sine artifice potuit.Igitur si mundi conditor deus esse à me euidenter ostenditur, qui erit Epicuro locus introducendi atomos,& adserendi quod ex corpusculis insensibilibus, nō solum sen L
sibiliā corpora,sed & mentes intellectuales ac rationales fiāt?Sed dices,vt Epicuro visum est continuationes atomorum indesinenti cursu venientium, per immensa & sine fine tempora miscentium se,atq; in vnum conglobantium,corpora solida efficiuntur.Non venio ad hęc vt rem fabulosam, & inepte compositam dicam : videamus magis si qualecunq; istud est,potest stare quod dicitur.Aiunt enim corpuscula ipsa quæ atomos appellant, diuersis esse qualitatibus,& alia quidē humida,& ob hoc grauia ac deorsum tendentia: alia vero arida & terrena, atque ob hoc nihilominus grauia : alia autem ignea , & ob hoc rursum semper nitentia : a-
Rationesc̄ tra atomos Epicuri lia vero frigida, & ob hoc pigra & semper media. Quomodo ergo cum alia semper sursum tendant,vtpote ignea,& alia semper deorsum,vtpote humida & arida,alia vero media,& nō M
æquali cursu incedant,coire simul potuerunt,& vnum corpus efficere? Si quis enim de superioribus, verbi gratia,minutissimas paleas,& ad eandem magnitudinē minutissimi plūbi particulas deorsum iaciat,nūquid poterant,quanuis æquales sint magnitudine,leues paleæ partes plumbi particulas consequi?longe enim velocius ad imum grauiora perueniunt . Ita ergo & atomi etiā,si magnitudine æquales sint,pondere tamē inęquales,nunquā poterunt , quę leues sunt, consequi grauiores : quod si consequi non possunt , sine dubio nec misceri , nec corpus efficere. Tum deinde si indesinenter feruntur, & semper veniunt ,& rebus quarum iam mensura integra constat adduntur , quomodo stare vniuersitas potest , cum tam immensis ponderibus noua semper pondera cumulentur ? Sed & illud requiro : si paulatim coëuntibus corpusculis

A corpusculis extruebatur hic quē videmus ambitus cœli, quomodo non in eo ilico cū consurgeret conruit?siquidem hians machinę ipsius summitas nullis suffulta repagulis stringeretur. Sicut enim hi qui ædificiorum tholos in circulum instruunt nisi conclusionē medij verticis strinxerint,vniuersum pariter soluitur:Ita & mundi circulus quem tam decora specie collectum videmus, si non subitò & sub vno diuinæ virtutis rotatu, potentia conditoris effectus est,sed paulatim concurrentibus atomis & instruentibus,non vt ratio patebat,sed vt fortuitus incidisset euentus,quomodo non prius quàm colligi posset & concludi,dilapsus est & dissolutus?Ad hæc etiam illud requiro, quod sit munimē,super quod tam immensæ molis iacta sint fundamenta?Et rursus illud ipsum quod dixeris munimē,super quid iaceat?Et item illud
B aliud super quid?& eo vsq; interrogando progrediar, donec respōsio ad nihil & inane perueniat.Quod si dicat aliquis,quia atomi igneæ qualitatis coniunctæ,sibi corpus vnum fecerūt, & quia ignis qualitas non deorsum,sed sursum tendit,impositam mundi molem,ad superiora semper nitens ignis natura subuectat. Ad hęc respondebimus : Quomodo potuerunt atomi igneæ qualitatis,quæ semper ad superiora contendūt,in inferiora descēdere,& in profundo,ac sub omnia demerso inueniri loco?Cum itaq; grauiores quæq;,id est terrenæ vel humidæ qualitates præueniant,vt diximus, leuiores,vnde & cœlum , velut superiorem fabricam igneis atomis,quæ & leuiores sunt,& sursum semper fugiunt, adserunt structam : neq; ergo fundamenta ignis,aut alia vlla habere mundus potest,neq; atomis grauioribus cum leuiori-
C bus,id est his quæ deorsum semper præcipitantur,& his quæ semper sursum fugiunt,societas aut compaginatio vlla conueniat.Igitur quod impossibile sit ex atomorū coniunctione,corpora mundi solidari,sufficienter dictum,& quod non potuerint insensibilia corpora,etiamsi vlla ratione coire & connecti potuissent, formas dare corporibus & mensuras,vel membra fingere,vel qualitates efficere, vel exprimere quantitates, quæ vtiq; omnia modulatione sui manum testantur artificis, & opus rationis ostendunt,quam rationem ego verbum & deum appello.Sed dicet aliquis hęc à natura fieri:iam in hoc de nomine cōtrouersia est.Cum enim Naturā esse parentē rerū quo intelligendum.
D constet mentis esse & rationis opus,hoc quod tu naturam vocas,ego deum conditorem voco,constat nec potuisse nec posse vel corporum species tam necessariis distinctionibus instibi testes videntur philosophi,Plato de his testatur in Timæo,vbi de mundi factura discutiēs Plato in Timæo mundū testatur creatum.
requirit,vtrum nam semper fuerit,an initium sumpserit:& pronunciat quia factus sit:Visibilis enim,inquit,est & palpabilis atq; corporeus: omnia autem quæ huiusmodi sunt , facta esse constat:Quod autem factum est,aliquem habet sine dubio autorem,à quo factum est:hunc ergo,inquit,factorem parētemq; omnium,& inuenire difficile est,& inuentum vulgo enarrare impossibile.Hęc quidem Plato dicit:sed & si ipse aliiq; Græcorum philosophi,de factura mundi silere voluissent,nónne omnibus intellectum habentibus, palàm esset ? Quis enim est exi-
E gui saltem sensus homo, qui cum cernat domum, omnia quæ ad vsus necessaria sunt habentem , cuius cameram in sphæræ gyrum videat collectam, eamq; vario splendore , & diuersis imaginibus depictam,luminaribus præcipuis & maximis adornatam : quis, inquam, est, qui huiusmodi fabricam videns, non statim pronunciet, à sapientissimo & potentissimo artifice esse constructam? Et ita quis inuenietur insipiens, cum cœli opus inspiciat, splendorem solis cernat,ac lunæ,astrorum cursus,& species,& vias certis rationibus & temporibus videat definitas,non tam à sapiente hæc artifice,& rationabili , quàm ab ipsa sapientia & ratione clamet effecta?Quod & si secundum alios Græcorum philosophos audire vis,& mechanicis imbutus es disciplinis,de excelsis quæ traduntur,non te sine dubio latent. Ponunt enim sphærā æqualiter ex omni parte collectam,& ad omnia similiter respicientem, atq; à centro terræ æ-
F quis spatiis distinctam, ipsaq; sui æqualitate ita stabilem, vt eam in nullam partem declinare vndiq; æqualitas collecta permittat , & ita à nullo fulcimento subuecta sustentatur sphæra. Quod si vere hanc habeat similitudinem mundi machina,euidens est opus in ea diuinum . Si vero,vt aliis visum est,super aquas posita sphæra,vel super ipsas fertur, vel in ipsis voluitur, etiam sic magni in ea artificis opus declaratur . Sed ne de his quæ non omnibus palàm sunt, incerta videatur adsertio,ad ea veniamus quæ neminem latent.Quis astrorum cursus tanta A cursu astrorū pbat prouidentiam
ratione disposuit,ortusq; eorum & occasus instituit, certisq; & demēsis temporibus vnicuiq; tenere cœli ambitum dedit?Quis ad occasum aliis etiam redire in ortum permisit?Quis imposuit modum cursibus solis,vt horas,& dies,& menses,& temporum vicissitudines,diuersis motibus signet?& nunc hyemem, inde ver, æstatem, pòst & autumnum , certa cursus sui dimensione

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensione discernat, & semper eisdem vicibus anni orbem in confusa varietate constrin- G
gat? Quis inquam tanti ordinis moderatricem, non ipsam dei pronunciet sapientiam? Et hęc
quidem secundum illa nobis dicta sint, quæ de excelsorum disciplinis traduntur à Græcis.
Quid autem & de his quæ vel in terris vel in mari videmus, nónne euidenter edocemur, dei
in his nō solum opus esse, sed & prouidentiam? Nam quod in terra montes excelsi, certis qui-
busq; habentur in locis, vt ex his velut compressus & coangustatus aër, ordinatione dei coga-
tur & exprimatur in ventos, ex quibus & fructus germen concipiant, & æstiuus ardor tempe
riem sumat, cum pliades ignitæ solis, ardoribus incanduerint. Sed dices: Cur & ardor solis vt
temperies requiratur? & quomodo fruges humanis vsibus necessariæ maturescerent? Sed &
illud aduerte, quod ad axem meridianum, vbi plus est caloris, non multa datur nubium con H
stipatio, nec abundans copia imbrium funditur, ne morbus habitantibus generetur: humi-
dæ enim nubes, si calore rapido coquantur, aërem corruptum & pestiferum reddunt. Sed
& terra calidum imbrem suscipiens, non nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet, in quo
quis dubitat opus esse diuinæ prouidētiæ? Deniq; Aegyptus, quia Aethiopicis è vicino flagrat
ardoribus, ne insanabiles corruptelas aëris imbrium necessitate susciperet, campi eius non
pluuiam nubibus ministratam, sed terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante susci-
piunt. Quid de fontibus dicemus, & fluuiis? qui perenni in mare fluunt meatu, & per diuinam
prouidentiam, nec illis abundans deficit cursus, nec mare tantas aquarum recipiens copias,
vllum sentit augmentum, sed in eadem mensura, & ea quæ conferunt, & ea quæ ibi conferun I
tur elementa perdurant. Sed dicis mihi, salsa aqua naturaliter consumit fluētum dulce, quod
ei fuerit infusum. Et in hoc ergo manifestum est prouidentiæ opus, vt salsum faceret illud e-
lementum, in quod cursus omnium aquarum, quas ad vsum hominibus præstiterat, declina-
uit, vti ne per tanta seculi spatia, repletus maris alueus, inundationem pernitiosam terris &
hominibus redderet. Nec ita quisquam insipiens erit, vt hanc tantam ratione, tantamq; pro-
uidentiam ab inrationabili natura arbitretur esse dispositam. Quid autem de virgultis? quid
de animalibus dicam? nónne per prouidentiam factum est, vt cum senecta temporis resolue-
rentur, virgulta quidem vel plantis, vel seminibus quæ ipsa dederint, animalia vero per pro-
geniem reparentur, & mira quadam dispensatione prouidentiæ, nascituro pecori lac præpa- K
ratur in vberibus, ac statim vt natum fuerit, nullo docente, scit vbi alimoniæ suæ horrea re-
quirat? Gignuntur autem non solum mares, sed & fœminæ, vt ex vtroque possit rursus con-
stare posteritas. Sed ne, vt putant homines, viderentur hæc naturæ quodam ordine, & non
dispensatione fieri conditoris, pauca quædam ad indicium & documentum prouidentiæ suæ,
mutato ordine genus seruare iussit in terris, verbi gratia, vt per os conciperet Coruus, & per
aurem Mustela generaret, vt aues nonnullæ, sicut Gallinę, interdum oua vel vento, vel puluere
concepta parerent, alia quædam animalia marem vicibus alternis in fœminam verterent
& sexum per annos singulos commutarent, vt Lepores & Hyænæ, quas Belluas vocant. Alia
etiam ex terra orirentur, atq; inde sumerent carnem, vt Talpæ, alia ex cinere, vt Viperæ, alia L
ex putrefactis carnibus, vt Vespæ quidem equinis, Apes autem bubulis, alia ex fimo boum, vt
Scarabæi, alia ex herbis, vt de ocimo Scorpius, & rursus herbæ ex animalibus, vt ex cornu
cerui vel capræ apij & asparagi. Et quid opus est plura enumerare, in quibus diuina proui-
dentia, mutato ordine eo, qui à natura datus putatur, multimodis differentiis natiuitatem
animalium constare voluit, ex quibus non inrationabilis rerum cursus, sed ipsius dispensa-
tus ratione doceretur? Aut non & in hoc plenissimum demonstratur opus diuinæ prouiden-
tiæ, vbi ex terra & aqua, ad vitam hominum semina iacta reparantur? Quæ cum terræ fue-
rint mandata, voluntate dei humorem quem susceperit gleba, velut vberibus suis semini-
bus immulget: aquis enim inest quædam vis spiritus à deo dati ex initio, cuius opere, habi- M
tus futuri corporis, in ipso statim semine formari incipit, & per culmum spicámque resti-
tui: turgefacto etenim ex humore seminum grano, per angustos quosdam venarum mea-
tus vis illa spiritus, quæ inesse aquis data est, vtpote incorporea transcurrens, ad incremen-
tum semina suscitat, & crescentium species format. Ministerio igitur humidi elementi, cui
vitalis ille spiritus insitus semper & ingenitus est, efficitur vt non solum reparetur, sed vt per
omnia similis species & forma his quæ iacta fuerint seminibus redeat. Quæ ratio, cui vel bre
uem sensum habenti, per inrationabilem naturam, & non per diuinam sapientiam constare
videbitur? Deniq; etiam hæc ad similitudinem humanæ natiuitatis formata sunt: videtur e-
nim terra vuluæ locum tenere, cui semen iniectum per aquæ & spiritus vim, sicut supra dixi-
mus, &

Rarę pluuię ad axē meridianum quare sint.

Calidi imbres pestilētes sunt.

Aqua marina ineffabili prouidentia falsa est.

Virgulta.

Quædā mutato naturæ ordine gignuntur.

Terra humorē tanq; vberibus cōcipit.

Terra vuluę habet speciē

A mus, & formatur, & alitur. Sed & in hoc admiranda est diuina prouidentia, quod videre nos
quidem & agnoscere fecit, quæ fiunt: quomodo autem & qualiter fiant, in secreto posuit & in
occulto, vt non indignis ad agnitionem subiaceant, sed dignis & fidelibus, cum meruerint
patefiant. Vt autem rebus ipsis & exemplis probemus, nihil omnino ex terrena substantia se- Experimētū aqua & spiritu omnia constare.
minibus dari, sed totum ex elemento aquæ & spiritus qui inest ei virtute constare: pone mihi
verbi gratia in cratere aliquo amplissimæ magnitudinis, iniici terræ talenta centum, & se-
minentur in eo diuersæ species seminum, vel olerum, vel etiam virgultorum, his præbeatur
ad rigandum aqua sufficiens, & per annos plures habeatur ista diligentia: congregentur au-
tem semina quæ collecta fuerint, verbi gratia frumenti, vel hordei, aliarumq; specierum per
B singulos annos seorsim, donec vniuscuiusq; seminis aceruus, ad centum talentorum pondus
ascendat, tum etiam arbores auulsæ radicitus adpendantur, & his omnibus ex cratere sum-
ptis, si adpendatur terra, centum sua nihilominus talenta salua restituet. Vnde ergo dicemus
omne illud pondus, omnemq; quantitatem seminum diuersorū atq; arborum surrexisse? nónne
euidenter apparet quia ex aquis? Terra enim quod suum est integrum tenet, aqua vero quę
per singula iniecta est, nusquam prorsus est, ob potentem diuinæ conditionis virtutem, quæ
per vnam aquæ speciem tantorum seminum virgultorúmque & substantias reparat, & spe-
cies format, & genus fœnore multiplicato custodit. Ex quibus omnibus satis abundeq; patēre
puto, artifici sensu, & non inrationabili naturæ opere cuncta effici, & vniuersa constare.
C Sed veniamus adhuc, si videtur, etiam ad nostram, id est ad hominis substantiam, qui est par
uus in alio mundus, & consideremus quanta sit ratione compositus: & ex hoc præcipue sapien
tiam conditoris intelliges, qui cum ex diuersis substantiis constet, id est, mortali & immor-
tali, per artificem prouidentiam conditoris, societatem diuersitas non refugit, & quidem lon
ge à se substantiis. Alia nanq; de terra adsumitur, & à cōditore formatur: alia vero ex immor
talibus substantiis datur, nec tamen ei per huiuscemodi coniunctionem honor immortalita-
tis infringitur, nec, vt quibusdam videtur, affectus quibus ad hæc singula moueri possit. Nam
corpus quod ex ossibus & carnibus constat, initium sumit ex semine viri, quod è medullis Semen ex medullis.
calor eliciens, vuluę quasi terræ consignat: cui inhærens ex fonte sanguinis, paulatim rigatum
D in carnem & ossa producitur, atque in speciem autoris iacti seminis reformatur. Et vide in
hoc artificis opus, quomodo ossa velut columnas quasdam, quibus caro sustentetur ac porte- Ossa in corpore humano sunt pro columnis.
tur, inseruit. Tum deinde æqualis ex vtraq; parte, id est dextera ac lęua, mensura seruetur, vt
congruat pes pedi, & manus manui, digiti quoq; digitis, vt singuli ad singulos tota æqualitate Proportio corporis humani.
concordent: sed & oculus oculo, & auris auri, quæ non solum consona sibi & concordantia,
sed & vsibus necessariis apta formantur. Manus quidem vt operi commodæ sint, pedes vt
gressibus, oculi vt visibus seruiant, superciliorum excubiis custoditi: aures ad audiendum ita
formatæ, vt cymbalo similes, susceptī verbi repercussum sonitum altius reddant, & vsque ad
sensum cordis emittant. Lingua autem ad loquendum inlisa dentibus, plectri reddat officiū:
E ipsi vero dentes alij vt incidant & diuidant cibos, & interioribus tradant: interiores vero vt Ideo præcisores dicti.
in modum molæ conficiant & cōminuant, quo opportunius stomacho traditi coquantur, vn-
de & molares appellati sunt. Sed & nares commeandi flatus, & reddendi ac recipiendi gratia Molares.
factę sunt, vt innouatione spiritus, calor naturalis qui ex corde est, vel accendi vel refrigerari
cum res poposcerit queat pulmonis officio, qui pectori inhærere datus est, vt mollitie sui pal
pet & foueat cordis vigorem, in quo videtur vita consistere: vita dico, non anima. Nam quid
dicam de substantia sanguinis, quam velut fluuius ex fonte procedens, & vno prius alueo in-
uectus, tum deinde per innumeras venas, quasi per areas deriuatus, totam humani corporis
terram, vitalibus rigat fluentis, iecoris opere ministratus, quod ad efficaciam digestionis ci- Iecur.
F borū, atq; in sanguinem mutādorū in dextro latere iacet. In sinistro vero splenis est locus, qui Splen.
trahere ad se & purgare quodammodo sordes sanguinis possit. Intestinorū quoq; ratio quan- Intestina quare humida.
ta est? quæ idcirco longis nexibus in circulorū ordinata sunt modum, vt susceptas digestiones
ciborum paulatim egerant, quo neq; ad subitum inanes efficiant locos, & his qui superadditi
fuerint non impediantur cibis. Membranæ autē in modum idcirco factæ sunt, vt ex ipsis ea
quæ intrinsecus sunt, humorē sensim susciplant, quo neq; subitò effusus exinanisset interna,
neq; densiore cute prohibitus, arida quæ extrinsecus habētur efficeret, & totā hominis fabri-
cam sitis necessitate turbaret. Porrò vero fœminea positio, & vuluæ sinus ad recipiendū ger- Vulua.
men, & confouendū viuificandumq; cōmodissimus, quē non ratione & prudentia effecta esse,
quæ facta sunt, suadeat, quod in ea solū parte membrorū, à virili specie fœmina discrepat, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

posteritas sata susçipitur,& fouetur? & rursus virilis habitus ea tantummodo membrorum G
parte immutetur,qua ei vis serendi & generandi hominis inest. Et in hoc magnum quidem
testimonium prouidentiæ datur, ex necessaria diuersitate membrorum, sed ibi maius vbi in
habitus similitudine, vsus diuersitas, & officij varietas inuenitur. Nam mãmillæ viris æque
sunt ac fœminis,sed fœminarum solæ sunt,quę lactis munere replentur,vt statim vbi genue-
rint,apta sibi paruulus inueniat nutrimenta.Quod si tanta ratione videmus in homine mem
bra disposita,vt cum in cæteris omnibus similis habitus videatur,in his tantummodo discre
pent,in quibus vsus diuersitatem requirit, & neq; in viro aliquid superfluum aut egens, neq;
in fœmina quod desit videamus,vel quod abundet,quis ex his omnibus non euidenter agno-
scat rationis opus,& sapientiam conditoris?His adstipulatur etiam cæterorum animalium ra H
tionabilis diuersitas,& suo quodq; vsui ministerioq; conueniens.Hæc testatur & arborum va
rietas herbarumq; diuersitas,tam specie variata,quàm succis.Hæc adserit & permutatio tem
porum,in quatuor distincta vicissitudines, & certis horis, diebus, mensibus, annum circulus
claudens,& ne vnam quidem horam statutæ rationis excedens:hinc deniq; etiam mundi ip-
sius ætas certa &stabili ratione,concepto annorum numero censetur.Sed dices,quando mun
dus factus est,& quare tam tarde?Hoc possis obtendere etiamsi ante factus fuisset:diceres e-
Quæstiones inutiles & curiosę omittantur. nim,cur non & ante hoc?& ita immensa secula transcendens,semper possis requirere,cur nõ
& ante hoc?Sed nobis nunc sermo non de eo est,sed si omnino factus est.Si enim factum con I
stat,necessariò potentis & summi artificis opus est:quod si constat,quando eum facere volue
rit,sapientis artificis arbitrio iudicioq; relinquendum est.Nisi videatur tibi omnis hęc sapien
tia,quę tam immanem mundi machinam struxit,& singulis quibusq; rebus,formas & species
dedit,quarum habitum non decori solum conuenientem,sed & futuris vsibus aptissimum &
necessarium poneret,hoc eam solum fugerit,quo tam magnificæ conditionis opportunũ tem
pus adsumeret.Est apud illũ profecto certa ratio,sunt euidentes causę,cur,& quando,& qua-
liter fecerit mundum,quas hominibus,quibus hęc quæ ante oculos posita sunt,& de eius pro-
Ignorantur quædam ab hominibus cum laude. uidentia contestantur,inquirere & intelligere pigrum fuit,aperiri vtiq; non oportuit: quæ e-
nim in occulto habentur,& intra sapientiæ sensus,velut intra regios thesauros recõdita sunt,
nemini patent,nisi his qui ab illo dididerint,apud quem signata sunt hæc & reposita.Deus er K
go est qui fecit omnia,& ipse à nemine factus est: qui autem naturam pro deo nominant, &
per naturam facta esse cuncta testantur, latet eos appellationis suæ error. Si enim naturam
inrationabilem putant,stultissimum est,rationabilem facturam ab inrationabili factore pro-
gredi.Si vero ratio est,id est logos, per quam facta constat vniuersa, superfluò nomen immu
tant, vbi de conditoris ratione profitentur.Ad hæc si quid habes pater,prosequere.Hæc cum
Niceta dixisset,Senex ita respondit: Tu quidem fili prudenter, & fortiter prosequutus es, in
tantum vt melius dici posse de prouidentia non putem.Sed quoniam hora iam multa est,cra
stino ad hæc quæ persequutus es,respondere aliqua volo,de quibus si mihi satisfeceris, gratiæ
me fateor debitorem.Et his à sene dictis,surrexit Petrus. Quidam vero ex adstantium Laodi L
censium primas,rogabat Petrũ & nos,vt Senis indumenta quę habebat sordida & scissa muta
ret:quem Petrus & nos amplexi,& conlaudantes pro honesta & optima voluntate sua,dice-
bamus: Quia nec nos ita insipientes sumus, & impij, vt cui tam preciosa verba cõcredimus,
non multo magis etiam hæc quæ ad vsus corporeos sunt necessaria præbeamus, quæ eum &
libenter susçepturum credimus,tanq; à filiis patrem,sed & tectum nobis & vitam communẽ
fore credimus.Hæc cum nos diceremus,& ille primarius ciuitatis,summa vi,& blandimẽtis
plurimis auellere à nobis cuperet Senem,nos vero cò vehementius retineremus,omnis popu
lus adclamauit vt illud magis fiat,quod ipsi placet Senis:& cum silẽtium factum fuisset,Senex
iuramento præuenit, dicens: Hodie apud nullum manebo, neque ab aliquo quicquam susci- M
piam, vti ne alterius delectio alterius tristitia fiat, hæc enim postmodum si visum fuerit,fie-
ri possunt. Et cum hæc dixisset Senex,Petrus ait ad primariũ ciuitatis:Quoniam nostri præ-
sentia, bonam voluntatem tuam ostendisti, tristem te non oportet abscedere, sed accipie-
mus abs te gratiam pro gratia, domum tuam nobis ostende, & præpara eam vt crastino
disputatio, quæ futura est habeatur, & si qui volunt adesse ad audiendum permittantur.
Quæ cum audisset primas ciuitatis, valde gauisus est, sed & omnis populus libenter audi-
uit. Cumque discessissent turbæ, domum suam ostendit: discedere autem & Senex cœpit.
Pedisequi Clementis. Ego tamen vni ex pedisequis meis imperaui clàm subsequi vestigium Senis, & discere vbi
maneret. Nos autem cum redissemus ad hospitium, enarrauimus omnia fratribus, quæ no-
bis cum

A bis cum Sene habita sunt,& ita ex more cibo sumpto requieuimus. Die autem postera Petrus
mature surgens, susçitauit nos, & perreximus pariter ad locum secretum, in quo & pridie
orationis causa fueramus, atque inde post orationem dum veniremus ad constitutam do-
mum,in itinere monebat nos dicens:Audite me conserui dilectissimi,bonum est vt vnusquis-
que vestrũm secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ, & ideo
non vos pigeat secundum sapientiam, quæ vobis per dei prouidentiam conlata est, disseren-
tes instruere ignaros & docere, ita tamen vt his quæ à me audistis & tradita sunt vobis, ve-
stri tantum sermonis eloquentiam societis. Nec aliquid proprium,& quod vobis non est tra Petr⁹ sermo ni veritatis nihil vult ad di nisi elo- quentiam.
B ditum proloquamini,etiam si vobis verisimile videatur: sed ea,vt dixi, quæ ipse à vero pro-
pheta susçepta vobis tradidi, prosequamini, etiam si minus plenæ adsertionis esse videbun-
tur.Hinc enim sæpe contingit declinare quosdam à veritate, dum speciem sibi verioris &
validioris veritatis,propriis cogitationibus reperisse se credunt. His à Petro dictis, libenter
annuimus,dicentes ei, nihil nos acturos,nisi quod ipsi videretur.Tum ille:Vt ergo,inquit,si-
ne periculo exerceamini,me coram disputate singuli, ita vt vnus alij succedat, ac suas vnus-
quisque explicet quæstiones. Nunc ergo, quoniam hesterno die Niceta sufficienter disse-
ruit,hodie sermonem faciat Aquila, & post Aquilam, Clemens, inde ego, si tamen etiam me
res poposcerit aliquid addere. Interea dum huiusçemodi sermones cedimus,ad domum ven
tum est,in qua susçipiens nos paterfamilias,introducit ad locum quendam,in similitudinem
C theatri collectum, & pulchre exædificatum, in quo turbas plurimas ex tempore noctis ope-
rientes nos reperimus,inter quos & Senex qui pridie nobiscum disputauerat.Itaque medium
habentes Petrum, ingredimur etiam nos, circunspicientes sicubi cerneremus Senem: quem
prior Petrus videns in medio turbæ latitantem,euocauit ad se, dicens: Clariorem multis a-
nimam possidens, cur in occulto lates, & verecundia contegeris? accede huc magis, & quæ
tibi videntur exequere. Vbi hæc dixit Petrus, statim turbæ locum dare cœperunt Seni.
Cúmque accessisset, ita cœpit: Eorum quæ die hesterno prosequutus est iuuenis,etiamsi ver-
ba non memini, sensum tamen & ordinem teneo, & ideo necessarium puto propter eos qui
hesterno non adfuerunt, Anacephalæosin facere eorum quæ dicta sunt, & breuiter cuncta
D repetere, vt etiamsi me aliquid effugerit, ab eo qui prosequutus est præsente, commonear.
Hic ergo fuit hesternæ disputationis sensus, quod omnia quæ videntur, quoniam certa men
sura & arte, formaque ac specie constant, sine dubio à sapiente virtute facta esse, vt ratio-
nis ipsius prouidentia mundus regatur, etiamsi nobis ea quæ geruntur in mundo, minus re-
cte geri videantur. Consequitur autem, vt si creator omnium deus est ac mens, sit etiam
iustus: quod si iustus est, necessariò iudicat, si iudicat, necesse est vt homines de suis acti-
bus iudicentur: & si de actibus suis vnusquisque iudicatur, erit ergo inter iustos & peccato-
res iustum quandoque discrimen.Hæc fuit, vt opinor,totius verbi continentia.Si ergo osten
di potest, quod mens ac ratio cuncta condiderit, consequens est, & ea quæ sequuntur ratio-
E ne & prouidentia geri. Si vero natura imprudens & cæca gignit vniuersa, perimitur sine du
bio iudicij ratio, nec discussio peccatorum,ac benefactorum remuneratio sperabitur,vbi iu-
dex non est. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent, non indignemini, si
fortè paulò latius discuti hæc & pertractari voluero.In hoc enim mihi ad omnia quæ propo-
nuntur, velut prima ianua clauditur, & ideo hanc mihi ante omnia aperiri volo.Nunc ergo Pria ianua ad agnitio- nem dei.
audite quæ dico, & respondeat mihi si quis vestrũm volet: non enim erubescam discere, si
audiero quod verum est, & recte dicenti adquiescere.Igitur hesterno à te habitus sermo, qui
adserebat quod arte, & mensura, & ratione cuncta constarent, non valde me suadet, men-
tem rationemq; esse quæ fecerit mundũ:multa enim habeo,quæ ostendam competenti men-
F sura,ac forma,& specie constare,nec tamen per mentem condita ac rationem.Tum præter-
ea video multa incondite,inconsequenter, iniuste geri in mundo, & sine Geneseos cursu nihil
fieri posse,quod post omnia etiam ex meipso manifestissime adprobabo. Hæc cum Senex di-
ceret,Aquila respondit:Quoniam ipse proposuisti,vt ad ea quæ diceres haberet copiã respon
dendi qui velit, concedit Mihi frater meus Niceta hodie facere sermonem. Et Senex: Pro-
sequere, ait, fili, vt vis. Et Aquila respondit: Promisisti quod ostenderes multa esse in mun
do quæ formam ac speciem æquali ratione collectam gerant, quæ tamen constet non effi-
ci per conditorem deum. Nunc ergo quod promisisti ostende. Et Senex: Ecce arcum vide-
mus in cœlo circulum tenere omni mensura collectum, & habere speciem veri, quam for-
tassis nec mens condere, nec describere ratio potuisset, nec tamen hic ab aliqua mente fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce in breui totum proposui, respondit ad hæc. Tum Aquila: Non continuò, inquit, si quid G
ex typo & forma exprimitur, id intelligitur à ratione esse, ac sine mente non fieri posse,
quoniam typus ipse qui exprimit figuras ac formas, non sine mente factus est. Verbi causa,
cera si adfigatur sculpto anulo, imaginem quidem & figuram sumit ex anulo, qui sine du-
bio sensu caret, sed anulus qui exprimit effigiem, manu artificis sculptus est, & mens fuit
ac ratio, quæ typum anulo dedit. Ita ergo & arcus exprimitur in aëre, sol enim nubibus ra-
rescentibus radios suos imprimens, & humori nubilo velut ceræ molli adfigens orbis sui ty-
Arcusin cœ lo ex repcus sione solis. pum, arcus speciem reddit, & efficit hoc ipsa, vt dixi, repercussio splendoris solis in nubi-
bus, atque ex illis fulgorem circuli eius reddens: fit autem hoc non semper, sed cum oppor-
tunitatem sui, humectæ nubes rarescendo præstiterint. Vnde & rursus cum densantur nu- H
bes & coëunt, arcus forma resoluitur, & exolescit: denique nunquam sine sole & nubibus
arcus apparet, sicut nec sine typo & cera, & alia huiusmodi materia exprimitur imago. Non
ergo mirum est, si conditor deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimantur
ac species. Simile autem hoc & illi, quod ab initio deus elementa insensibilia creauit, qui-
bus ad reliqua omnia formanda, & explicanda vteretur. Sed & qui statuas formant, typum
prius luci vel ceræ fingunt, & ex ipso redditur statuæ effigies: tum deinde & vmbra reddi-
tur ex statua, quæ vmbra per omnia formam ac similitudinem statuæ gerit. Quid ergo, di-
cemus insensibilem statuam formare vmbram, tam diligenti, quàm ipsa statua est, ratione
collectam: an illi sine dubio adscribetur vmbræ collectio, qui & statuam finxit? Si ergo tibi I
videtur hoc ita se habere, & sufficit quod de hoc dictum est, ad alia inquirenda veniamus,
aut si aliquid adhuc deesse putas, repetamus. Et Senex ait? Volo vt repetas de hoc, sunt e-
nim & alia multa quæ similiter fieri video: nam & fructus arborum simili modo pulchre
formati, & in rotundum mire collecti nascuntur: & foliorum species ingenti decore for-
matur, atque exquisita arte viridis membrana contexitur. Tum præterea pulices, mures, la-
Contéptissi ma quæque aïalia à deo creantur. certas, & his similia, nunquid & hæc dicemus à deo fieri? Vnde ex his vilioribus, coniectura
capitur meliorum, quod nequaquam mentis arte formentur. Bene, inquit Aquila, de folio-
rum textura, & de paruis animalibus colligis, quod ex his fides etiam melioribus deroganda
sit: sed non te ista decipiant, vt putes quasi duabus solis manibus operantem deum, non K
posse vniuersa complere quæ fiunt, sed memento quomodo hesterno tibi frater meus Nice-
ta respondit, & mysterium ante tempus aperuit, vere quasi cum patre loquens, & cur & quo-
modo fiant hæc, quæ inutilia videntur, exposuit. Et Senex: Cur ista inutilia, voluntate il-
lius summæ mentis fiant, velim à te audire. Si, inquit, liquidò apud te constat, quod men-
tis & rationis opus in ipsis est, tum demum tibi etiam cur facta sunt, dicere non pigebit, &
quod iuste facta sint edocere. Ad hæc Senex respondit: Non possum fili, ea quæ videntur
ex arte formata, dicere per mètem fieri, propter cætera quæ iniuste & inordinate fieri vide-
mus in mundo. Si te, inquit Aquila, ea quæ inordinate fiunt, dicere quod per prouiden-
tiam dei facta sint non sinunt, cur non ea quæ ordinate fiunt, dicere te quod à deo facta L
sint cogunt? & quia inrationabilis natura, opus rationabile proferre non possit? Certum
est enim, nec omnino negamus, quia in hoc mundo quædam ordinate, quædam inordi-
nate fiant: ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede quod per prouidentiam fiant: quæ vero
inrationabiliter & inordinate, quia naturaliter eueniant & fortuitò accidant. Miror autem
non aduertere homines, quia vbi sensus est, possunt res ordinate fieri & inordinate: vbi
autem nullus est sensus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit: ordinis autem
cursus si contrarium quid acciderit, quod ordinem turbet, necessariò inordinatum aliquid
profert. Et Senex: Hoc ipsum mihi à te ostendi volo. Non, inquit, morabor Aquila. Duo
visibilia signa monstrantur in cœlo, vnum solis, aliud lunæ: hæc sequuntur & aliæ quinque M
stellæ, diuersos & proprios singulæ explicantes cursus. Hæc ergo deus posuit in cœlo, qui-
bus aëris temperies pro ratione temporum dispensetur, & ordo vicissitudinum permuta-
tionumq; seruetur. Horum autem ipsorum ministerio, & si quando pro peccatis hominum
plaga & correptio terris iniicitur, perturbatur aër, lues animantibus, corruptio frugibus,
pestilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit, vt vno eodémque ministerio, &
seruetur ordo & corrumpatur. Etenim palàm est incredulis & imperitis, quod cursus solis
vtilis & necessarius mundo, per prouidentiam datus semper ordinatus habeatur. Lunæ ve-
ro ad comparationem cursus solis, in augmentis & detrimentis suis apud imperitos inor-
dinati cursus videntur & incompositi. Nam sol certis distinctionibus & ordinatis mouetur: ex

A tur: ex ipso enim sunt horæ, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occide-
rit, ex ipso menses & anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt, dum ad su-
periora conscendens ver temperat: vbi autem ad summum cœli venerit, æstiuos accen-
dit calores: decidens rursus autumni temperiem reddit: vbi vero ad inferiorem redierit
circulum, ex glaciali compage cœli, rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Sed de his
aliàs latius diseremus. Nunc interim, cum sit iste minister bonus, ad vicissitudines tem-
porum moderandas, tamen vbi secundum voluntatem dei correptio mortalibus datur, in-
candescit acrius, & vrit mundum vehementioribus flammis. Similiter autem & lunæ cur-
sus, atque hæc quæ imperitis videntur inordinata permutatio, incrementis frugum, & pe-
B cudum, omniúmque animantium commoda est: augmentis enim eius detrimentisque mi-
ra quadam prouidentiæ arte, omne quod gignitur, alitur & crescit: de quibus latius pro-
sequi possemus, & aperire de singulis rationem, nisi nos propositę quęstionis ordo reuocaret.
His tamen ipsis eisdémque ministeriis, quibus gignuntur, aluntur, augentur vniuersa, cum
fuerit iusta aliqua ex causa ordinis instituti mutata temperies, corruptio oritur & intempe-
rantia, vt in homines, sicut suprà diximus, castigatio dei voluntate procedat. Sed fortas-
se dices: quid, quod in ista communi castigatione similia impij patiuntur & pij? Verum est,
etiam nos fatemur: sed piis castigatio ad profectum cedit, vt in præsenti vita adflicti, pur- Quãobrem pij cũ impiis aliquãdo ad flagantur.
gatiores veniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata est. Simul autem vt &
C impij aliquantulum ex ipsorum castigatione proficiant, aut iusta in eos feratur iudicij futu-
ri sententia, cum in eisdem castigationibus, iusti quidem gratias egerint deo, iniusti au-
tem blasphemauerint. Igitur cum in duas partes rerum diuidatur opinio, quod alia per or-
dinem, alia contra ordinem fiant: ex his quidem quæ secundum ordinem fiunt, opportuit
credi esse prouidentiam: de his vero quæ contra ordinem geruntur, causas require ab his,
qui eas per doctrinam propheticã didicere: quibus enim innotescere potuit sermo prophe-
ticus, sciunt quando, & ob quam causam ærugo, grando, pestilentia, & horum similia per
singulas quasque generationes exorta sint, & ex quibus peccatis hæc ad vindictam data sint, Calamitates nobis in vin dictam datæ sunt.
vnde humano generi causa tristitiæ, vnde gemitus ac dolores acciderint, vnde etiam tre-
D moris languor aduenerit, & quod hæc ab initio fuerit vindicta paricidij. Nam ab origine
mundi nihil horum fuit, sed ex impietate hominum initium mala ista sumpsere, & inde
semper crescentibus iniquitatibus, & malorum numerus creuit. Sed idcirco diuina proui-
dentia iudicium erga omnes statuit, quia præsens seculum non erat tale, in quo vnusquis-
que posset pro meritis dispensari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo ac-
ciderunt, malis, illa contemplanda sunt, quæ ab initio cum nullæ malæ causæ existerent, be-
ne & ordinate instituta sunt: deniq; ad inditium eorum quæ ab initio fuere, inueniuntur nõ-
nullæ gentes alienæ ab huiusmodi malis. Nam Seres quia caste viuunt, expertes habentur ho Seres innocentes.
rum omnium, quia neque post conceptum adiri vltra apud eos fœminam fas est, neque cum
purgatur, carnibus ibi immundis nemo vescitur, sacrificia nemo nouit, secundum iusti-
E tiam omnes sibiipsis iudices fiunt. Idcirco igitur neque castigantur istis plagis quas suprà
diximus, & plurimum temporis in vita durantes, absq; ægritudine finiunt vitam. Nos autem
miseri velut cum serpentibus pessimis habitantes, cum hominibus dico iniquis, perferimus
necessariò cum ipsis adflictionum plagas in hoc mundo, sed spem gerimus, ex cõsolatione fu-
turorum bonorum. Si propter iniquitates, inquit Senex, aliorum cruciantur etiam iusti, opor
tuit deum tanquam prouisorem iubere hominibus, vt non facerent ea, ex quibus necesse es-
set cum iniustis adfligi etiam iustos, aut facerent emendationem aliquam, aut purificatio-
nem mundo adhiberent. Iussit, inquit Aquila, deus hæc, & dedit præcepta per prophetas,
quomodo homines viuere deberent: sed & hæc contempserunt, imò vero & eos si qui fortè
F obseruare cupiebant, diuersis iniuriis adfixerunt, donec etiam ipsos à proposita obseruatio-
ne deiicerent, & ad incredulitatis nihilominus verterent turbam, sibiq; similes efficerent.
Propterea denique ab initio cum fuisset omnis terra maculata peccatis, deus diluuium mun- Peccatũ diluuio vltus est deus.
do induxit, quod vos sub Deucalione factum dicitis, & tunc vnum quendam iustum cum fi-
liis suis in arca reseruauit, & cum eo omnium seminum, omniumq; animantium genus. Et
tamen etiam qui ex ipsis nati sunt, tempore intercedente, rursus similia prioribus agunt: ob-
liuioni enim quæ acciderant data sunt, ita, vt posteri ne hoc ipsum quidem crederent, quod
diluuium factum est. Vnde & statuit deus in præsenti seculo vltra non fieri diluuium, a-
lioqui secundum rationem peccatorum, necesse erat etiam per singulas generationes hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri infidelitatis gratia,sed magis indulsit per singulas gentes,angelos quosdam agere prin- G
cipatum,qui malis gaudent, quibus tamen ea conditione potestas aduersum vnumquemque
mortalium data est,si prius se ipse quis peccando eis feciſſet obnoxium,donec aduenire ille
qui bonis gaudet, & compleretur per ipsum numerus iustorum, & per omnem mundum ere
scente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas, & innotesceret omni-
Omne bonũ à deo. bus,quia omne quod bonum est, à deo fit. Ex arbitrij autem libertate vnusquisque hominum
dum incredulus est de futuris, per malos actus incurrit mala. Et hæc sunt quæ videntur in
mundo contra ordinem geri, quibus causas, vt essent, infidelitas dedit. Miranda igitur per
omnia est diuinæ prouidentiæ dispensatio, quæ his qui initio fuerint, bonam quidem viam
vitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui: vbi vero paccauerunt, mali ori- H
Malũ bono tanquam ex fœdere adhæret. ginem peccato pariente sumpserunt. Et vnicuique bono quasi quodam coniugij fœdere, ex
parte peccati sociatum est malum, quoniamquidem humano sanguine terra polluta est, &
aræ dæmonibus succensæ,aërem quoque ipsum incesto sacrificiorum fumo temerarunt,& ita
demum corrupta prius elementa,hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fru-
ctibus tradiderunt. Vide ergo in hoc, vt dixi, quàm iuste vitiatis rebus prouidentia diuina
succurrit, vt quoniam bonis dei, mala quæ ex peccato originem sumpserant, sociata sunt,
duabus his partibus, duos principes poneret, & ei qui bonis gaudet, bonorum ordinem, qui
ad fidem prouidentiæ suæ, credentes adducere statuit: ei vero qui malis gaudet, ea quæ
contra ordinem & inutiliter geruntur, ex quibus sine dubio etiam prouidentiæ fides in du- I
bium veniat, & habita est per hoc à iusto deo iusta diuisio. Hinc ergo est quod cum ordina-
tus astrorum cursus, fidem faciat manu artificis conditum mundum, rursum conturbatio
aëris, aura pestilens,fulminum vagi ignes, prouidentiæ opus refellant. Habent enim, vt di-
ximus, singula quæque bona, contraria & coniuncta sibi mala, vt fœcundis imbribus, gran-
do inimica est, vt rori placido, rubiginis est sociata corruptio, vt ventis lenibus, procella-
rum turbines iuncti sunt, fructuosis arboribus, infructuosæ, herbis vtilibus, noxiæ, anima-
libus mitibus, fera & pernicioſa connexa sunt: Hæc autem omnia posita sunt à deo, pro eo
quod hominibus voluntas arbitrij à bonorum proposito discessit,& declinauit ad mala. Igi-
tur in omnibus mundi rebus habetur ista diuisio: & sicut sunt pij, ita & impij:vt sunt prophe K
tæ,ita & falsi prophetæ,Sed & apud Gentiles sunt philosophi,sunt & falsi philosophi. Iudæo-
Arabes circũcisionem Iudæorũ sũt imitati. rum quoq; circuncisionem Arabicæ gentes,aliæq; plurimę ad ministerium suæ impietatis imi
tati sunt. Sic & diuino cultui est contrarius dæmonum cultus, & baptismo baptismus, & legi
leges,& apostolis pseudapostoli,& doctoribus falsi doctores. Et inde est vnde apud philoso-
Abusus multarũ rerum. phos,alij adserant prouidentiam,alij negant,alij vnum deum,alij plures defendunt. Vsque ad
hoc res deniq; accessit,vt cum verbo dei fugentur dæmones,per quod esse prouidentia decla
ratur,inuenerit ars magica ad infidelitatem confirmandam,quomodo etiam hoc ex contra-
riis imitetur. Sic serpentum venena mitigare carminibus inuentum,& verbo ac potestati dei
contrarias inducere sanitates. Angelis quoq; dei contraria reperit ars magica ministeria,ani-
marum suscitationes contra hæc,& figmenta dæmonum ponens. Et ne multa enumerando, L
sermonem longius traham,nihil omnino est quod fidem prouidentiæ faciat,& non habeat è
contrario aliud ad infidelitatẽ paratum: & ideo qui ignorant istam diuisionẽ rerum,pro his
quæ à semetipsis discordant in mundo,non putant esse prouidentiam. Sed tu pater,quasi vir
sapiens,ex ista diuisione elige partem quæ ordinem seruat,& fidem prouidentiæ facit,& non
solum sequaris illam partem quæ contra ordinem currit, & prouidentiæ derogat fidem. Ad
hæc Senex respondit: Da mihi viam fili qua possim ex duobus istis ordinibus, quorum alter
adserit,alter refutat prouidentiam,vnum aliquem in meis sensibus confirmare. Rectum,in-
quit Aquila,habenti iudicium facile discrimen est:nam & hoc ipsum,quod ais,ordo & inor- M
dinatio,ab artifice fieri potest: nam verbi gratia ponamus de excelsa rupe abruptum saxum
in præceps ferri,idq; inlisum solo in multa fragmenta comminui,nunquid euenire vllo mo-
do potest,vt in illa multitudine fragmentorũ,inueniatur vnum saltem fragmentum, in quo
perfecta aliqua species per omnia habeatur ac forma?Et Senex respondit:Non potest. Quod
si adsit,inquit Aquila, signorum artifex, excisum de monte saxum manu artifici & sensu ra-
tionabili formare in quam velit speciem potest. Et Senex: Verum,inquit,istud est. Ergo, ait
Aquila,vbi sensus non est rationabilis,nulla species ex integro formari potest:vbi autem sen
sus est artifex,ibi & forma,& informitas esse potest:verbi gratia, si excidat è monte saxum ar
tifex cui formam velit imponere,necesse est vt id primo informe cędat & barbarũ,tum dein

de paulatim

A de paulatim excudens,& ad libram suæ artis exculpens, exprimat formam quam mente con
ceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate, artificis manu peruenitur ad formam,& v-
trunq; ab artifice procedit:simili igitur modo,& ea quę in mundo geruntur per artificis pro-
uidentiam fiunt, etiamsi minus ordinata videantur. Et ideo, quia tibi duæ istæ innotuerunt
viæ,earumq; accepisti diuisiones,fuge infidelitatis viam, ne fortè perducat te ad illum prin-
cipem,qui malis gaudet:sequere fidei viam, vt peruenire possis ad regem illum qui bonis ho
minibus gaudet. Ad hæc Senex respondit:Cur autem & princeps ille qui malis gaudet factus
est,& vnde factus est,aut non est factus? Aquila ait: Alterius temporis est iste tractatus: verum
ne expers abeas etiam huius responsionis,pauca tibi de hoc quoq; insinuabo. Præscius omniũ
B deus ante constitutionem mundi, sciens quia futuri homines alij quidem ad bona, alij vero
ad contraria declinabunt, eos qui bona elegerint suo principatui, & suæ curæ sociauit, atque
hæreditatem sibi eos propriam nominauit: eos vero qui ad mala declinarent, angelis regen-
dos permisit, his qui non per substantiam, sed per propositum cum deo permanere nolue-
runt, inuidiæ & superbiæ vitio corrupti: dignos ergo dignorum principes fecit. Ita tamen
eos tradidit, vt non habeant potestatem in eos faciendi quod volunt, nisi statutum sibi ab
initio terminum transeant. Hic est autem statutus terminus, vt nisi quis prius fecerit dæ-
monum voluntatem,dæmones in eo non habeant potestatem. Et Senex ait: Magnifice pro-
sequutus es fili, superest nunc vt dicas vnde est substantia mali: si enim à deo facta est, fru-
C ctus malus radicem culpabilem docet, videtur enim & ipsa malæ naturæ: si vero coæterna
fuit hæc substantia deo, quomodo potest quod æqualiter ingenitum & coæternum est, alte-
ri esse subiectum? Non semper fuit, inquit Aquila: sed neque si ex deo facta est, continuò
necesse est, etiam conditorem eius talem videri, quale est illud, quod ab eo factum est: nam
substantias quidem deus fecit omnium. Sed si rationabilis mens quæ à deo facta est, nequa-
quam conditoris sui legibus adquiescit, & modum statutæ sibi temperantiæ excedit? quid
hoc ad conditorem spectat? vel si aliqua est ratio hac superior, ignoramus: neque enim de
singulis ad perfectum scire possumus,& de his præcipue pro quibus non sumus iudicandi cur
Christiani quædã tuti ignorant, q̃ inuestigant. ignoremus. Ea vero pro quibus iudicandi sumus, facillima sunt ad intelligendum, & penè
D vno sermone absoluuntur. Omnis enim propemodum actuum nostrorum in eo colligitur
obseruantia,vt quod ipsi pati nolumus,ne hoc aliis inferamus:sicut enim ipse occîdi non vis,
caueas oportet,ne alium occîdas. Et sicut tuum non vis violari matrimonium,nec tu alterius
macules thorum:furtum pati non vis, nec ipse facias:& intra hanc regulam humanorum ge
storum singula quæque concurrunt. Tum Senex:Ne ægre,inquit,accipias fili, quod dicturus
sum:sermones tui quanuis validi sint,non possunt tamen flectere me vt credam,fieri aliquid
posse extra Genesim. Scio enim omnia mihi necessitate Geneſis accidisse, & ideo suaderi mi
hi non potest, quia vel bene, vel male agere in nostra potestate sit: & si actus nostros in po-
testate non habemus, non potest credi futurum esse iudicium, per quod vel malis pœnæ, vel
E bonis præmia tribuantur. Denique quoniam te imbutum video in huiusce modi disciplinis,
pauca tibi ex ipsa arte proferam. Si,inquit Aquila, ex ipsa disciplina adstruere aliquid cupis,
frater meus Clemens tibi diligentius respondebit,qui plenius scientiam matheſis adtigit: e-
Clemẽs mathẽseos fuit doctus. go enim aliis viis adserere possum, quod actus nostri in nostra sint positi potestate: ista au-
tem quæ non didici,præsumere non debeo. Cum hæc Aquila dixisset,ego Clemens,crastino,
inquam, dices pater vt voles, & audiemus libenter, nam & te puto gratè habiturum, quod
cum his tibi erit sermo, qui expertes non sunt eius quam protuleris disciplinæ. Cum ergo pla
cuisset inter me & Senem, vt sequenti die disputatio nobis de ratione Geneſis haberetur, v-
trum omnia ex ea fierent, an esset aliquid in nobis, quod non Geneſis, sed animi iudicium
F gereret, Petrus surrexit, & sermonem facere hoc modo cœpit: Mirum mihi admodum est,
quod res quæ facile inueniri possunt, homines exquisitis cogitationibus ac verbis difficiles
faciunt, & hi maxime qui videntur sibi sapientes,quiq; volentes dei voluntatem comprehen
dere,quasi homine vtuntur deo,imò & si quid minus:nam hominis consilium vel sensum sci
re nemo potest,nisi ipse prodat quid cogitauerit:sed neque artem quis discere potest,nisi mul
to tempore à magistro fuerit imbutus: quanto magis inuisibilis & incomprehensibilis dei,
neq; sensum, neque opus scire quis potest, nisi ipse mittat prophetam, qui enarret consilium
suum,& viam conditionis exponat,in quantum discere hominibus fas est. Vnde ridiculum
puto, cum naturalibus viis de virtute dei homines iudicant, & putant hoc quidem ei esse
possibile, illud verò impossibile, aut hoc maius, illud minus, ignari omnium, qui cum sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines iniusti,iudicant deum iustum,artificem imperiti,incorruptibilem corrupti,factura G
factorem. Et nolo putetis,quia hæc dicens iudicandi de rebus perimo facultatem,sed consiliũ
do ne per diuina quis incedens,sine fine incurrat errores. Et ideo non solum sapientibus,sed
& omnibus hominibus,qui desiderium gerunt agnoscendi quod sibi expedit,suadeo,vt requi
rant verum prophetam,quia ipse solus est, qui nouit omnia, & scit quid , & quomodo vnus-
quisq; quærat. Inest enim intra vniuscuiusq; nostrum mentem sed in illis quidem, qui desi-
derium dei agnitionis, & iustitiæ eius nullum gerunt,ociatur . In his vero qui quod animæ suæ
expedit quærunt,operatur & scientiæ lumen accendit . Propter quod primo omniũ hunc re-
quirite,quem si non inueneritis,ab alio vos agnituros aliquid non speretis. Inuenitur autem
citò ab his qui veritatis amore perquirunt,& quorum anima præoccupata non tenetur in ma H
litia. Adest enim his qui eum in innocentia spiritus sui desiderant , qui per patientiam susti-
nent,& suspiria de profundo cordis,veritatis amore producunt fugit autem maleuolas men
tes,quia vt propheta,cognoscit cogitationes vniuscuiusq; . Et ideo nemo putet eum per pru-
dentiam suam inuenire posse,nisi, vt suprà diximus,mentem suam omni nequitia vacuam ef
fecerit,atque agnitionis eius desiderium purum & fidele conceperit . Vbi enim talem se quis
præparauerit,ipse,vt propheta,videns præparatam mentem,sponte se adhibet ad agnoscen-
dum. Si quis igitur vult omnia discere,non per singula discutiens, neq; enim poterit,cum sit
mortalis,dei inuestigare consilium,& ipsam immensitatem perscrutari:sed si discere,vt dixi-
mus,omnia desiderat,verum prophetam requirat. Quem cum inuenerit,non quęstionibus & I
disputationibus,neq; argumentis cum eo agat,sed si quid responderit,si quid pronunciauerit,
hoc certum esse,non potest dubitari. Et ideo quæratur verus propheta ante omnia,& eius ver
ba teneantur:in quibus illud tantummodo discutiendum vnicuiq; est,vt satisfaciat sibi,si ve-
re prophetica eius verba sunt,id est, si indubitatam fidem continent futurorum , si tempora
definita consignant,si rerum ordinem seruant,si non quæ prima sunt,nouissima,& quę in no
uissimis gesta sunt,prima narrarunt,si nihil versutum,nihil magica arte ad decipiendũ com-
positum continent,aut si non quæ aliis reuelata sunt,ad se transtulerit , admixtis mendaciis.
Et cum his omnibus recto iudicio discussis,verba constiterit esse prophetica, ita demum cre-
di eis de omnibus quibus dixerint, & responderint, debet . Etenim consideremus diligentius K
opus diuinæ prouidentiæ. Nam quod philosophi introduxerunt verba subtilia quædam & dif
ficilia,ita vt ne ipsa quidem vocabula sermonum,nota esse omnibus possent & intelligibilia,
deus eos qui sibi artifices verborum videbantur , per omnia imperitos esse erga agnitionem
veritatis ostendit. Simplex enim est,& manifesta,ac breuis rerum scientia,quę per verũ pro-
phetam traditur,quam isti per deuia incedentes,& scrupeas verborũ difficultates,tota igno-
rauerunt via. Igitur verecũdis & simplicibus mentibus,cum viderint fieri quæ prædicta sunt,
satis abundeq; sufficit,vt de certissima præscientia,certissimam scientiam capiant, & de cæte
ro requiescant,euidenti agnitione veritatis adsumpta:cætera omnia æstimatione tractantur,
in quibus firmum nihil esse potest. Quis enim sermo est, qui non recipiat contradictionem? L
& quæ argumentatio est,quę non possit alia argumentatione subuerti?& inde est quod ad nul
lum finem scientiæ & agnitionis per huiusmodi disputationem peruenire homines possunt,
priusq; finem vitæ inueniunt,q̃ quæstionum. Et ideo cum in his omnia habeantur incerta, ad
verum prophetam veniendum est:quem deus pater volens ab omnibus diligi,hæc quæ homi
nes induxerunt,in quibus nihil potest adprehendi,voluit penitus extinguere,vt eò magis iste
quæreretur,& quam illi obcluserant,hic hominibus viam veritatis aperiret. Propter hunc e-
nim deus etiam mundum fecit,& ab ipso mundus repletur,vnde & quęrẽtibus se adest vbiq;,
etiamsi in vltimis terræ finibus quæratur. Si vero non purè eum quis, nec sanctè, neq; fideli-
ter quærat,intra ipsum quidẽ est,quia vbiq; est,& intra sensus omnium inuenitur: sed, vt su- M
prà diximus,infidelibus dormit,& absens habetur his,à quibus esse non creditur. Cumq; hæc
& alia huiusmodi Petrus de vero propheta prosequutus esset,turbas dimisit. Senem vero cum
rogasset plurimum permanere nobiscum,obtinere non potuit,sed & ipse discessit,alia die,si-
cut placuerat,rediturus. Et post hæc nos vnà cum Petro ingressi hospitium cibo & quiete so-
lito vtimur.

Christus in nõnullis hominibus ocioſus eſt.

Prudẽtia humana cæcutit in rebus diuinis.

Habes albã, vt ita dixeri lineã ad quã exigas prophetias.

Logodædalos & architectos verborũ appellat Cicero.

A

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS ad Iacobum fratrem domini, Liber nonus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

B SEQVENTI die Petrus vnà nobiscum mature ad locũ, in quo pridie habita fuerat disputatio, properauit, atque ibi cum plurimas iã ad audiendum conuenisse turbas,& Senem cum eis videret,ait ad eũ:Hesterno die ô Senex,cum Clemente placuerat vt hodie sermo fieret , & aut tu ostenderes nihil extra Genesim fieri , aut Clemens doceret Genesim non esse. Ad hæc Senex respondit:Et quid placuerit memini, & tua verba teneo,quæ post pactiones loquutus es,quibus docuisti impossibile esse homini scire aliquid,nisi à vero propheta didicerit. Et Petr°: Nescis,inquit,quomodo dixerim,sed nunc te ego commonebo: de voluntate dixi, & consilio dei,quam habuit priusquam mundus esset,& quo consilio fecerit mundum, tempora statuerit,legem dederit,iustis ad bonorum remunerationem futurum seculum promiserit, iniustis
C pœnas ex iudicij sententia statuerit: hoc ego dixi consilium,& hanc voluntatem dei,ab homi nibus inueniri non posse,quia nemo hominum potest sensum dei coniecturis & æstimatione colligere,nisi propheta ab eo missus enunciet. Non ergo de quibuscunq; disciplinis,aut studiis dixi,quia inueniri sine propheta,aut sciri non possint: quippe qui sciam & artificia,& disciplinas sciri,& exerceri ab hominibus,quas non à vero propheta, sed à magistris hominibus didicerint. Quoniam ergo te professus es gnarum esse positionis siderum , & stellarum cursus, ex quibus conuinceres Clementem,quod Genesi omnia subiaceant,aut ab ipso disceres,quod per prouidentiam reguntur vniuersa,& est etiam aliquid in nobis , hoc expedire vos conue-
D nit. Ad hæc Senex respondit: Iam quidem necessarium non erat huiusmodi mouere quęstiones,si possibile esset nobis à vero propheta discere,& audire definita sentẽtia, quia sit aliquid in nobis,& in arbitrij positum libertate: valde enim me sermo tuus mouit hesternus , in quo de virtute prophetica disputasti:vnde & ego assentio,& confirmo sententiam tuam,quia nihil potest ab homine certum indubitatumq; cognosci,cui & exiguum vitæ tempus est,& breue ac tenue spiramen,quo retineri videtur in vita. Veruntamen quoniam priusquam de prophetica virtute aliquid audirem,pollicitus videor Clementi,vt ostenderem,quia omnia subiecta sunt Genesi,aut ab ipso discerem , quia est aliquid & in nobis , præstet mihi ipse in hoc gratiam,vt primus incipiat,& quæ obiici possunt,proponat & absoluat: ego enim,ex quo pau cis à te audiui de virtute prophetiæ,magnitudinem præscientiæ considerans,obstupui fateor, nec omnino recipiendum quicquam censeo, quod coniecturis & æstimatione colligitur . Et cum hæc Senex dixisset,ego Clemens dicere ita cœpi: Deus per filium suum creauit mundũ,
E tanquam duplicem domum,interiecto firmamenti huius,quod cœlum appellatur , distinctã, & in superiori quidem angelicas habitare virtutes,in isto autem visibili mundo, nasci homi num multitudinem dedit,ex quibus eligeret amicos filio suo , cum quibus lętaretur, & qui ei tanquam sponso,dilecta sponsa pararentur. Verum vsque ad nuptiarum tẽpus , quod est præsentia seculi venturi,statuit virtutem quandam,quæ ex his quæ in hoc mundo nascuntur,eligat & custodiat meliores,ac seruet filio suo,sequestratos in loco quodam mundi , qui extra peccatum est,in quo iam sunt aliquanti,qui ibi velut sponsa,vt dixi,decora,ad sponsi præsentiam præparantur. Nam mundi huius & præsentis temporis princeps,adultero similis est,qui mentes hominum corrumpit,ac violat,& à desiderio veri sponsi seducens , inlicit ad aliena
F desideria. Sed dicit aliquis: Quid ergo necesse erat istum principem fieri, qui à vero principe mentes hominum declinaret? Quoniã deus qui,vt dixi,filio suo amicos voluit præparare, non eos tales esse voluit,qui necessitate naturæ,aliud quid esse non possent , sed qui arbitrio suo , & voluntate, boni esse desiderarent : quia nec laudabile est , quod non est desiderabile: nec bonum iudicatur,quod non proposito expetitur: nihil enim laudis est id esse,à quo te mutari naturæ necessitas non sinat. Prouidentia ergo dei,hominum multitudinem nasci in hoc mundo voluit,vt ex pluribus eligerentur qui iustam diligerent vitã. Et quia prẽsentem mundum prævidit non aliter posse,nisi diuersitate & inæqualitate constare : secundum præsentiũ rerum diuersitates , vnicuique menti libertatem motuum dedit , & hunc principem posuit,
quo ea

Cõiecturis nõ relinquſtur locus in rebus diuinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ea quæ contraria videntur agitante, electio meliorum virtutis opere constaret. Sed vt G
planius fiat quod dicimus, per singula exponemus. Nunquid omnes, verbi gratia, oportebat es
se in hoc mundo reges, aut principes, aut dominos, aut pædagogos, aut legisperitos, aut geo-
metras, aut aurifices, aut pistores, aut fabros, aut grammaticos, aut diuites, aut agricolas, aut
olitores, aut piscatores, aut pauperes? hæc certum est, quia omnes esse non poterant. Omnia ta
men hæc officia, & multo plura, præsens vita hominum requirit, & sine his transigi non po-
test: est ergo necessaria in hoc mundo inæqualitas. Non enim potest esse rex, nisi habeat quos
regat, & quibus imperet: neq; potest esse dominus, nisi habeat cui dominetur: & cætera simili-
ter. Sciens ergo conditor à nullo sponte veniri ad agonem, dum refugitur labor, hoc est, ad
exercendas artes istas quas suprà diximus, per quas vel iustitia vniuscuiusq;, vel misericordia H
manifestari potest, corpus homini fecit, quod famem, & sitim, & frigus reciperet, vt reficien-
di corporis causa compulsi homines, ad omnes, quas suprà exposuimus, artes, victus necessi-
Venter artis magister est. tate descenderent. Cibi enim & potus atque indumenti gratia, singulas quasque artes expete-
re edocemur. Et hic iam vniuscuiusque mentis propositum declaratur, vtrum necessitatem
famis & frigoris, per furta & homicidia, ac periuria sarciat, perq; alia huiusmodi scelera: an
iustitiam, misericordiam, continentiamq; custodiens, artis studio & manuum labore, immi-
nentis necessitatis expleat ministerium. Si enim cum iustitia & pietate, ac misericordia, necess
sitatem corporis transigat, velut propositi agonis victor, amicus filij dei, & electus abscedit.
Si vero per fraudes, per iniquitates, & scelera, concupiscentiis deseruit corporalibus, princi- I
pibus mundi, atque omnium dæmonum amicus efficitur: à quibus etiam hoc edocetur, vt
stellarum cursibus, malorum suorum adscribat errores, quod non nisi proposito ac voluntа-
Parsimonia Christianis magnum vectigal est. te delegit. Etenim artes cogente, vt diximus, cibi ac potus voluptate, discuntur & exercentur:
quæ voluptas, cum adcesserit vnicuique veritatis agnitio, infirmior efficitur, succedente par-
simonia: quantus enim sumptus est, aqua & pane vtentibus, & hunc à deo sperantibus? Est er-
go, vt diximus, necessaria quædam in dispensatione mundi inæqualitas, dum omnes quidem
homines, non omnia possunt scire, vel implere artificia, vsu tamen & ministerio omnium, pe
nè omnes indigent: & ob hoc necesse est alium operari, alium operanti præbere mercedem,
alium seruire, alium dominari, alium regi, alium regere: sed hanc inæqualitatem quæ mor- K
talium vitam necessario subsequuta est, diuina prouidentia in occasionem iustitiæ, misericor
diæ, humanitatisq; conuertit, vt dum hæc inter homines aguntur, sit vnicuique causa iuste
agendi cum eo, cui merces operis exoluenda est, & faciendi misericordiam cum eo, qui debi-
litate fortassis, aut penuria intercedente, debitum soluere non potest. Sed & humanæ agendi
cum his qui conditione videntur obnoxij: mansuetudinem quoque conseruandi erga sub-
Duæ natiuitates hoim. iectos, & omnia prorsus gerendi secundum legem dei: dedit enim legem, iuuans per
hoc humanas mentes, vt facilius erga vnumquodq; qualiter agi deberet, aduerteret, qua via
effugerent malum, & qua ad futura tenderent bona, & vt in aqua regenerati per opera bona,
ignem vetustæ natiuitatis extinguerent. Prima enim nostra natiuitas, per ignem concupi-
scentiæ descendit, & ideo dispensatione diuina. Secunda hæc per aquam introducitur, quæ L
Mũdus nobis pro hospitio est nõ domo. restinguat ignis naturam, & cœlesti spiritu anima inluminata, metum primę natiuitatis abii-
ciat: si tamen ita de reliquo viuat, vt nullas omnino mundi huius voluptates requirat, sed sit
tanquam peregrinus & aduena, atque alterius ciuitatis ciuis. Sed fortasse dicas, quia in his
quidem, in quibus naturalis necessitas, exigit artium operumq; ministerium, potest vnusquis
que habere in potestate, seruare iustitiã, & modum, vel desideriis, vel actibus quem velit im-
ponere: quid de ægritudinibus dicemus, & infirmitatibus, quæ accidunt hominibus, & quod
dæmonibus nonnulli vrgentur, & febribus, & frigoribus, nonnulli etiam furore aguntur, &
mente excidunt, & omnia illa, quæ innumeris casibus premunt mortalium genus? Ad hęc di
Natura hominum capax boni. cemus, si consideret quis totius ministerij rationem, hæc illis, quæ suprà exposuimus, iustiora M
esse pronunciabit: Deus enim hominibus naturam dedit, per quam & doceri possint de bono
& obsistere malo, id est, vt & artes possint discere, & obsistere voluptatibus, ac præferre in om
nibus legem dei, & ob hoc virtutes quasdam contrarias, oberrare mundum hunc, & oblucta-
ri nobiscum permisit, propter causas quæ iam superius dictæ sunt, vt ex earum certamine, o-
riatur iustis palma victoriæ, & meritum præmiorum. Ex istis ergo accidit interdum, vt si qui
incontinenter egerint, & non tantum obsistere, quàm cedere atque in semetipsis dare eis vo-
luerint locum, noxia earum adspiratione generetur intemperata, & vitiosa progenies. Dum
enim totum libidini indulgetur, & obseruatio nulla coëundi est, illorum sine dubio dæmo-
num, quibus

A num, quibus hæc perurgentibus fiunt, vitia & fragilitates suscipit importuna generatio. Et Hæreditaria sunt libe
ideo pro huiusmodi vitiis natorum, obnoxij erunt parentes, qui legem seruare cõcubitus no- ris multa vi
luerunt: licet sint & aliæ causæ secretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiuntur animæ, quas tia corporis
nunc proferre temporis non est. Tamen oportet vnum quenq; agnoscere legem dei, vt ex ea à parẽtibus.
generandi obseruantiam sumat, & immunditiæ causas declinet, vt possit mundum esse quod
gignitur. Neque enim fas est, vt non in plantandis quidem virgultis, vel in seminandis fru-
gibus, opportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia quæ conuenit præparẽtur,
ne fortè semen iactum lædatur & pereat, & in solo homine, qui est super hæc omnia, serendi
obseruatio nulla habeatur, nulla cautela. Sed quid, quod nonnulli, inquit, cum in prima ætate
B absque vitio fuerint corporali, processu temporis incurrunt hæc mala, ita vt aliquanti etiam
violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina, & penè eadem ratio est: illæ enim,
quas diximus contrarias humano generi potestates, ad vniuscuiusque cor, per multas & di-
uersas concupiscentias inuitantur quodammodo, & ingrediendi accipiunt locum: estq; hæc
in illis vis & potestas, quæ hortetur & incitet tantũ, non quæ cogat, & perficiat. Si ergo quis
adquiescat eis, vt etiam agat ea quæ male desiderat, consensus sui & actus, mercedem perdi-
tionis & pessimæ mortis inueniet. Si vero futurum iudicium cogitans, metu ipso fuerit re-
pressus, & reuocauerit se, ne actu impleat, quod mala cogitatione concepit, effugiet nõ solum
perniciem præsentem, sed & futura supplicia. Omnis enim causa peccati, similis videtur esse Causa pec-
C stuppæ pice óblitæ, quæ vbi calorem ignis acceperit statim inflammatur: huius vero ignis in- cati simili
cendium opera esse dæmonum intelligantur. Si ergo inueniatur quis peccatis & concupisce- est stuppæ
tiis tanquam pice óblitus, ignis ei facillime dominatur. Si vero non peccati pice, sed aqua pu- óblitæ pice.
rificationis & regenerationis infusa sit stuppa, ignis in ea dæmonum non valebit accẽdi. Sed
dicet aliquis: Et quid faciemus iam nos, quos contigit peccatis sicut pice óblitos? respondebo,
nihil aliud nisi vt festinetis ablui, quo expurgetur à vobis ignis materia, per inuocationẽ
sancti nominis, & de reliquo futuri iudicij metu, concupiscentias refrenetis, atque aduersa-
rias potestates, cum fortè ad sensus vestros accesserint, tota obstinatione pellatis. Sed dicis: si
in amorẽ quis inciderit, quomodo se poterit continere, etiamsi ante oculos suos, ipsum ignis
fluuium, quem pyriphlegetonta nominant, videat? Hæc excusatio est eorum qui conuerti ad
D pœnitentiam nolunt. Denique nunc nolo pyriphlegetonta adducas in medium: hominum ti
bi propone pœnas, & vide quantum valeat metus: potẽstne quisquam, cum pro amoris crimi
ne ad supplicium ducitur, & ad stipitem conligatur vrendus, in illo tempore eius quam ama-
uit, vel desiderium capere, vel speciem ante oculos proponere? Nequaquam, inquies. Vides
ergo, quia præsens metus, resecat iniqua desideria. Quod si credentes deo, & futurum iudici-
um, pœnamq; ignis æterni confitentes, non se continent à peccato, certum est quod non ple-
na fide credunt: si enim certa sit fides, certus sit & timor: si vero minus aliquid est in fide, re-
laxatur & metus, & tunc locum inueniunt introëundi contrariæ potestates, quarum per- Metus fidei
E suasionibus cum adquieuerint, necesse est, vt & potestati earum obnoxij fiant, & ipsis per- coniunctus.
suadentibus agantur ad præcipitia peccati. Igitur Astrologi ignorantes huiusmodi mysteria,
putant stellarum cursibus ista contingere: vnde & his qui accedunt ad eos, vt de futuris ali-
quid consulant, respondentes falluntur in plurimis: nec mirum, non enim sunt prophetę, sed
vsu multi temporis autores eorum perfugium quoddam, in his quibus decipiebantur, inue-
niunt, & climateras quasdam introducunt, vt de rebus incertis scientiam fingant. Climate- Climacte-
ras enim dicunt, quasi periculi tempus, in quo interdum perimatur quis, interdum non peri- rici anni A-
matur, ignorantes quod non stellarum cursus hæc, sed dæmonum gerit operatio, qui ad astro strologorũ.
logiæ errorem confirmandum, deseruientes, calculis matheseos decipiunt homines ad peccan
F dum, vt cum vel deo permittente, vel legibus exigentibus, peccati dederint pœnas, verum di-
xisse videatur astrologus: & tamen falluntur etiam in hoc: si enim cito cõuersi fuerint ad pœ
nitentiam, & futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metum, conuersis ad deũ per gra-
tiam baptismi, resoluitur pœna mortis. Sed dicet quis: Multi & homicidium, & adulterium, Deus solus
& alia scelera commiserunt, & nihil mali passi sunt. Hoc quidem raro accidit hominibus, ta- nouit quẽad
men nescientibus consilium dei, frequenter videtur accidere: deus autem qui nouit vniuersa, modũ fiant
scit quomodo, & quare peccet, qui peccat, & quæ vnumquenque causa ducat ad peccatũ. Hoc peccata. nõ
tamen generaliter agnoscendum est: quod si qui non ita mente, vt actibus mali sunt, propo- ergo in his
sito incitato ad peccandum deuoluuntur, his velocior & magis in præsenti vita redditur pœ quicquã re-
na, vbique enim & semper deus prout competere iudicat, vnicuique pro actibus suis reddit. mere ab ho-
mine defi
nendum est.

Eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eorum vero,qui proposito exercent malitiã,ita vt interdũ etiam in eos sæuiant,à quibus bona consequuti sunt,& nullam recordationẽ capiunt ad pœnitentiam,differt pœnas in futurũ, non enim merentur isti,sicut illi,de quibus suprà diximus, in præsenti vita scelerum suorum finire vindictam,sed permittitur eis præsens tempus implere,vt volunt,quia emendatio eorum nõ est iam talis,quæ temporalibus indigeat castigationibus, sed quæ æterni ignis in inferno exigat pœnas,quorum animæ ibi pœnitentiã quærent,vbi inuenire non poterũt.Quod si in hac vita positi,illas quas ibi patientur pœnas,ante oculos posuissent, refrenassent vtique desideria,& nullo pacto decidissent in peccatum . Multum enim potest sensus in anima , ad resecandas omnes eius cupiditates,maxime cum cœlestium scientiam cœperit, per quam lumine viritatis accepto,ab omni obscuritate malorum actuum declinauit.Sicut enim sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit,& contegit: ita & mens per scientiæ lucem,omnes concupiscẽtias animæ inefficaces reddit & ociosas , futuri iudicij memoriam super eas tanquam radios suos emittens,ita vt ne apparere quidem vltra in anima queant . Quod autem timor dei multum valeat ad deprimendas concupiscentias , cape humani timoris exemplũ. Quotusquisque est,qui non inter homines concupiscat aliena, & tamen metu pœnæ quæ legibus statuta est, refrenatur, & continentius agit ? Regi propter metum gentes subiacent, & armatus paret exercitus.Serui cum sint validiores dominis suis , propter metum tamen imperia perferunt dominorũ.Bestię ipsæ feræ metu mitescunt.Tauri validissimi iugo colla submittunt, & immanes elephanti magistris obtemperant per timorem. Sed cur humanis vtamur exemplis, cum etiam diuina non desint ? nónne terra ipsa sub præcepti metu permanet, quod etiam motu sui & tremore testatur ? Mare statutum terminum seruat , angeli pacem custodiunt, stellæ ordinem tenent , & fluuij meatus , dæmones quoque certum est timore in fugam verti. Et ne per singula sermonem longius producamus , intuere quomodo vnumquenque timor dei continens, cuncta in harmonia propria, & ordinis sui compage custodiat. Quanto magis ergo certi esse debetis, quia & dæmonum concupiscentiæ , quæ in cordibus vestris oriuntur, admonitione timoris dei extingui possunt , & penitus aboleri , cum etiam ipsi incentores concupiscentiæ, metu sibi dominante diffugiant . Hæc ita se habere sciens, si quid tibi respondendum videtur, incipe . Tum Senex : Sapienter, inquit, filius meus Clemens aptauit prosequutionem suam , ita vt nihil nobis ad hæc dicendum reliquerit : verum omnis eius sermo, quem de natura hominis disseruit , hanc habet continentiam , quia cum eo quod inest libertas arbitrij , est extrinsecus & aliqua causa mali , ex qua per diuersas concupiscentias incitantur quidem homines, non tamen coguntur ad peccatum , pro eo,inquit,quod multo his validior est timor qui obsistat , & impetus desideriorum refrenet , vt cum naturales motus deciderint , effugatis his , qui eos incitant & inflammant dæmonibus, peccatum non possit admitti.Sed me hæc non adducunt ad fidem: conscius enim mihi sum quorundam,ex quibus bene noui,quia compaginatione stellarum,homines aut homicidę,aut adulteri fiunt, cæteráque perpetrant mala.Similiter autem & honestæ ac pudicæ fœminæ,vt bene agant inde coguntur . Denique cum Mars centrum tenens , in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum cum Mercurio ad centrum, Luna veniente super eum plena , in Genesi diurna, efficit homicidas,& gladio casuros,sanguinarios,ebriosos, libidinosos, dæmoniosos, secretorum perscrutatores, maleficos, sacrilegos,& si qua sunt his similia, præcipue cum bonarum stellarum nulla respexerit. Sed & ipse rursus Mars ad Venerem schema tetragonum habens, ex parte ad centrum non respiciente aliquo bonorum , adulteros efficit , & sorores & filias & matres in coniugium adducit. Venus cũ Luna in finibus & domibus Saturni cum Saturno , si fuerit adtestante Marte , efficit mulieres quidem viragines , ad agriculturam, ad structuram , & ad omne opus virile promptas , misceri quibuscunque voluerint , & non argui à viris pro adulterio, nulla vti mollitie, non vnguentis, non vestibus, non calciamentis muliebribus , sed virorum sorte agentes: viros autem esse vt fœminas , nec quicquam virile gerere.Cacodæmon Venus cum Marte si sit in ariete,efficit è cõtrario mulieres,si sit in capræcornu aut aquario. Cumq; multa de his Senex prosequutus esset , & vnũquodq; schema mathesis,stellarum quoq; positiones enumerasset,volens per hæc ostendere , quia timor non sufficiat refrenare cõcupiscentias,ego rursus respondi:Vere pater doctissime & eruditissime prosequutus es , & ipsa me ratio inuitat,aliquid ad ea quæ à te disserta sunt,respondere,quoniamquidem scientia mihi mathesis nota est , & libenter cum erudito viro habeo sermonem.Accipe ergo ad ea quę dixisti,vt euidenter agnoscas Genesim ex stellis omnino nõ esse, & quia

Cognitio veritatis vt sol, mentem illuminat.

Genethliacorũ de aspectibus vanitas.

& quia possibile sit obsisti aduersum impugnationẽ dæmonũ,ab his qui confugiunt ad deum, ac sicut prædixi,non solum per timorem dei naturales cohiberi concupiscentias posse, sed & per timorem hominum,sicut iam nunc edocebimus,leges sunt in vnaquaque regione vel regno ab hominibus positæ,siue scriptura,siue etiam vsu durantes , quas nemo facile transgreditur. Denique primi Seres,qui initio orbis terræ habitant,neque homicidium , neque adulterium,neque scortũ nosse, neque furtum committere, neque idola venerari, & in illa omni regione quæ est maxima,neque templum inuenitur,neque simulacrum,neque meretrix , neq; adultera,neque fur ad iudicium deducitur,sed neque occisus ibi homo fertur aliquando,& tamen nullius libertas arbitrij secundum vos à stella Martis ignita,vt ferro vteretur ad homicidium necem,nec Venus cum Marte posita,alienum matrimonium compulit vitiari , cum vtiq; apud eos , per singulos dies Mars medium cœli circulum teneat . Sed est apud Seres legum metus vehementior,quàm Genesis constellatio.Sunt similiter & apud Bactras in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum,qui & ipsi ex traditione maiorum, moribꝰ, legibusq; concordibus,neque homicidium,neque adulterium committunt , neque simulacra colunt,neq; animantia edere in vsu habent,nunquam inebriantur,nũquam malitiose aliquid gerunt,sed deum semper timent:& quidem cum cæteri Indorum & homicidia, & adulteria committant,& simulacra colant,& inebrientur,atque alia huiusmodi flagitia exerceant. Sed & in ipsius Indiæ nihilominus occiduis partibus,regio quædam est,vbi hospites cum incidentis,& ab execrandis cibis,neque malignæ stellæ compulerunt Bragmanas , vt aliquid agerent mali.Et rursus mos apud Persas,matres accipere in coniugiũ, & sorores & filias, & sub illo omni axe incesta Persæ ineunt matrimonia.Ac ne fortè liceat his qui mathesim sequuntur,vti illo perfugio quo dicunt,certas quasdam esse plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur,ex ipsa Persarum gente aliquanti ad peregrina profecti sunt , qui Magusæi appellãtur,ex quibus vsque in hodiernum sunt alij in Media, alij in Parthia, sed & in Aegypto nonnulli,plures autem in Galatia, & Phrygia , qui omnes incestæ huius traditionis formam indeclinabilem seruant,ac posteris custodiendam transmittunt,etiam cum plagam cœli mutauerint,nec tamen eos Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni , cum Saturno adtestante etiam Marte,compulit habere inter cæteros Genesim.Apud Gelos quoq; mos est, vt mulieres agricolentur,ædificent,& omne opus virile perficiant,sed & misceri quibus volunt licet,nec incusantur à viris,aut adulteræ appellantur, passim enĩ concubitus miscent,& præcipuè cum hospitibus,vnguenta nesciunt,non induuntur veste fucata,non calceis : è contra viri Gelonum ornantur,pectuntur,indumentis mollibus & variis induuntur,auro compositi,vnguentisq; delibuti,& hæc non pro dissolutione virium,sunt enim bellicosissimi,& venatores acerrimi: nec tamen vniuersæ Gelonum mulieres,in capræcornu aut aquario cacodæmonem Venerem nascentes habuere,neq; viri eorum in ariete cum Marte Venerem positam,per quod schema,effœminatos & dissolutos nasci adserit viros Chaldaica disciplina. Porrò vero in Susis,mulieres vnguentis,& quidem optimis vtuntur ornamentis, comptæ ex lapidibus pręciosis,ministeriis quoque ancillarum fultæ procedunt,multo maiore ambitione quam viri,nec tamen pudicitiam colunt,sed indifferens eis cum quibuscunque voluerint vsus est,& seruis & hospitibus,tali licentia à viris permissa : & non solum non culpantur pro hoc,sed & dominantur in viros.Nec tamen omnium Genesis mulierum Susidarum in medietate cœli,cum Ioue & Marte Venerẽ in Iouis domibus habent. In vlterioribus oriẽte partibus,si puer muliebri se substernat iniuriæ,cum agnitum fuerit,à fratribus , aut parentibus, vel quibuslibet proximis interficitur,nec sepultura donatur. Et rursus apud Gallos lex prisca constituit,nuptum tradi publice pueros,nec obprobrium ex hoc aliquod duci: & nũquid possibile est,vt omnes qui tam turpiter succumbunt apud Gallos , Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint? In Britanniæ partibus,plures viri vnam habẽt vxorem, in Parthia multæ mulieres vnũ habent virum, & vtraq; orbis pars,moribus suis atque institutis obsequitur.Amazones omnes non habẽt viros,sed sicut animalia,semel in anno circa vernale æquinoctiũ proprios egressæ terminos,finitimę gẽtis viris miscẽtur,solẽnitatem quandam per hoc obseruantes, ex quibus cum conceperint , redeunt , & si marem pererint,abiiciunt,fœminas nutriunt. Cumq; vnius temporis sit omnium partus , absurdum est,vt in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis esse portionibus , in fœminarum vero Genesi nunquam.Sed neque Mercurium cum Venere habuisse in domibus propriis

Scythotauros eos esse ex libro quí to Plinij adparet.

Persæ.

Magusæi.

Gelonũ gẽs talis,qualis est apud Soli.Pandea.

Susidæ mulieres.

Britãni multi vnam vxorem habẽt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriis positũ,vt vel pictores sibi,vel sculptores,vel trapezitas efficiat: aut in domibus Ve- G
neris,vt vnguentarios,vel vocales,vel poëtas producat. Apud Sarracenos & superiores Li-
bes & Mauros,& circa ora maris Oceani habitantes, sed & in extremis Germaniæ partibus,
& apud Sarmatas,& Scythas,atque omnes quæ sub axe Septentrionis iacent, pontici littoris
gentes,& in Chrysea insula,nunquam inuenitur trapezita,nec sculptor,aut pictor,aut archi-
tectus,aut geometres,aut tragœdus,aut poëta: ergo deficit apud eos Mercurij, Venerisq; cõ-
stellatio.Ex omni orbe terrarum Medi tantummodo summa obseruantia,adhuc spirãtes ho-
mines,canibus deuorandos abiiciunt,& non ob hoc Martem cum Luna per diurnam Gene-
sim in cancro positos habent.Indi mortuos suos incendunt,cum quibus & vxores defuncto- H
rum,sponte se offerentes exuruntur. Sed non ideo omnes quæ viuæ incenduntur Indorum
mulieres, in nocturna Genesi sub terra habent solem cum Marte in partibus Martis.Germa-
norum plurimi laqueo vitam finiunt,nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno & Mar-
te circuncinctas habent: sed non in omni gẽte, & in omni die per omnem diuersitatem Ge-
nesis nascuntur homines.Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in vnaquaq; regio-
ne dominatur,& arbitrij libertas,quæ est hominibus inlita per spiritum,obtemperat legibus, I
nec cogere potest Genesis aut Seres homicidium committere, aut Bragmanos carnibꝰ vesci,
aut Persas incesta vitare,vel Indos non exuri,aut Medos non à canibus deuorari, Parthos nõ
habere plures vxores,aut mulieres Mesopotamiæ non seruare pudicitiam,Græcos non exer-
ceri palæstris,Gallorum pueros nõ pati muliebria,vel gentes barbaras Græcorum studiis in-
stitui,sed,vt diximus,vnaquaq; gens suis legibusvtitur pro libertatis arbitrio,& decreta Ge-
nesis legum seueritate depellit.Sed dicet aliquis eorũ qui in disciplina matheseos eruditi sunt,
Genesim in septem partes dirimi,quæ illi climata appellãt,dominari vero vnicuique clima-
ti,vnam ex septem stellis,& istas quas exposuimus diuersas leges, non ab hominibus positas,
sed ab istis principibus secundum vniuscuiusque voluntatem , & hoc quod stellæ visum est,
legem ab hominibus obseruatam.Ad hæc ergo respondebimus,quod primo quidem non est,
in septem partes orbis terræ diuisus: tum deinde,& si ita esset,in vna parte & in vna regione
inuenimus multas differentias legum,& ideo neque septem sunt secundum numerum stella-
rum,neque duodecim secundum numerum signorum,neque XXX.& VI. secundum nume- K
rum decanorum,sed sunt innumeræ.Meminisse autem debemus eorum quæ suprà enumera-
ta sunt,quod in vna Indiæ regione sunt,& qui hominum carnibus vescantur: † & sunt qui e-
tiam à pecudibus vel auibus,omnibusq; animantibus abstineant. Et quia Magusæi non solum
in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium,sed & in omni gente,vbicunque habi-
tauerint, malorum suorum incesta instituta custodiunt . Tum præterea & innumeras gentes
memorauimus,quæ penitus studia nesciunt literarum,sed & aliquanti sapientes viri,ipsas le-
ges in nonnullis cõmutauerunt locis, aliæ vero etiam sponte pro sui vel impossibilitate , vel
inhonestate derelictæ sunt,certe quod in promptu est noscere , quanti Imperatores gentium
quas vicerant leges & instituta mutarunt , & suis eas legibus subiecerunt : quod euidenter à L
Romanis factum docetur,qui omnem penè orbem,omnesq; nationes propriis primo & va-
riis legibus institutisq; viuentes,in Romanorum ius & ciuilia scita verterunt . Supereſt ergo
vt & stellæ gẽtium,quæ à Romanis victæ sunt,climata sua partesq; perdiderint . Addam ad-
huc rem, quæ possit etiam valde incredulis satisfacere . Iudæi omnes qui sub lege Moysi vi-
uunt, filios suos octaua die absque vlla dilatione circuncîdunt,& infantis teneri sanguinem
fundunt: à seculo autem nullus ex gentibus hoc die octaua perpessus est,& è contra Iudæorũ
nullus omisit.Quomodo ergo in hoc ratio Geneſis stabit,cum per cũctas orbis terræ partes,
omnes Iudæi admixti gentibus viuant,& octaua ferrum perferant die , vnius in membri lo-
co: & nemo gentilium,sed ipsi soli,vt dixi,hoc faciunt,nõ stella cogente,nec perfusione san-
guinis perurgente, sed lege religionis adducti,& in quocunque orbis loco fuerint, hoc est eis M
insigne vernaculum? Sed & quod vnum nomen omnibus inest vbicunque fuerint , nunquid
& hoc per Genesim venit? & quod nunquam apud eos infans natus exponitur,& quod septi-
mo quoque die omnes vbicunque fuerint,ocium gerunt,nec iter incedunt, nec igni vtuntur.
Quid est ergo,quod nullum Iudæorum in illa die cogit Genesis,aut iter agere ,aut ædificare,
aut vendere aliquid,aut emere? Quinimò & maiorem fidem rerum præsentium dabo:ecce e-
nim ex aduentu iusti & veri prophetæ,vixdum septem anni sunt, in quibus ex omnibus gen-
tibus cõuenientes homines ad Iudæam,& signis ac virtutibus quæ viderant, sed & doctrinæ
maiestate permoti,vbi receperunt fidem eius, abeuntes ad regiones suas, inlicitos quoq; gẽ-
tilium

Mauri. Germani. Sarmatæ.

Canes Medis sunt pro sepultura. Indi exurũt mortuos.

Septem climata.

Scythotauri † Bragmanes eos esse constat ex Euseb. Præuãg. lib. 6. in quem ex Clemẽte ad verbũ multa transtulit.

Vernaculũ insigne Iudæis est circuncisio. Sabbatum Iudæorum.

A tilium ritus,& incesta spreuere coniugia . Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas,qui a- Thomas apud Parthos euãgelizauit.
pud illos euangelium prædicat scripsit,non multi iam erga plurima matrimonia diffundun-
tur,nec multi apud Medos canibus obiiciunt mortuos suos, neque Persæ matrum coniugiis,
aut filiarum incestis matrimoniis delectantur,nec mulieres Susides licita ducunt adulteria,
nec potuit ad crimina Geneſis compellere,quos religionis doctrina prohibebat. Ecce ex hoc
ipso coniice,& de his de quibus sumus locis,coniecturam cape,quomodo fama tantum per-
ferente ad aures hominum,quod propheta in Iudæa apparuit,qui signis & virtutibus doceret
homines vnum colere deum,omnes paratis intentisq; animis expectabant,etiam ante aduen
tum domini mei Petri,vt sibi aliquis quæ docuisset ille qui apparuit,nunciaret. Sed ne multa
B enumerare videamur,dicam quo debeant cuncta concludi,cum deus iustus sit, & ipse fecerit
hominum naturam,quomodo poterat fieri,vt ipse poneret Geneſim contrariam nobis , quæ
nos cogeret ad peccatum,& rursus vlciſceretur ipse peccantes ? Vnde certum est , quod non Quare deus puniat.
aliam ob causam deus siue in præsenti, siue in futuro seculo peccatorem punit , nisi quia scit
eum potuisse vincere,sed neglexisse victoriam : infert enim & in præsenti seculo vindictam
in homines,sicut in eos fecit,qui diluuio perierunt,qui vtique omnes vna die , imò vna hora
extincti sunt,cum certum sit non eos esse secundum Geneſis ordinem,vna hora natos: absur
dissimum est autem dicere,quia ex natura nobis accidat pati mala,si non prius peccata præ-
cesserint.Et ideo si salutis curam gerimus, ante omnia scientiæ debemus operam dare , certi
C quod si mens nostra in ignorantia perseueret , non solum Geneſis mala,sed & alia extrinse-
cus quæcunque dæmonibus visa fuerint,perferemus,nisi metus legum & futuri iudicij , ob-
sistat omnibus desideriis,& impetum peccandi refrenet . Nam & humanus timor multa bo-
na, multa etiam mala agit, quæ Geneſis nescit,sicut suprà ostendimus . Triplici igitur mo- Tres errorũ fontes sunt.
do mens nostra erroribus subiacet,ex his quæ per malam consuetudinem veniunt,vel ex his
quæ corpus naturaliter suggerit desideriis,vel ex his quæ contrariæ potestates perurgent: sed
his singulis obsistere & repugnare habet in natura sua mens,cum ei obfulserit veritatis agni-
tio,per quam scientiam timor futuri iudicij datur,qui sit idoneus animæ gubernator , & qui
eam possit à concupiscentiarum præcipitiis reuocare. Quia ergo sint hæc in nostra potestate,
D sufficienter dictum est.Nunc & tu Senex,si quid habes quod ad hæc respondeas, incipe . Ple-
nissime,ait,ostẽdisti fili: sed ego, sicut dixi ex initio,omni huic incomparabili adsertioni tuæ,
à propria conscientia prohibeor accommodare consensum.Noui enim & meam Geneſim,&
coniugis meæ,& scio ea quæ vnicuique nostrum dictabat Geneſis accidisse, & ab his quæ re-
bus & operibus comperta sunt mihi,nunc verbis transferri non possum . Denique quoniam
te adprime imbutũ video in huiuscemodi disciplinis, audi coniugis meæ thema, & inuenies
schema,cuius exitus accidit:habuit enim Martem cum Venere super centrum, Lunam vero
in occasum in domibꝰ Martis,& finibus Saturni,quod schema adulteras facit,& seruos pro-
prios amare,in peregrinatione,& in aquis defungi, quod & ita factum est:incidit nanque in
amorem serui,& periculum simul atque obprobrium metuẽs,fugit cum ipso, & peregre pro-
E fecta,vbi amori suo satisfecit,periit in mari.Et ego respõdi: Vnde scis quia peregre seruo suo
sociata est,& in eius consortio posita defungitur? Et Senex: Certissime,inquit, scio reuera nõ
quia nupserit seruo,quippe qui neque hoc quidem quod eum amaret agnoueram,sed postquã
profecta est,frater meus mihi enarrauit,dicens,quod primo quidem ipsum adamasset,sed il-
le quia erat honestus vtpote frater,noluit thorum fratris incesti macula polluere.Sed illa me
verens,& obprobrium non ferens infœlix(neque enim imputandum ei est,quod eam Geneſis
facere compulit)finxit somnium,& ait ad me: Adstitit mihi quidam per visum,qui iussit me
cum duobus geminis meis sine mora ex vrbe proficisci . Hæc ergo cum audissem, pro salute
F eius filiorumq; solicitus,confestim ipsam & liberos exire feci: vnum qui erat iunior,mihi re-
tinui: hoc enim qui responsa in somnis dederat,permisisse dicebat. Tum ego Clemens intel Senex ille qui Faustinianus dicebatur, inuenitur pater Clementis.
ligens quod ipse fortassis est & pater meus,lachrymis oppletus sum: fratres quoque meos vo
lentes prosilire & aperire rem, prohibuit Petrus dicẽs:Quiescite quoadusque mihi placuerit.
Respondens ergo Petrus,ait ad Senem: Quod nomen erat iuniori filio tuo? At ille ait: Cle-
mens.Et Petrus : Si tibi,inquit,hodie coniugem tuam castissimam consignauero, cum tribus
filiis tuis,credis quia potest pudica mens motus irrationabiles superare, & quod omnia quæ
à nobis dicta sunt vera sint,& Geneſis nihil sit? Et Senex: Sicut impossibile est, inquit,te exhi
bere quod promisisti,ita impossibile est extra Geneſim fieri aliquid.Tũ Petrus: Testes,inquit,
habere volo omnes hos,qui præsentes sunt,me tibi hodie coniugem tuam,cum tribus vestris

liberis

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberis viuentem pudicissime traditurum:& iam nunc accipe fidem rerum ex eo, quod omnẽ G
causam multo diligentius scio, quàm tu, cunctaq; tibi per ordinem quæ gesta sunt enarrabo,
vt & tu cognoscas,& qui præsentes sunt discant.Et cum hæc dixisset,conuersus ad turbas,ita
cœpit: Hic quem videtis ô viri in hac veste pauperrima,Romanæ vrbis est ciuis,ex genere ip
sius Cæsaris descendens, nomen ei Faustinianus, vxorem quoque nobilissimam Mathidiam
nomine sortitus est,ex qua tres filios suscepit,quorum duo gemini , vnus autem qui erat iu-
nior,cui nomen Clemens,hic est.Et cum hoc dixisset , digito me ostendit : gemini autem fi-
lij eius, sunt isti, Niceta & Aquila, quorum alius Faustinus vocabatur prius,& alius Faustus.
Simul autem vt nomina nostra enunciauit Petrus , Senex resolutis membris omnibus, quasi
interceptus concidit.Nos autem filij inruentes super eum, complectebamur & osculabamur, H
verentes simul ne spiritum reuocare non possit.Et cum hæc fierent,populus quidem admira-
tione ipsa obstupefactus est.Petrus autem surgere nos à complexibus patris , ne eum necarc-
mus iubet,& ipse adprehensa manu eius,quasi de somno quodam profundo eleuans eum , &
paululum recreans,omnia quæ gesta fuerant secundum veritatem cœpit exponere,quomodo
frater eius in amorem inciderit Mathidiæ,& illa cum esset pudicissima , inlicitum fratris a-
morem viro indicare noluerit,ne vel bellum fratribus,vel obprobrium generi indiceret,sed
sapiẽter somnium finxerit,quo ex vrbe iubetur excedere cum geminis filiis,iuniore apud pa
trem relicto.Vtq; nauigantes naufragium vi tempestatis incurrerint, & ad insulam Antha-
radum nomine expulsi, Mathidia quidem supra saxum quoddam fluctu iactante proiecta sit, I
gemini vero liberi rapti à piratis & Cæsaream perducti,religiosæ cuidam fœminæ venũdati
sunt,quæ eos in filiorum loco habens,liberaliter edocuerit & erudiri fecerit, eorumq; nomi-
na piratæ immutauerint,& Nicetam alium,aliũ Aquilam vocitauerint.Vtq; post hæc studio-
rum & cõsuetudinis causa Simoni adhæserint,atque ab eo vbi magum & deceptorem vide-
runt,auersi accesserint ad Zachæum,& vt post hæc sociati sunt sibi.Sed & Clemens quomo-
do ex vrbe agnoscendæ veritatis causa profectus , per Barnabæ notitiam Cæsaream venerit,
sibiq; innotuerit & adhæserit , vtq; ab eo sit de fide religionis edoctus. Sed & qualiter apud
Antharadum mendicantem repererit & recognouerit matrem, vtq; omnis insula in eius re-
cognitione gauisa sit , & de pudicissimæ hospitæ contubernio , atque eius per semetipsum K
conlata sanitate,& de liberalitate Clementis in eos qui erga matrem benefici extiterant.Vt-
q; post hæc Niceta & Aquila requirentes quænam esset peregrina mulier , cum audissent à
Clemente omne negotium, se esse geminos eius filios Faustinum exclamauerunt & Faustum,
omnémque historiam quæ eos egerit , patefecerint: vtq; post hæc matri cautius ne subito
gaudio interciperetur, ipso insinuante oblati sint Petro . Sed cum hæc in auditu Senis , nar-
ratione gratissima turbis exponeret Petrus , ita vt audientes gestorum miraculis , & huma-
nitatis miseratione lachrymarent, nescio vnde audiens mater de recognitione patris, cursu
concito inruit in medium nostri cum clamore,dicens:Vbi est meus vir,meus dominus Fau-
stinianus , qui tam multis temporibus adfligitur , ambulans per vrbes singulas , & me quæ- L
rens ? Hæc cum illa quasi amens clamaret , & circumspiceret , Senex accurrens cum multis
lachrymis , amplecti & constringere eam cœpit . Et cum hæc gererentur , Petrus rogauit
turbas vt discederent, dicens inuerecundum esse vltra persistere, sed dandum eis locum fa-
miliarius inuicem se videndi , crastino autem hic,inquit, si qui vestrum volunt , conueniant
ad audiendum verbum . His à Petro dictis, secesserunt turbæ , & cum vellemus nos quoque
ire ad hospitium,dominus domus ait ad nos: Turpe est & impium tales ac tantos viros ma-
nere in stabulo,cum ego omnem penè domum vacantem habeam,lectosq; stratos quamplu-
rimos,& quæ necessaria sunt parata.Sed Petro contradicente , vxor patrisfamilias vnà cum
liberis suis prostrabat se ante eum,& exorabat dicens: Obsecro te,mane apud nos. Sed ne sic M
quidem adquiescebat Petrus,donec filia eorum qui rogabãt ab immundo spiritu temporibus
multis vexata,& catenis vincta, quæ fuerat intra conclaue clausa , effugato à se dæmone , &
ostiis patefactis cum catenis suis veniens,procidit ad pedes Petri,dicens: Rectum est mi do-
mine,vt agas hodie hic salutaria mea,& non contristes neq; me,neq; parentes meos.Petro au
tem requirente catenarum sermonumq; eius causam, parentes præter spem læti effecti de fi-
liæ sanitate,& velut stupore quodam adtoniti,ipsi quidem dicere nequeunt : adstantes autem
famuli aiunt: Hæc à septimo ætatis anno dæmone occupata , omnes qui accedere tentassent
ad eam,scindere,dilaniare morsibus,etiam disrũpere , & hoc per viginti annos vsq; ad præ-
sens facere nunquã destitit,nec ab aliquo potuit curari,sed ne accedere ad eam quisquã vale-
bat:multos

Quædam enim in matrimonio licet recte, parũ tamẽ verecunde,& decore in publico fiunt.

Puella à dæmonio liberatur ex Petri ingressu.

A bat: multos enim inutiles reddidit, alios & peremit, omnibus enim viris validior erat , sine
dubio viribus dæmonis nisa. Nunc autem vt vides , ex præsentia tui dæmon quidem fugit,
ostia vero quæ summo cum munimento clausa fuerant , aperta sunt, & ipsa sana stat ante te
rogans,vt diem salutarium suorum lætum & ipsi, & parentibus facias , & maneas apud eos.
Hæc cum ita vnus ex famulis enarrasset , & ipsæ catenæ de manibus eius ac pedibus fuissent
sponte resolutę , Petrus certus quod per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ,adquieuit ma-
nere apud eos.Sed & illos qui remanserant in hospitio, vnà cum vxore sua transire iussit , &
vnusquisque acceptis seorsum cubiculis mansimus, atque ex more cibo sumpto, redditisque
laudibus deo,suis singuli requieuimus locis.
B

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS ad Iacobum fratrem domini,Liber decimus, Rufino Torano Aquileiense interprete.

C MANE autem exorto sole , ego Clemens & Niceta atque Aquila vnà
cum Petro, venimus ad locum in quo pater simul cum matre requie-
scebat:& cum adhuc eos dormientes reperissemus,pro foribus conse-
dimus,vbi Petrus talibus apud nos sermonibus vtitur: Audite me di-
lectissimi conserui , scio quia grandem habetis affectum erga patrem
vestrum,vereor ergo ne ante tempus eum perurgeatis iugum religio-
nis suscipere,nondum ad id paratum,ad quod fortè pro vestri gratia
videatur adquiescere: sed hoc nõ est firmum: quod enim propter ho-
mines fit,probabile nõ est,& cito dilabitur.Ideoq; videtur mihi, vt cõcedatis ei anno vno vi
D uere pro arbitrio,in quo potest iter agens nobiscum,dum nos alios docemus,etiam ipse sim-
pliciter audire:& audiens,siquidem agnoscendæ veritatis rectum propositum gerit, ipse ro-
gabit vt suscipiat religionis iugũ,aut si nõ placet ei recipere,permaneat amicus. Hi enim qui
nõ id ex corde suscipiunt,cum cœperint ferre nõ posse,non solum abiiciunt quod susceperãt,
sed quasi pro excusatione infirmitatis suæ,incipiunt viam religionis blasphemare,& male lo
qui de his quos nequaquã sequi aut imitari potuerunt.Ad hæc Niceta respondit: Non cõtra-
dico domine mi Petre rectis & bonis consiliis tuis,sed dicere aliquid volo,vt per hoc discam
quod nescio.Quid si intra annum hunc,quo differri eum iubes,moriatur pater noster?desce-
det in infernum vacuus, & cruciandus in æternum . Tum Petrus : Amplector,inquit, beni-
gnum erga patrem propositum tuum, & ignosco tibi de his quæ ignoras . Quid enim cen-
ses,quia si quis putatur iuste vixisse , iste continuo saluabitur ? Non putas eum discutiendum
E ab eo qui occulta hominum nouit , quomodo iuste vixerit , ne fortè ritu gentilium institutis
eorum & legibus parens,vel pro amicitiis hominum,aut pro sola consuetudine, aut qualibet
alia ex causa, vel necessitate , & non propter ipsam iustitiam , neque propter deum ? Qui e-
nim propter solum deum,& iustitiam eius iuste vixerint , ipsi ad æternam requiem venient,
& perpetuitatem regni cœlestis accipient.Salus enim non vi adquiritur,sed libertate,nec per
hominum gratiam , sed per dei fidem. Tum præterea cogitare debet,quia deus præscius est,
& nouit si hic suus est:quod si nouit eum nõ esse,quid faciemus ad ea quę ex initio statuta sunt
ab eo? In quo autem possum,consilium do, cum euigilauerit , & sederimus nos quasi aliquid
discere volentes , proponite ex his duntaxat quæ illi expedit discere , & dum nos loquimur
F inter nos,ille instruitur.Sed tamen primo quiescite,vt si fortè ipse videatur aliquid interro-
gare: quod si fecerit,aptior erit sermonis occasio:si vero ipse nihil quærit,nos ab alterutro,si-
cut dixi,discere aliquid volẽtes,rogemus vicissim.mihi ita videtur,etiã vobis quid placeat di
cite.Cumq; cõlaudassemus eius rectũ consilium,ego Clemens aio:In omnibus rebus plurima
ex parte ad initiũ respicit finis,similisq; principiis rerũ exitus datur:spero ergo etiã circa pa-
trem nostrũ,quoniam per te deus bona initia dedit, his congruum seq; dignũ largiatur & fi-
nem.Veruntamen etiam illud suggero,si vt dixisti,cœperimus præsente patre,quasi inter nos
aliquid tractãdi,vel discendi gratia loqui,tu mi domine Petre nõ debes eum locũ agere,qua-
si qui discere aliquid debeas,hoc enim si videat , fortasse magis offendetur , certus est enim,

Quipropter solũ deũ iuste vixerint, saluabũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aduertant theologi.

te omnia scire diligenter,sicut & vere est: quale ergo erit, si te videat ignorantiam simulantem? hoc eum,vt dixi,magis lædere poterit,nescientem consilium tuum. Sed nos quidem fratres inter nos habentes,si in aliquo dubitemus,à te quæstioni nostræ finis congruus detur: nã & si te cunctantem videat, aut dubitantem, tunc vere putabit, quod apud nullum erit scientia veritatis. Et Petrus ad hæc respondit: Omittamus hæc, & si quidem dignum est, vt ingrediatur ianuam vitæ,deus occasionem competentem dabit,eritque initium ex deo, & non ex homine. Et ideo sicut prius dixi, permittite eum iter agentem nobiscum, audire nos aliquid disputantes: sed quoniam festinantes vos vidi, idcirco dixi opportunitatem quærendam,quam cum dederit deus,vos quoque ad ea quæ dixero obtemperate mihi. Hæc nobis sermocinantibus,venit puer dicens,vigilare iam patrem, & cum vellemus ingredi ad eum, ipse venit ad nos, & osculo nos salutans, cum resedissemus, ait: Licét ne percunctari, si quid volet quis,an secundum Pythagoricos tacendum semper est? Et Petrus: Nos ne silere semper, neque percunctari cogimus accedentes ad nos, sed relinquimus ipsorum libertati, facere vt volunt,sciétes quod qui curam gerit salutis suæ, si in parte aliqua sentit animæ suæ dolorem, tacere non patitur. Qui vero negligit salutem suam,si interrogare cogatur,nihil ex hoc vtilitati eius confertur,nisi hoc solum, vt studiosus esse videatur & diligens. Quamobrem tu si quid discere vis,require. Et Senex ait: Est quidam sermo apud Græcorum philosophos vehemens valde,qui dicit,in vita hominum,re ipsa neque bonum esse aliquid, neque malum, sed quæ videntur hominibus,vsu & consuetudine præsentis vitæ,hæc aut mala dicunt, aut bona. Nam neque homicidium reuera malum est,quia animam vinculis carnis absoluit: denique, aiunt,& iusti quíque iudices,peccantes perimunt. Quod si homicidium scirent malum esse, non vtique id iusti homines facerent. Neque adulterium malum esse dicunt, si enim ignoret vir,aut non curet,nihil aiunt mali est. Sed neque furtum malum esse,quod enim deest alicui, aufert ab alio qui habet, quod quidem oportebat libere sumi & publice: sed quia occulte fit, in hoc magis illius à quo clam aufertur inhumanitas redarguitur. Communis enim vsus omnium quæ sunt in hoc mundo,omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc suum dicit esse, & alius illud, & sic inter mortales diuisio facta est. Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse,ait, Communia debere esse amicorum omnia: in omnibus autem sunt sine dubio & coniuges, & sicut non potest,inquit, diuidi aër, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo data sunt, omnibus ad habendum diuidi debere,sed habenda esse communia. Hæc autem dicere volui, quoniamquidem cupio me inclinare ad bene agendum, & non possum bene agere, nisi prius didicero quid sit bonũ: quod si intelligere potuero,ex ipso etiam quid sit malum,hoc est, huic cõtrarium, aduertam. Verum ad hæc quæ dixi,vnum è vobis respondere volo,non Petrum: non enim dignum est, ab illo verba & doctrinam cum quæstionibus capere,sed ille si quid pronunciauerit, hoc absque aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipse nobis seruetur quasi arbiter, vt sicubi disputatio nostra exitum non inuenerit,ipse quod sibi visum fuerit pronuncians,indubitatum finem rebus dubiis imponat. Et nunc ergo possem sola eius sententia contentus credere,si quid ei videretur,quod & ad vltimum faciam,volo tamen prius videre,si est possibile disputando inuenire quod quæritur. Placet ergo vt Clemẽs primus incipiat,& ostendat si est aliquid in substantia & actibus bonum vel malũ. Ad hęc ego respondi: Quoniamquidẽ à me vis discere, si est aliquid natura,aut actu bonũ vel malum,an potius vsu prçuentis hominibus,bona quædã, & alia videntur mala,pro eo quod diuisionem inter se rerum fecere cõmunium,quę deberẽt, vt ais,ita esse cõmunia,vt aër & splendor solis,puto quod non debeam tibi aliunde adsertiones adhibere,nisi ex his disciplinis quibus ipse vteris,& quas ipse confirmas,vt indubitata tibi sint quæ dicuntur. Omnium elementorum & stellarum certos ponitis fines, quásque stellas dicitis in quibusdam absque noxia coire,sicut in coniugiis,in aliis vero noxie misceri, sicut in adulteriis. Et dicitis quædam generalia esse omnium,quædam vero non omnium,neque generalia. Sed ne prolixa disputatio fiat, breuiter & de re dicam. Terra quæ arida est, coniugio & admixtione indiget aquæ, vt possit generare fructus, qui sine vita hominibus non est: est ergo hæc legitima coniunctio. Econtra si aut pruinæ frigus terræ misceatur, aut calor aquis,huiusmodi coniunctio corruptelam facit: & hoc in talibus adulterium est. Et Pater respondit: Sed sicut elementorum vel stellarum inconsonæ coniunctionis statim proditur noxa, ita deberet & adulterium statim ostendi quàm malum est. Et ego aio: hoc mihi primo confirma,si,vt etiam ipse confessus es,ex incongrua & inconsona admixtione efficiuntur

Hi erãt qui indifferentiam inuexerunt,quorũ præter alios Cic. sæpe meminit.

Furtum inter Christianos appellari non decebat.

Amicorum oĩa cõmunia. Platonis vox est.

Inter aquã & tertã cõiugium est.

Adulteria in elemẽtis.

ciuntur mala, & istud in consequentibus requiretur. Et pater ait: vt se habet rei natura, ita ais fili. Tum ego respondi: quia ergo discere cupis de his, vide quanta sint quæ mala esse apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum esse febris,incendium, seditio,ruina,cędes, vincula, supplicia, dolores, luctus,& his similia? Et Pater: verum est,inquit,fili hæc mala esse,& valde mala: aut certe qui negat hæc esse mala, patiatur ea. Et ego respondi: quia ergo cum eo mihi sermo est, qui in astrologica disciplina eruditus est, secundum ipsam tecum agam,vt de his quæ tibi in vsu sunt,accipiens rationem, citius adquiescas. Audi nunc ergo. Confessus es mala esse ea quæ suprà diximus,id est,febres,incendia, & his similia: hæc secundum vos à malitiosis stellis fieri dicuntur,id est,ab humido Saturno,& calido Marte: horum vero contraria,à benignis fieri stellis,id est, à temperato Ioue & humida Venere. aut non ita est? Et Pater respondit: Ita est fili, nec aliter fieri potest. Tum ego: quia ergo à bonis stellis, Ioue dico & Venere,bona fieri dicitis,videamus vnaquæq; malarum stellarum cum admixta fuerit bonis,quid est quod efficit: & illud esse intelligamus malum. Etenim nuptias facere Venerem ponitis: quæ si Iouem habeat in schemate suo,pudicas efficiat: Ioue autem non respiciente, si adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis. Et Pater: Ita se, inquit,habet. Ego respondi: Ergo malum est adulterium, quandoquidem ex malarum stellarum admixtione committitur: & vt compendiosius explicemus omnia,quæ dicitis ex malarum admixtione stellarum bonas perpeti stellas, mala esse sine dubio pronuncianda sunt. Istæ ergo stellæ quarum admixtione diximus febres,incendia,& cætera his similia effici mala,ipsæ secundum vos etiam homicidia, adulteria, & furta operantur, propter vos etiam & stolidos ipsæ efficiunt. Et Pater: Vere,inquit,breuiter & incõparabiliter ostẽdisti,quia sint mala in actibus: sed hoc adhuc velim,quomodo iuste iudicat deus eos qui peccant, sicut vos dicitis,si peccare eos Genesis cogit? Tum ego respondi: Vereor dicere tibi aliquid pater,quia in omni te honore haberi à me decet,alioquin erat quod possim dicere si deceret. Et Pater ait: Dic quod tibi occurrit fili,etiamsi iniuriosum videtur: non enim tu, sed quęstionis ratio iniuriam facit,sicut pudica mulier intẽperanti viro, si pro salute indignetur & honestate. Et ego respondi: Si prima quæq; inter nos confirmata & confessa non bene retineamus,sed semper quæ definita sunt resoluantur,per obliuionem videbimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus resoluentes: & ideo debemus aut non facile adquiescere,prius quàm diligenter examinetur sermo propositus: aut si iam adquieuimus,& confirmata sentẽtia est, seruare semper quod semel diffinitum est, vt possimus & de aliis quærere. Et pater ait: Bene dicis fili, & scio quam ob causam dicis,quia hesterno die de naturalibus disputans causis,ostendisti quia virtus quædam maligna,transformans se in ordinem stellarum,humanas concupiscentias exagitat,diuersis modis prouocans ad peccatum,non tamen cogens,aut efficiens peccatum. Cui ego respondi: Bene,quia & meministi,& cum memineris errasti. Et Pater: Ignosce,inquit,fili, nondum enim vsum multum in his habeo: nam & hesterni sermones tui veritate ipsa conclusérunt me,vt tibi adquiescerem: in conscientia tamen mea sunt,quasi quædam reliquiæ febrium,quæ paululum me à fide quasi à sanitate retrahunt: discrucior enim, quia scio multa mihi,imò penè omnia accidisse secundum Genesim. Et ego respondi: Audi ergo pater quæ sit matheseos natura,& facito secundum ea quæ dico tibi. Vide mathematicum & dic ei primo, quia talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore, vnde ergo,aut quomodo, aut per quas mihi acciderint stellas,discere volo. Respondebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus suscepit Mars,aut Saturnus, aut aliquis eorum apostaticus fuit, aut aliquis annum tuũ aspexit ex diametro,aut coniunctus,aut in centro,vel alia his similia respondebit: addens, quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo,aut inuisibilis,aut in schemate, aut extra hæresim,aut deficiens,aut non contingens,aut in obscuris stellis,& multa alia his similia,secundum rationes proprias respondebit,& de singulis adsignabit. Post hunc alium adito mathematicum, & dicito contraria, quia illud mihi boni contigit in illo tempore, tempus autem hoc idem dicito, & require ex quibus partibus Geneseos hoc tibi euenerit boni, & tempora, vt dixi, eadem quæ de malis interrogaueras,custodito. Cúmque tu fefelleris de temporibus, vide quanta tibi inueniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illisipsis temporibus euenire debuerint bona: impossibile enim est hominum Genesim tractantibus, non in omni quam dicunt regione stellarum semper inuenire quasdam bene positas stellas, & quasdam male: circulus enim est æqualiter ex omni parte collectus secundum matheseos, diuersas & varias accipiens causas,ex quibus occasione capiant dicẽdi quod volunt. Sicut enim

Saturn⁹ qui hic humid⁹ dicitur vno omniũ & astrologorũ & medicorum nostratiũ ore ficus putatur.

Præfatione honoris vtitur Clemẽs, eo quod docenti quędã sint aperius dicẽda, q̃ vt possit boni consuli sine eiusmodi le nocinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri ſolet vbi ſomnia aliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt, cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint, aptant etiam ſomnij viſum. Ita eſt & matheſis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronunciatur: poſtea vero quàm aliquid acciderit, rei iam geſtæ colligunt cauſas. Denique frequenter cum enarrauerint, & aliter res acciderit, ſemetipſos increpant, dicentes, quia illa fuit ſtella quæ impediuit quæ occurrit, & non videmus ignorantes, quia error eorum non ex artis imprudentia, ſed ex totius cauſæ inconuenientia deſcendit: ignorant enim quæ ſint, que facere quidem concupiſcamus, non tamen indulgeamus concupiſcentiis. Nos autem qui myſterij huius didicimus rationem, ſcimus & cauſam: quia libertatem habentes arbitrij, interdum concupiſcentiis obſiſtimus, interdum cedimus: & ideo humanorum geſtorum incertus eſt exitus, quia in libertate pendet arbitrij. Nam concupiſcentiam quidem, quam operatur maligna virtus, poteſt indicare mathematicus: ſed ſi concupiſcentiæ huius actus vel exitus impleri poſſit, nec ne, quia in arbitrij libertate eſt, ſciri ante effectum rei à nullo poteſt: & hoc eſt quod ignorantes aſtrologi inuenerunt ſibi vt climacteras dicerent, rei ſcilicet incertæ perfugia, ſicut heſterno pleniſſime oſtendimus. Ad hæc ſi quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: Nihil verius, inquit, fili his quæ proſequutus es. Cúmque hæc loqueremur inter nos, nunciauit quidam plurimum ſtare populum foris, qui audiendi gratia conuenerint, & Petrus iuſſit his ingrediendi copiam dari, erat enim locus opportunus & amplus. Cúmque ingreſſi fuiſſent, ait ad nos Petrus: Si quis vult veſtrûm, faciat ad populum ſermonem, & de idololatria diſſerat. Cui ego Clemens reſpondi: multa benignitas tua, & erga omnes lenitas, ac patientia indulget nobis, vt audeamus loqui coram te, & rogare quæ volumus: & ideo, vt dixi, morum tuorum manſuetudo inuitat omnes, & adhortatur ſalutaris doctrinæ præcepta ſuſcipere: hoc ego vſq; ad præſens apud nullum alium vidi, niſi apud te ſolum, apud quẽ inuidia nulla eſt, neque indignatio: aut quid tibi videtur? Et Petrus: Non ſolum hæc ex inuidia aut indignatione veniunt, ſed interdum ineſt aliquibus verecundia, ne fortè de his quæ proponuntur, plene reſpondere non poſſint, & refugiunt imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati, quia nec eſt aliquis hominũ, qui profiteri debeat omnia ſe ſcire: vnus enim eſt qui ſcit omnia, ipſe qui & fecit omnia. Si enim magiſter noſter diem & horam, cuius etiam ſigna prædixit, neſcire ſe profeſſus eſt, vt totum reuocaret ad patrem: quomodo nos turpe ducemus, ſi aliqua nos ignorare fateamur? cum magiſtri in hoc habeamus exemplum. Hoc tamen vnum profitemur ſcire, quæ à vero propheta didicimus: ea autem à vero propheta nobis eſſe tradita, quæ ſufficere humanæ ſcientiæ iudicauit. Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cum contra gentiles diſputares, domine mi Petre, valde miratus ſum te, qui à patribus Hebræo ritu, & obſeruantiis propriæ legis imbutus, Græcę eruditionis ſtudiis in nullo inquinatus es, quomodo tam magnifice, & tam incomparabiliter proſequutus ſis, ita vt etiam quædã de hiſtoriis deorũ quæ in theatris decantari ſolent, contingeres: verum quoniam ſenſi tibi ipſas fabulas, & blaſphemias eorum minus eſſe notas, de his ſi placet, aliqua in auditu tuo repetens, ab ipſa origine diſſeram. Et Petrus: Dic, inquit, bene facis iuuare prædicationem noſtrã. Tum ego: dicam igitur quia iubes, non vt docens, ſed quã ſtultas de diis ſuis opiniones habeant gentiles, in medium proferens. Cúmque vellem dicere, Niceta labrum mordicus ſtringens, innuebat mihi vt tacerem: quem cum vidiſſet Petrus, ait: Cur ingenium liberale, & generoſam lædere vis naturam, vt in honorem mei, qui nullus eſt, tacere eum velis? Aut neſcis quia ſi omnes gentes poſtquam audierint à me prædicationem veritatis, & crediderint, velint ſe ad docendum conferre, mihi maiorem pariunt gloriam, ſi quidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam glorioſum, quàm Chriſto diſcipulos præparaſſe, non qui taceant & ſoli ſalui fiant, ſed qui loquantur quæ didicerunt, & multis proſint: vtinam quidem & tu Niceta, ſed & tu dulciſſime Aquila iuuaretis me ad prædicandum verbum dei, eo magis quo ea in quibus errant gentiles, bene vobis comperta ſunt: & non ſolum vos, ſed & omnes qui audiunt me, opto, vt dixi, ita audire & diſcere, vt & docere poſſint: multis nanque adiutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore reuocentur. Cumq; hæc dixiſſet, ait ad me: Tu ergo Clemens exequere quæ cœpiſti. Et ego continuo ſubiunxi: Quoniam, vt dixi, apud Tripolim diſputans, multa de diis gentium vtiliter, & neceſſario diſſeruiſti, cupio de origine eorum ridicula te coram exponere, vt neque te lateat vanæ huius ſuperſtitionis commentum, & auditores qui adſiſtunt erroris ſui probra cognoſcant. Aiunt ergo qui ſapientiores ſunt inter gentiles, primo omnium Chaos fuiſſe, hoc per multum

G H I K L M

Lucæ. 21

Quæ ſũt tradita à Chriſto ſufficiũt ad vitam æternam.

Clementis oratio de genealogia deorum gẽtilium.

A multum tempus exteriores ſui ſolidans partes, fines ſibi & fundum quendam feciſſe, tanquam in oui immanis modum formámque collectum, intra quod multo nihilominus tempore, quaſi intra oui teſtam, fotum viuificatúmque eſſe animal quoddam, diſruptóque poſt hæc immani illo globo, proceſſiſſe ſpeciem quandam hominis duplicis formæ, quã illi Maſculofœminam vocant: hunc etiam Phanetam nominarunt, ab apparendo, quia cum apparuiſſet, inquiunt, tunc etiam lux effulſit, & ex hoc dicunt progenitam eſſe Subſtantiam, Prudentiam, Motum, Coitum: ex his factum Cœlum & Terram. Ex Cœlo ſex progenitos mares, quos & Titanas appellant: ſimiliter & de Terra ſex fœminas, quas Titanidas vocitarũt: & ſunt nomina eorum quidem qui ex Cœlo orti ſunt, hæc, Oceanus, Coëus, Crios, Hyperion, Iapetos, Cronos, qui apud nos Saturnus nominatur. Similiter & earum quæ è Terra ortæ ſunt nomina ſunt hæc, Thya, Rhea, Themis, Mnemoſyne, Thetis, Hebe. Ex his omnibus qui primus fuerat è Cœlo natus, primam Terræ filiam accepit vxorem, ſecundus ſecundam, & cæteri ſimiliter per ordinem. Primus ergo primam duxerat, propter eam deductus eſt deorſum: ſecunda vero propter eum cui nupſerat, aſcendit ſurſum: & ita ſinguli per ordinem facientes, manſerunt in his qui eis nuptiali ſorte obuenerant locis. Ex iſtorum coniunctionibus, alios quoque innumeros adſerunt progenitos. Sed de illis ſex maribus, vnus qui dicitur Saturnus, qui in coniugium acceperat Rheam, & cum reſponſo quodam commonitus eſſet, quod qui ex eo naſceretur fortior ipſo futurus eſſet, regnóque eum depelleret,
C omnes qui ei naſcerentur filios, deuorare inſtituit. Huic ergo primus naſcitur filius, quem Aiden appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur, quem pro cauſis, quibus ſuprà diximus, adſumptum deuorat pater. Poſt hunc ſecundum genuit, quem Neptunum dicunt, quémque ſimili modo deuorauit. Nouiſſimum genuit eum, quem Iouem appellant, ſed hunc mater miſerans Rhea, per artem deuoratori ſubtrahit patri, & primo quidem ne vagitus pueri innoteſceret, Corybantas quoſdã, cymbala fecit ac tympana percutere, vt obſtrepente ſonitu, vagitus non audiretur infantis. Sed cum ex vteri imminutione intellexiſſet pater editum partum, expetebat ad deuorandum: tunc Rhea lapidem ei offerens magnum, Hunc genui, inquit. At ille accipiens abſorbuit, & lapis deuoratus eos quos primo abſorbuerat fi-
D lios, truſit & coëgit exire. Primus ergo procedens deſcendit Orcus, & inferiora, hoc eſt, inferna occupat loca. Secundus vtpote illo ſuperior, ſuper aquas detruditur, is quem Neptunũ vocant. Tertius qui arte matris Rheæ ſuperfuit, ab ipſa, capræ ſuperpoſitus, in cœlum emiſſus eſt. Hactenus anilis gentilium fabula & genealogia proceſſerit, ſine fine enim eſt, ſi velim omnes generationes eorum quos deos appellant, & impia geſta proferre. Sed exempli gratia omiſſis cæteris, vnius quem maximum & præcipuum habent, quemq; Iouem nominant, flagitioſa geſta replicabo. Hunc enim cœlum dicunt tenere, tanquam cæteris meliorem, qui ſtatim vt adoleuit, ſororem propriam, quam Iunonem dicunt, duxit vxorem, in quo vtique ſtatim fit ſimilis pecude. Iuno Vulcanum parit, ſed, vt tradunt, non ex Ioue conceptum.
E Ex ipſo autem Ioue Medeam genuit, quam reſponſo accepto, quod qui ex ea naſceretur fortior ipſo eſſet, & regno eum depelleret, aſſumens etiam ipſe deuorat, & rurſum genuit de cerebro quidem Mineruam, de femore vero liberum. Poſt hæc Thetidem cum adamaſſet, aiunt Prometheum pronunciaſſe ei, quod ſi concubuiſſet cum ea, qui ex ea naſceretur, fortior eſſet patre, & ob hoc veritus, Peleo cuidam dat eam in matrimonium: dehinc Perſephone, quæ ei ex Cerere fuerat ſuſcepta miſcetur, ex qua Dionyſium genuit, qui à Titanis diſcerptus eſt: ſed recordatus, inquit, ne fortè pater ſuus Saturnus alium filium generaret, qui etiam ſe fortior naſceretur, regnóque depelleret, oppugnare adgreditur patrem vnà cum fratribus eius Titanis: quibus oppreſſis, ad vltimum etiam patrem in vincula coniecit, de-
F ſectáque eius genitalia in mare proiicit, ſed cruor qui defluxit ex vulnere ſuſceptus, fluctibus & frequenti conliſione in ſpumam verſus, procreauit eam quam dicunt Aphroditen, quámque apud nos Venerem appellant: ex cuius concubitu quæ erat vtique ſoror, hunc ipſum Iouem ferunt genuiſſe Cyprin, ex qua aiunt & Cupidinem natum. Hæc quidem de inceſtis eius: audi nunc & de adulteriis. Europam Oceani coniugem vitiat, ex qua naſcitur Dodonæus. Helenam Pandionis, ex qua naſcitur Muſæus. Eurynomen Aſopi, ex qua naſcitur Ogygias. Hermionen Oceani, ex qua naſcuntur Charites, Thalia, Euphroſyne, Aglaia. Themin ſororem ſuã, ex qua naſcuntur Horç, Eurinomia, Dice, Irene. Themiſto Inaci, ex qua naſcitur Archas. Idean Minois, ex qua naſcitur Aſterion. Phæniſſam Alphionis, ex qua naſciſcitur Endymion. Io Inachi, ex qua naſcitur Epaphus. Hippodamiam & Iſionem Danai filias,

Chaos poeticũ oui ſpeciẽ habuit.

Maſculofœmina.

φανίσκως enim appareo eſt.

Titanes.

Saturnus.

Rhea.

Orcus.

Neptunus.

Iupiter.

Flagitia Iouis.

Iuno.

Minerua.

Iouis adulteria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quarum vnam Hippodamiam Olenus, Isionem vero Orchomenus siue Chryses habuit. Ca- G
rinean Phœnicis, ex qua nascitur Critomaris, quæ fuit sodalis Dianæ. Callisto Lycaonis, ex
qua nascitur Orcas. Lybeen Munanti, ex qua nascitur Belus. Latonam, ex qua nascitur Apol-
lo, & Diana. Leanidam Eurymedontis, ex qua nascitur Coron. Lysithean Eueni, ex qua na-
scitur Helenus. Hippodamiam Bellorophontis, ex qua nascitur Sarpedon. Megacliten Ma-
carei, ex qua nascitur Thebe, & Locrus. Nioben Phoronei, ex qua nascitur Argus, & Pelas-
gus. Olympiadam Neoptolemi, ex qua nascitur Alexander. Pyrrham Promethei, ex qua na-
scitur Helmetheus, Protogeniam & Pandoram Deucalionis filias, ex quibus genuit Aethe-
lium, & Dorum, & Meleram, & Pandorum. Thaicruciam Prothei, ex qua nascitur Nyphe-
us. Salaminam Asopi, ex qua nascitur Saracon. Taygeten, Electran, Maian, Plutiden At- H
lantis filias, ex quibus genuit ex Taygete quidem Lacedæmonem, ex Electra Dardanum, ex
Maia Mercurium, ex Plutide Tantalum. Pthian Phoronei, ex qua genuit Achæum. Chalce-
am nympham, ex qua nascitur Olympus. Charidiam nympham, ex qua nascitur Alcha-
nus. Cloridam, quæ fuit Ampegi, ex qua nascitur Mopsus. Cotoniam Lesbi, ex qua nasci-
tur Polimedes. Hippodamiam Aniceti, Chrysogeniam Penei, ex qua nascitur Thissæus.
Sed & alia sunt plurima eius adulteria, ex quibus nec progeniem suscepit, quæ enumerare
satis longum est. Verum ex his omnibus quas enumerauimus, nonnullas transformatus,
vtpote magus, vitiauit. Denique Antiopem Myctei versus in Satyrum corrupit, ex qua
nascuntur Amphion & Zethus. Alcmenã mutatus in virũ eius Amphitrionem, ex qua na- I
scitur Hercules. Aeginam Asopi mutatus in aquilam, ex qua nascitur Aeacus. Sed & Gani-
meden Dardani, mutatus nihilominus in Aquilam stuprat. Manthean Phoci, mutatus
in vrsum, ex qua nascitur Arctos. Danaën Achrysij, mutatus in aurum, ex qua nascitur
Perseus. Europen Phœnicis, mutatus in taurum, ex qua nascitur Minos & Rhadamantus,
Sarpedónque. Eurymedusam Achelai, mutatus in formicam, ex qua nascitur Myrmidon.
Thalian Aetnam nympham mutatus in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Pali-
sci. Imandram Geneani apud Rhodum, mutatus in imbrem. Cassiepiam, ex qua nascitur
Anchinos. Lædam Thesi, mutatus in cycnum, ex qua nascitur Helena: & iterum eandem
mutatus in stellam, ex qua nascuntur Castor & Pollux. Lamiam mutatus in vpupam. Mne- K
Ex Mnemo syne Musæ mosynen mutatus in pastorem, ex qua nascuntur Musæ nouem. Nemesin mutatus in anse-
rem. Semelen Cadmian mutatus in ignem, ex qua nascitur Dionysius. Ex filia autem sua
Cerere, genuit Persephonen, quam & ipsam corrupit mutatus in draconem: sed & Euro-
pam patrui sui Oceani vxorem, & sororem eius Eurynomen adulterat, & patrem punit: &
Pluten Atlantis filij sui adulterat filiam, ex qua natum sibi filium Tantalum damnat. Ex
Larisse etiam Orchomenij genuit Tityonem, quem & ipsum suppliciis tradidit. Dianam
Ixionis filij sui diripiens vxorem, ipsum perennibus subiicit pœnis, & penè omnes quos ex
adulteriis genuit filios, violentæ mortis conditione damnauit, quorum & sepulchra pe-
nè omnium manifesta sunt. Ipsius denique paricidæ, qui & patruos peremit, & vxores eo-
rum vitiauit, sororibus stuprum intulit, multiformis magi sepulchrum euidẽs est apud Cre- L
Habet hoc idẽ Lactãtius, ex hoc opinor quæ dam mutua tus, nã se- ries argumẽtiq; ratio hoc omni- no clamat. tenses, qui tamen scientes & confitentes infanda eius atque incesta opera, & omnibus enar-
rantes, ipsi eum confiteri deum non erubescunt: vnde mirum mihi & valde mirum vi-
detur, quomodo is qui super omnes mortales scelere & flagitiis eminet, sanctum, & quod est
super omne bonum, nomen acceperit, vt pater deorum atque hominum vocaretur: nisi for-
tè ille qui malis hominum gaudet, eum quem sceleribus eminere suprà cæteros vidit, supra
cæteros ei honorem cõferre infœlices animas suasit, vt ad imitationem malorum inuitaret
vniuersos. Sed & filiorum eius, qui apud eos dij putantur, sepulchra singulis quibusque in lo-
cis manifestissime demonstrantur: Mercurij apud Hermopolim, Cypriæ Veneris apud Cy- M
prum, Martis in Thracia, Liberi apud Thebas, vbi discerptus traditur: Herculis apud Ty-
rum, vbi igni crematus est. In Epidauro Aesculapij: quique omnes non solum vt homines
defuncti, sed vt nequam homines puniti pro sceleribus docentur, & tamen ab stultis homi-
nibus vt dij adorantur. Quod si argumentari volunt, & magis hæc loca ortus eorum quàm
sepulturæ vel mortis adfirmant, ex vicinis & adhuc recentibus gestis, priora & vetera con-
uincentur, cum docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam ipsi homines & defunctos, vel
potius punitos esse profitentur, verbi gratia, vt Syri Adonem, Aegyptij Osirin, Ilienses
Hectorem, apud Leuconessum Achillem, apud Pontum Patroclum, apud Rhodum Ale-
xandrum Macedonem, multósque alios per diuersa loca, singuli vt deos colunt & adorant,
quos

A quos homines mortuos fuisse nõ dubitant. Vnde consequens est etiam priores simili erro-
re prolapsos, mortuis hominibus, qui fortè vel potentiæ aliquid, vel artis habuerunt, ma-
ximéque si phantasiis magicis in stuporem stolidos homines adduxerant, honorem contu-
lisse diuinum. Iam hinc additum est, vt & poëtæ elegantia verborum, commenta erroris
ornarent, & suauitate dicendi immortales effectos esse ex mortalibus persuaderent: imò &
amplius aliquid, ex hominibus aiunt stellas fieri, & arbores, & animalia, & flores, & aues,
fontésque ac fluuios: & ni verbositas videretur, omnes penè stellas, quas ex hominibus ef-
fectas adserunt, enumerare, vel arbores, vel fontes, ac fluuios possem: exempli tamen cau-
sa singula saltem ex singulis memorabo. Andromedam Cephæi, in stellam dicunt esse con-
B uersam, Danaën Ladonis fluuij filiam, in arborem commutatam, Hiacynthum Apollonis
dilectum in florem, Callisto in sidus quod arcton vocant, Prognen & Philomelam cum Te-
reo in aues, Thysben apud Ciliciam in fontem, & Piramum mibi in fluuium resolutos, om-
nésque penè, vt dixi, vel stellas, vel arbores, fontésque ac fluuios, florésque & animalia, vel
aues, aliquando homines fuisse confirmant. At Petrus hæc audiens, ait: Ergo secundum ip-
sos, antequam homines mutarentur in stellas, vel cætera quæ enumeras, & cœlum sine stel-
lis erat, & terra sine arboribus & animalibus, nec fontes, nec flumina, nec aues erant: & quo-
modo ipsi homines vixerunt sine his, qui in hæc postmodum mutati sunt, cum constet nec
potuisse prorsus sine his vitam ducere homines in terris? Et ego respondi: Sed ne ipsum
C quidem cultum deorum suorum obseruare consequenter norunt, vnusquisque enim eorum
quos colunt, habet aliquid sibi dicatum, à quo debent se continere cultores, vtputa Mineruæ
oliuam, Ioui capram ferunt dicatam, Cereri semina, Libero vinum, Osiri aquam, Hammo-
ni arietem, Dianæ ceruum, Syrorum dæmoni piscem & columbam, Vulcano ignem: & vni-
cuique, vt dixi, est aliquid proprie dicatum, à quo oportebat abstinere se cultores, ad honorẽ
eorum quibus dicati sunt. Nunc autem singuli ab vno aliquo se obseruantes, pro vnius hono-
re cæteros omnes iratos habent, quos vtique si placare velint, pro honore omnium, abstine-
re se ab omnibus oportebat, vt ante diem iudicij iusta à semetipsis sententia condemnati,
morte miserrima per inediam deperirent. Verum ad propositum reuertamur. Quæ, ma-
D lum, ratio est, imò quæ amentia mortalium possidet mentes, vt hominem quem impium,
sceleстum, profanum, louem dico incestum, patricidam, paricidam, non solum sciunt esse,
sed & publice in theatris cantant, hunc vt deum colant & adorent? Aut si pro his gestis deus
esse meruit, ergo & si quos audiũt homicidas, adulteros, paricidas, incestos, etiam nũc debent
vt deos adorare. Sed quod in aliis execrantur, scire omnino non possum, cur in illo veneren-
tur. Et Petrus respondit: Quoniam te nescire dicis, disce à me cur in illo facinorosa gesta ve
nerentur: primo quidem, vt cum ipsi similia egerint, acceptos se ei futuros sciant, vtpote
quem imitantur in flagitiis. Secundo, quod hæc literis scite recondita, & versibus eleganter
inserta veteres reliquerunt. Et nunc puerilis eruditionis obtentu, cum eorum notitia teneris
E & simplicibus adhæserit mentibus, reuelli ex eis atque abiici difficulter potest. Hæc cum dixis
set Petrus, Niceta respondit: Non putes domine mi Petre, non habere eruditos quosque gen-
tilium verisimilitudines quasdam, quibus adstruant hæc quæ culpabilia videntur & probro-
sa, quæ quidẽ ego non vt confirmans errores eorum dico: absit enim à me, vt hoc vel ad co-
gitationem meam veniat: sed tamen scio esse apud prudentiores ipsorum defensiones quas-
dam, quibus adstruere & colorare solent hæc, quæ videntur absurda. Et si tibi placet, vt ali-
qua ex his proferam, quæ ex parte aliqua retineo: vt iubes faciam. Cúmque Petrus permi-
sisset, Niceta hoc modo cœpit: Omnis sermo apud Græcos, qui de antiquitatis origine con-
scribitur, cum alios multos, tum duos præcipuos autores habet, Orpheum & Hesiodum. Ho
F rum ergo scripta in duas partes intelligentiæ diuiduntur, id est, secundum literam, & secun-
dum allegoriam: & ad ea quidem quæ secundum literam sunt, ignobilis vulgi turba conflu-
xit. Ea vero quæ secundum allegoriam constant, omnis philosophorum & eruditorum
loquacitas admirata est. Orpheus igitur est, qui dicit primo fuisse Chaos sempiternum,
immensum, ingenitum, ex quo omnia facta sunt: hoc sanè ipsum Chaos non tenebras di-
xit esse, non lucem, non humidum, non aridum, non calidum, non frigidum, sed omnia si-
mul mixta, & semper vnum fuisse, informe aliquando, tamen quasi ad oui immanis modum,
per immensa tempora effectam peperisse, ac protulisse ex se duplicem quandam speciem, quã
illi Masculofœminam vocant, ex contraria admixtione huiusmodi diuersitatis speciem con-
cretam: & hoc esse principium omnium, quod primũ ex materia puriore processerit, quodq;

Ita factũ est, vt deorũ nu merus fer- mè vltra ho minũ increuerit. Plin. Transfor- mationes hominum.

Vel vnº Te rentianus Cherea sa- tis locuples erit, testis hoc ita esse, is enì quod in virginem sibi permi- sit, Iouis se exẽplo fecis se excusat.

Orpheus. Hesiodus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

procedens discretionem quatuor elementorum dederit,& ex duobus quę prima sunt elemẽ- G
tis,fecerit cœlum,ex aliis autem terram , ex quibus iam omnia participatione sui inuicẽ na-
sci dicit & gigni.Hæc quidem Orpheus. Subiungit autem his & Hesiodus, post Chaos statim
Cœli & Terræ filij. Cœlum dicens factum esse , & Terram : ex quibus ait progenitos illos vndecim , quos in-
terdum & duodecim dicit: ex quibus sex mares,quinque fœminas ponit: nomina autem dat
maribus,Oceanus,Cœus,Chrius,Hyperion,Iapetus,Chronus,qui & Saturnus.Item fœminas,
Thya,Rhea, Themis, Mnemosyne,Thetis:quæ nomina per allegoriam hoc modo interpre-
tantur.Numerum quidem vndecim vel duodecim,ipsam dicunt primam naturam,quam &
Rheam à fluendo dictam volunt: reliquos autem decem accidentia eius dicunt,quas & qua-
litates appellant : duodecimum tamen addunt & Chronum , quem apud nos Saturnum di- H
cunt, hunc pro tempore accipiunt. Saturnum ergo & Rheam tempus ponunt, & materiam,
quæ vbi cum humido, & arido, & calido, & frigido tempore fuerint admixta, omnia gene-
rat. Hæc ergo,inquit, primo omnium tempore multo concretam genuit quandam quasi bul
lam,quæ ex spiritu qui in aquis erat , paulatim collecta intumuit , & aliquanto tempore cir-
cumacta per superficiem materiæ, ex qua quasi ex vulua processerat, rigore frigoris obdura-
ta, & glacialibus augmentis semper increscens,abrupta tandem demergitur in profundum,
ac pondere ipso pertracta, in infernum descendit . Et quia inuisibilis facta est, Aides appel-
lata est, qui & Orcus, vel Pluto nominatur . Cúmque de superioribus mergeretur in infer- I
na, locum confluendi humido præbuit elemento,& pars crassior,quæ est terra, aquis ceden-
tibus patefacta est. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ prius bulla obtegente premebatur,
postquam illa inferni sortita est locum, Neptunum esse appellatum . Post hoc cum elemen-
tum frigidum per concretionem glacialis bullę,ad inferiora fuisset absorptũ, & aridũ fuisset
humidúmq; discretum, nullo iam impediente elementũ calidum ignis , vtpote vigore & le-
uitate ad superiora conuolauit aëris,spiritu & procella subuectum.Hanc ergo procellam,quę
καταιγίς Græce appellatur,ægam, id est capram dixerunt:& ignem qui ad superna conscen-
dit,Iouem: & ideo eum capra subuectum conscendisse Olympum dicunt. Ipsum vero Iouem
Iupiter vnde dictus sit. Græci quidem à viuendo , vel vitam dando : nostri à iuuando nominatum volunt. Hanc
ergo esse viuentem substantiam ferunt , quæ in superioribus posita , vi caloris velut cere- K
bri ambitu , ad se trahens cuncta, & cuiusdam temperamenti moderatione componens , de
Minerua ἀθήνη propter immortalitatem dicta est. capite dicitur genuisse sapiẽtiam,quam Mineruam vocant, quæ à Græcis ἀθλίων, propter im-
mortalitatem,nominata est : quæ quia pater omnium per sapientiam suam cuncta condidit,
& ex ipso capite eius , & principali omnium genita dicitur loco, & temperata admixtione e-
lementorum, vniuersum formasse mundum,& adornasse perhibetur.Igitur species quæ ma-
teriæ inditæ sunt, vt fieret mundus, quia vi caloris constringuntur , louis viribus contineri
Saturni manus à Ioue vinctæ. dicuntur. Quæ quoniam sufficienter se habent, nec vltra addi sibi indigent aliquid noui,sed
vnumquodque seminis sui posteritate reparatur, vinctæ esse à Ioue Saturni manus dicuntur:
quia nihil noui iam,vt dixi,ex materia tempus producit, sed calor seminum , secundum sui
speciem cuncta restituit: nec vltra Rheæ partus , hoc est, propago materiæ fluentis ascendit, L
& ideo ipsam primam elementorum diuisionem , abscisionem Saturni nominant , quasi qui
vltra mundum generare non possit. Nam de Venere hoc modo allegoriã tradunt,vbi aiunt,
ætheri subiectum est pelagus, cum repercussus aquis splendor, cœli gratior refulsisset, venu-
Venus. stas rerum quæ ex aquis pulchrior apparuerat . Venus nominata est , quæ Aetheri tanquam
Cupido. fratri suo sociata , quod concupiscibile decus effecerit , Cupidinem genuisse memorata est.
Saturnus. Hoc ergo modo per allegoriam Chronum quidem,qui est Saturnus,tempus esse,vt diximus,
Neptunus. tradunt:Rheam materiam: Aiden,id est, Orcum, inferni profundum,Neptunum aquam, Io
uem ætherem,id est,caloris elementum, Venerem venustatem rerum, Cupidinem concupi- M
scentiam,quæ inest rebus omnibus,per quam posteritas reparatur,vel etiam rerum ratio,quę
Iuno. sapiẽter inspecta delectat. Hera,id est Iuno,aër iste medius qui de cœlo vsque ad terrã descẽ-
Diana. dit,ponitur. Diana,quam ipsam Proserpinam dicunt,aërem inferne tradunt. Apollinem ip-
sum etiam Solem dicunt, circumeuntem polum.Mercurium verbum , quo ratio de singulis
Mercurius. quibusque reddatur.Martem intemperatum ignem,qui cuncta consumat.Sed ne singula enu
merando immoremur, ad hanc allegoriæ speciem, de vnoquoq; eorũ quos colunt, in quibus
secretior de talibus inest peritia, honestas sibi videntur, & iustas reddere rationes.Hæc cum
Niceta dixisset,Aquila respondit: Valde mihi videtur quisquis ille est autor & inuentor ho-
rum,impius extitisse,si hæc quæ grata & honesta videntur abscondit,& superstitionis suæ ri-
tum,in

A tum,in dedecorosis & turpibus obseruantiis conlocauit, cum ea quæ secundum literam scri-
pta sunt,manifesta inhonesta sint,& turpia,& tota religionis eorum obseruantia,in ipsis con-
stet,vt per huiusmodi scelera & impietates, deos suos quos colunt,doceant imitari . Nam in
istis allegoriis quæ eis vtilitas erit ? quæ quamuis honesta finguntur , nullus tamen ex eis aut
vsus ad cultum peruenit,aut ad mores emendatio. Vnde magis constat, quod prudentes vi-
ri cum viderent communem superstitionem tam probrosam esse,tam turpem,nec tamen cor
rigendi modum aliquem,vel scientiam didicissent, quibus potuerunt argumentis , & inter- Allegoriędę diis gentiliũ ad velanda dedecora eorum inuẽtæ sunt.
pretationibus conati sunt res inhonestas honesto sermone velare, & non,vt dicunt, honestas
rationes , inhonestis fabulis occultare:quod si esset , nunquam vtique ipsa eorum simulacra,
B atque ipsæ de eis picturæ,cum suis vitiis & criminibus formarentur.Nõ cygnus adulter Le-
dæ,nec taurus formaretur Europæ, & in mille monstra eum , quem putant meliorem omni-
bus,verterent.Quod vtique si magni & sapientes, qui sunt apud eos viri, fictum scirent esse,
non verum,nónne impietatis arguerent & sacrilegij, eos qui ad iniuriam deorum huiusmo-
di aut picturam ponerent,aut sculperent simulacra? denique regem temporis sui, depingant
in bouis forma,vel anseris,vel formicæ,vel vulturis,& scribant super,regis sui nomen,atque
huiusmodi vel statuam,vel imaginem conlocent,& iniuriam facti sentient, & vindictæ ma-
gnitudinem?Sed quoniam vera hæc magis sunt,quæ publica turpitudo testatur,& ad excusa-
tionem à viris prudentibus,sermonibus honestis quæsita sunt,& concinnata velamina, idcir
C co non solum non prohibentur , sed & ipsis mysteriis Saturni filios deuorantis , & occultati
pueri,per Corybantum & cymbala, & tympanorum sonitus,exprimuntur imagines . De ab-
scisione vero Saturni, quæ maior erit probatio veritatis, quàm vt in honorem dei sui, simili
infelicitatis sorte abscidantur etiam cultores?Cum ergo hæc manifeste cernantur , quis tam
exigui sensus,imò tam stolidi inuenietur , cui non palam sit , hæc magis vera esse de infelici-
bus diis,quæ infeliciores cultores etiam corporum suorum vulneribus, & abscisione testan-
tur?Quod si, vt dicunt,hæc ita honeste & pie gesta,tam inhonesto ritu ministrãtur & impio,
sacrilegus profecto est,quisquis ille,vel ex initio hæc tradidit, vel nunc male tradita persistit
implere.Quid autem & de libris dicimus poëtarum,nónne oportuerat eos,si honesta, & pia
D deorum gesta,turpibus fabulis infamarunt,abiici protinus,atque in ignem dari,ne persuade-
rent teneræ adhuc ætati puerorum,Iouem ipsum deorum principem, paricidam erga paren-
tes,incestum erga sorores & filias,impurum etiam in pueros extitisse? Venerem cum Marte,
adulteros,& omnia illa quæ iam superius dicta sunt. Aut quid tibi videtur domine mi Petre?
Tunc ille respondit:Certus esto dulcissime Aquila,quia omnia per bonam dei prouidentiam Prouidentia dei oĩa sunt ĩfirma & palàm inhonesta,quæ veritati repugnant.
gesta sunt, vt non solum infirma,& fragilis,verum & turpis esset causa quæ futura erat con-
traria veritati.Si enim validior & verisimilior fuisset erroris adsertio, haud facile quisquam
qui in eo deceptus esset,ad iter veritatis rediret. Si enim nunc cum tam multa probra & de-
decora de diis gentium proferuntur, vix aliquis turpem derelinquit errorem,quanto magis
si esset ibi aliquid honestum & verisimile?Difficulter nanq; transfertur anima ab his, in qui-
E bus à prima ætate præuentus est : & ob hoc,vt dixi, diuina prouidentia factum est, vt erroris
substantia,& infirma esset & turpis.Sed & cætera omnia simili modo, competenter & com-
mode dispensat diuina prouidentia , licet nobis ignorantibus rerum causas , bonæ & optimæ
dispensationis diuinæ non liqueat ratio.Cum hæc Petrus dixisset,ego Clemens Nicetam ro-
gabam,vt aliqua de allegoriis gentilium,quas diligenter adtigerat, agnoscendi gratia expo-
neret:vtile enim est,vt cum gentilibus disputamus,etiam ista nos minime lateant.Et Niceta:
Si,inquit,permitti dominus meus Petrus,possum dicere.Tum Petrus : Hodie,inquit, permisi
vobis dicere aduersum gentiles vt nostis.Et Niceta ait : Dic ergo Clemens, de quibus audire
velis.Cui ego aio:Quomodo tradunt de deorum cœna gentiles,quam in Pelei nuptiis habue
F runt,& Thetidis,quem dicunt esse Paridem pastorem,& quas ponunt in Iunone,Minerua &
Venere,quæ apud eum iudicantur, quemúe Mercurium, vel quod malum , & cætera quæ per
ordinem consequuntur?enarra nobis.Tum Niceta:Cœnæ deorum causa hoc modo se habet. Allegoriae legãtissima cœnæ deorũ quæ apud poetas describitur.
Conuiuium mundum tradunt: discumbendi ordinem deorum , stellarum positionem , quos
Hesiodus cœli & terræ primos filios nominat,in quibus sex mares,& sex fœminas,ad duode-
cim signorum numerum referunt,quæ vniuersum circumeunt mundum : dapes autem con-
uiuij,rationes esse & causas rerum tradunt,dulces & concupiscibiles,quæ qualiter regatur & Selecti sunt hiteste Aug. de ciui. dei.
gubernetur hic mundus,ex signorum positione,& astrorum cursibus colliguntur.Ad liberta-
tis tamen conuiuij modum,dicunt ista constare,pro eo quod potestatem habeat vniuscuiusq;
sensus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensus;si velit degustare aliquid ex huiusmodi scientia,aut si nolit: & sicut in conuiuio nemo G
cogitur,sed vescendi libertas penes vnumquemque est,ita & philosophandi ratio, pendet in
voluntatis arbitrio.Discordiam,concupiscentiã carnis dicunt,quæ insurgit aduersum pro-
positum mentis, & philosophandi impedit studium:ideo denique & tempus illud esse aiunt,
in quo de nuptiis agitur. Peleum vero & Thetidem nympham,aridum & humidum ponunt
elementum, ex quorum admixtione substantia corporum constat. Mercurium verbum esse
tradunt,per quod sensui doctrina confertur.Iunonem pudicitiam:Mineruam fortitudinem.
Inde etiã no mẽ quidam Mercurium inuenisse te stantur. Venerem libidinem dicunt.Paridem sensum.Si ergo aiunt,accidat in homine barbarum esse
& imperitum sensum,& rectum iudicium nescientem,spreta pudicitia,& virtute,libidini pal
mam,quod est malum,dabit,per quod non solum sibi,sed & ciuibus & vniuersæ genti subuer H
sio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia visum sit, tamen
aptari ad omnem hominem possunt,quia si quis pastoralem & rusticum atque imperitum ha
beat sesum,nec velit erudiri,vbi corporis calor de libidinis suauitate suggesserit, cõtinuò spre
tis studiorum virtutibus,& scientiæ bonis,ad voluptates corporum animum confert.Et hinc
est vnde impacata bella consurgunt,vrbes ruunt,patriæ concidunt,sicut & Paris,rapta Hele
na,ad mutuum Græcos & Barbaros armauit exitium.Et Petrus conlaudans prosequutionem
eius,ait:Multas vt video, ingeniosi homines,ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt, &
ideo diligenter obseruandum est, vt lex dei cum legitur, non secundum proprij ingenij in-
Petr⁹ ne qui dẽ cognitio nẽ fabularũ damnat, sed vetat id fieri in scriptu ris quod in dulgem⁹ no bis etiã cum gratia in fa bulis. telligentiam legatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis,quæ possunt trahi ad suum I
sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit : quod fieri non oportet. Non enim sen-
sum quem extrinsecus attuleris alienum, & extraneum debes quærere, quem ex scriptura-
rum autoritate confirmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis : & ideo oportet ab
eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi tra-
ditam,seruat, vt & ipse possit ea quæ recte suscepit,competenter adserere.Cum enim ex di-
uinis scripturis integram quis susceperit, & firmam regulam veritatis, absurdum non erit,
si aliquid etiam ex eruditione communi ac de liberalibus studiis, quæ fortè in pueritia adti-
git,ad adsertionem veri dogmatis conferat : ita tamen vt vbi vera didicit, falsa & simulata
declinet.Et cum hæc dixisset,ad patrem nostrum respiciens,ait:Tu ergo senex si quidem sa- K
luti animæ tuæ consulis, vt cum corpore fuerit resoluta, pro breui hac conuersione, requiem
inueniat sempiternam,require de quibus vis, & consule vt possis si quid in te est dubitationis
abiicere:incertum enim est etiam iuuenibus vitæ tempus, senibus autem iam nec incertũ est:
non enim dubitatur, quin quantumcumque est quod putatur superesse,breue sit. Et ideo tam
iuuenes quàm senes oportet de conuersione, & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere vt
de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, de-
core pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus quibus comptam decet
esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare à consortiis inhonestis & infidelibus,
& societates habere fidelium,atque illos frequentare conuentus,in quibus de pudicitia,de iu- L
stitia, de pietate tractatur.Orare semper deum ex corde,& ab ipso petere quæ decet à deo po
sci, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum. Aliquantulum
etiam, si possibile est, per misericordias pauperum iuuare pœnitentiam, per hæc enim faci-
lior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod si prouectioris ætatis sit is, qui
ad pœnitentiam venit, eò magis gratias agere debet deo, quod postquam fructus est omnis
impetus concupiscentiæ carnalis,scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certami-
nis, per quam insurgentes aduersum animam, reprimat corporis voluptates. Superest ergo
in agnitione veritatis, & misericordiæ operibus exerceri, vt adferat fructus dignos pœni-
tentiæ, nec putet quia in temporis longitudine documentum conuersionis ostenditur, & M
non in deuotionis ac propositi firmitate : deo enim manifestæ sunt mentes, qui non tem-
porum rationem colligit, sed animorum : ipse enim probat si quis agnita veritatis prædica-
tione non distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim, & si dici potest eodem
momento,præterita perhorrescens,futurorum desiderium cœpit, & in amorem regni cœle-
Rerro respi cere, est mo ras texere, aut causari aliud quod prius re age re expediat. stis exarsit.Propter quod nemo vestrûm vltra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad euange-
lium regni dei libenter accedat.Non dicat pauper,quia cum diues factus fuero,tunc conuer-
tar:non requirit à te deus pecuniam, sed animum misericordem,& piam mentem.Neque di-
ues conuersionem suam differat, pro solicitudine seculari, dum cogitat quomodo dispenset
abundãtiam frugum:neq; dicat intra semetipsum,quid faciam, vbi recondam fructus meos?
neque

A neque dicat animæ suæ,habes multa bona reposita in annos multos,epulare,lætare: nam di-
cetur ei:Stulte,hac nocte auferetur abs te anima tua,& quæ præparasti cuius erunt?Itaq; festi-
net ad pœnitentiam omnis ætas,omnis sexus, omnisq; conditio,vt vitam consequatur æter-
nam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum ceruices suas iugo
subiiciunt disciplinæ.Senes & ipsi laudabiles,quia multi temporis consuetudinem in qua ma
le præuenti sunt,pro dei timore commutant.Nemo ergo differat,nemo cunctetur: quæ enim
causa cunctandi est ad bene agendum? aut times, ne cum benefeceris, ibi remunerationem
non inuenias vt putasti? Et quid senties detrimenti si bene feceris gratis, nónne etiam so-
la in his sufficeret conscientia? Quod si inueneris,vt præsumis, nónne pro paruis, magna, &
B pro temporalibus,æterna recipies? verum ego hæc propter incredulos dixi. Nos autem quæ
prædicamus,ita se habent: quia nec aliter esse possunt,quæ prophetica voce promissa sunt. Si
quis vero cupit examussim veritatem nostræ prædicationis agnoscere,conueniat ad audien-
dum,& quid sit verus propheta cognoscat,& tunc demum omnis in eo cessabit ambiguitas:si
tamen non obstinatis animis resistat his, quæ vera esse compererit. Sunt enim quidam qui Nonnullis nõ sunt cõmittẽda verba vitæ, ne iniuriã patiatur ꝓpheтia. quolibet modo,ad hoc tantum respiciunt,vt vincãt, & laudem pro hoc magis quàm salutem
quærant,quibus non eueniat vel dici aliquid,ne & sermo nobilis patiatur iniuriam,& iniurię
suæ reum æterna morte cõdemnet.Quid enim est in quo aduersari prædicationi nostræ quis
debeat? aut in quo contra veri honestiq; fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur?
C qui dicit honorandum esse deum,& patrem omnium cõditorem,eiusq; filium, qui solus eum
& voluntatem eius nouit,cuiq; soli de omnibus credendum est,quæ præcepit: solus enim est
lex,& legislator, & iudex iustus, cuius lex discernit, honorandum esse deum, dominum om-
nium,per vitam sobriam,castam,iustam,misericordem, & in ipso solo omnem conlocandã
spem.Sed dicet aliquis,etiam à philosophis huiusmodi præcepta dari.Nihil est simile:nam de Inter salubria philosophorum & Christi præcepta quid interſit. iustitia quidem ab eis,& sobrietate mãdatur:sed remuneratorem deum, gestorum bonorum
malorumq; non norunt,& eò leges & præcepta eorum,accusatorem tantummodo publicum
vitant,conscientiam vero purificare non possunt.Quid enim timeat in occulto peccare, qui
occultorum esse arbitrum & iudicem nescit? Addunt præterea philosophi in præceptis suis,
D etiam deos,qui sunt dæmones,honorandos:quod solum, etiamsi in aliis probabiles viderentur,grauissimæ eos potest impietatis arguere, & propriis condemnare sententiis : qui vnum
quidem esse pronunciant deum,pro adsentatione tamen erroris humani,plures mandent co
lendos.Aiunt autem & illud philosophi,deum nõ irasci,nescientes quid dicant.Ira enim ma- Deũ nõ irasci quorsum pertineat. la est,vbi mentem turbat,vt rectum consilium perdat:illa vero quę malos punit,perturbatio-
nem menti non infert:sed vnus,vt ita dixerim,idemq; affectus est,qui & bonis prẽmia,& ma Ira nõ semper mala. lis retribuit pœnam : nam si bonis & malis bona restituat, & simili remuneratione erga pios
vtatur,& impios,iniustus potius quàm bonus videbitur.Sed ais:nec deus debuit facere malũ.
Verum dicis:neque facit:sed qui ab eo creati sunt,dum iudicandos se esse non credunt,indul-
E gentes voluptatibus suis,à pietate & iustitia deuoluti sunt.Sed dices, si iustum est punire ma-
los,statim vt male agunt,puniri debent. Tu quidem bene festinas,sed ille quia æternus est,& Prolixa patientia dei. quem nihil latet,& quanto nullus ei finis,tanto & prolixa patientia est,& non ad velocitatem
vindictæ, sed ad salutis respicit causas : delectatur enim non tam morte, quàm conuersione
peccantis. Ideo denique & sanctum baptisma largitus est hominibus, ad quod si quis venire Ioan.12. festinet,& de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiã
commissa sunt.Nam philosophi quid contulerunt vitæ mortalium, dicendo hominibus non
irasci deum? nempe vt docerent eos nullum habere vindictæ alicuius, vel iudicij metum, &
per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus iuuarunt, qui dixe-
F runt non esse deum,sed casu omnia,& fortuitò agi?nónne vt hæc audientes homines,& arbi-
trantes nullum esse iudicem,nullum prouisorem rerum,ad omne facinus,quod vel furor,vel
auaritia,vel libido dictasset, neminem verendo præcipites agerentur? Nam illi multum re-
uera iuuerunt mortalium vitam, qui dixerunt nihil posse sine Genesi fieri, scilicet vt vnus-
quisque peccati sui causam Genesi adscribens, semetipsum in sceleribus suis pronunciaret in-
noxium,dum crimen suum non pœnitendo diluit,sed factum culpando congeminat.Nam de
illis quid dicam philosophis,qui deos colendos esse introduxerunt, & tales deos, quales pau-
lò ante audistis? Quid fuit aliud decernere,nisi vt vitia, nisi vt crimina, nisi vt flagitia cole- Vitia culta pro diis. rentur?Pudet,miseretq; me vestri,si creditis quod indigna hæc esse & impia,atque execrabi-
lia,aut non deprehendistis hactenus, aut deprehensa & intellecta, mala pro bonis & optimis
coluistis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De rebus diuinis loquihumanis cõiecturis, q̃ friuolum.

coluistis. Tum præterea & illud quale est, quod præsumpserunt nonnulli philosophorum, vel G
de deo loqui, cum sint mortales, & opinione sola de inuisibilibus dicere, vel de mundi origine, vbi non aderant cum fieret, vel de fine eius, vel de animarum in infernis dispensatione & iudicio, nescientes quia præsentia quidem & visibilia nosse, hominis est rationabilis: Præterea vero, & futura, & inuisibilia scire, solius propheticæ præscientiæ est. Non ergo hæc coniecturis & opinionibus colligenda sunt, in quibus valde falluntur homines, sed fide propheticę veritatis, sicut se habet hæc nostra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æstimatione collecta adnunciamus, hoc enim decipere est auditores: sed veri prophetæ autoritate nobis tradita, & manifesta prædicamus. De cuius præsciẽtia & virtute prophetica, si quis, H
vt dixi, ad liquidum vult documenta suscipere, solicitus conueniat, & impiger sit ad audiendum, & euidentes dabimus probationes, quibus vim propheticæ præscientiæ, non solum auribus audire, sed & oculis etiam videre, ac manu contrectare se credat. De quo cum certam fidem conceperit, iugum iustitiæ & pietatis absq; vllo labore suscipiet, tantamq; in eo sentiet suauitatem, vt non solum nihil ei laboris inesse causetur, verum & amplius aliquid addi sibi desideret, & imponi. Cumq; hęc & alia his similia dixisset, & nonnullos ex his qui aderant infirmos, & dęmonibus obsessos curasset, gratulantes, & deum cõlaudãtes turbas dimisit, prę-
cipiens eis vt ad eundem locum, etiam consequentibus diebus audiendi gratia conuenirent. Cumq; domi iam inter nos essemus, ac præpararemus ad edendum, ingressus quidam nunciat Appionem Plistonicensem, cum Anubione nuper venisse ab Antiochia, & hospitari cum I
Appion. Anubion. Simone. Tum pater audiens, gauisus est, & ait Petro: Si permittis, volo ire & salutare Appionem, & Anubionem, quia valde amici mihi sunt. Fortassis autem Anubionem etiam suadere potero disputare cum Clemente de Genesi. Et Petrus: Permitto, inquit, & laudo quod amicos colis: veruntamen considera, quomodo per prouidentiam dei omnia tibi ex sententia concurrunt: ecce enim non solum affectio tibi propria deo præstante reparata est, sed & amicorum præsentia procuratur. Et pater: Vere, inquit, aduerto ita esse, vt dicis. Et cum hæc dixisset, abiit ad Anubionem. Nos autem cum Petro positi per totam noctem interrogando de diuersis, & discendo ab eo, delectatione ipsa doctrinæ, & suauitate verborum peruigiles mansimus. Et
cum iam auroresceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror quid visum sit patri ve- K
stro. Cumq; hæc diceret superuenit pater, & inuenit Petrum nobis de se loquentem. Cumq; salutasset, satisfacere cœpit, & causam exponere, ob quã foris mansisset. Nos autem respicientes
Trãsformatio Simonis in Faustinia nũ, in altera editione quã Rufinus vt meliorẽ sequutus est, nõ cõtinetur, & quæ nec mihi satis ꝓbetur. Sed quia vetustissimus codex, qui Basileæ est in bibliotheca Canonicorũ, id habebat, libuit præmonere lectorem.
ad eum, expauimus, vultum in eo Simonis videntes, vocem tamen patris nostri audiebamus. Cumq; refugeremus eum, & execraremur, stupebat pater quod tam austere cum eo ageremus & barbare. Solus tamen Petrus erat, qui vultum eius naturalem videbat, qui & ait ad nos: Cur execramini patrem vestrum? Cui nos vnà cum matre respondimus: Hic nobis Simon videtur, vocem habens patris nostri. Et Petrus: Vobis quidem vox eius quæ maleficiis mutata non est, sola nota est: mihi autem etiam vultus eius, qui aliis arte Simonis mutatus apparet, Faustiniani patris vestri notus est: & intuens patrem ait: Causa quæ coniugem tuam conturbat, ac filios, hæc est: species vultus in te non videtur illa quæ fuit, sed facies execrandi L
Simonis in te apparet. Et cum hæc diceret, ingressus quidam ex his qui Antiochiam præcesserunt dicebat ad Petrum: Scire te volo domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publice multa faciens signa, & prodigia, nihil aliud populo persuasit, nisi quę ad tui odium pertinent, magum te nominans, maleficum, homicidam, & in tantum eos aduersum te odium concitauit, vt magnopere desiderent, si te vsquam inuenire queant, etiam carnes tuas deuorare: & ob hoc nos qui præmissi sumus, videntes valde commotam contra te ciuitatem, occulte in vnum conuenientes, considerabamus quid fieri oporteret. Cumq; nullum videremus exitum rei, superuenit Cornelius Centurio, missus à Cæsare ad præsidem Cæsareæ, publici ne- M
Cornelius centurio is qui Acto. X iustus & timens deum dicitur.
gotij gratia: hunc adcersimus ad nos solum, causamq; ei qua mœsti essemus exponimus, ac si quid posset, vt iuuaret, hortamur. Tũ ille promptissime repromittit, se eum protinus fugaturum, si tamen consilio eius etiam nos adniteremur: cumq; nos polliceremur impigre cuncta gesturos, ait: Cæsar in vrbe Roma, & per prouincias maleficos inquiri iussit ac perimi, ex quibus plurimi iam perempti sunt. Ego igitur diuulgabo per amicos, me vt istum magum caperem, venisse, & ob hoc missum à Cæsare, quo etiam hic cum cæteris suis sociis puniatur. Vestri ergo qui cum ipso sunt, occulte quasi vndecunque audierint, dicent ei quod ego ad ipsum capiendum missus sim: & certum est, quod cum audierit, fugiat: aut si vos aliquid melius videtis, dicite. Quid plura, ita factum est à nostris, qui cum ipso erant, explorandi gratia simu

lati. Vbi

A lati. Vbi didicit Simon ventum esse ad se, tanquam ingens sibi beneficium conlatum ab eis accipiens, in fugam versus est. Discedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc venit, sicut audiuimus. hoc ergo visum est nobis omnibus qui præcessimus, vt interim nunc ascendas Antiochiam, vsquequo videamus si illo discedente, odium quod de te populo seminauit, aliqua ex parte vacuetur. Cum hæc insinuasset is qui de Antiochia venerat, Petrus respiciens ad patrem nostrum, ait: Faustiniane, à Simone mago transformatus est vultus tuus, sicut apparet: putans enim quod à Cæsare quæreretur ad pœnam, tertius fugit, & suum vultum tibi imposuit, si fortè tu pro ipso capereris, & ad mortem duci possis, vt filiis tuis tristitiam mo-
ueret. Pater vero vbi hæc audiuit, cum lachrymis exclamans: Recte, inquit, æstimasti Petre,
B nam & Anubion, quia mihi valde amicus erat, sub mysterio quodam mihi indicare cœperat de insidiis eius, sed infelix non credebam, quia nihil in eum commiseram mali. Cumq; omnes vnà cum patre tristitia & lachrymis ageremur, interea & Anubion venit ad nos, indicãs Simon ĩ Iudæam fugit.
nobis Simonem fugisse per noctem, Iudæam petentem. Videns autem patrem nostrum plangentem & lamentantem se, ac dicentem, Infelicem me, qui eum magum audiens non credebam: quid mihi misero accidit, vt vna die recognitus ab vxore, & filiis, lætari non potuerim cum eis, sed ad priores miserias quas in errore pertuli, reuolutus sum? Mater autem multo grauius sparsis & laceratis crinibus plangebat: nos quoque in permutatione vultus patris stupentes, nec quid rei esset intelligere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita videns adfli-
C gi, velut mutus stabat. Tunc Petrus nos intuens filios eius, ait: Mihi credite, quod hic ipse est pater vester: propter quod & moneo vos, vt quasi patrem seruetis eum. Dabit enim deus occasionem aliquam, qua deposito Simonis vultu, euidentem patris vestri, id est suam recuperare possit effigiem. Et ad patrem conuersus ait: Ego tibi permiseram salutare Appionem, & Anubionem, quos tibi amicos à puero fuisse dixeras, non tamen vt cum Simone loquereris. Et pater: Peccaui, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, inquit, cum ipso rogo & deprecor te, vt ignoscas seni, viro bono, & generoso: seductus est infelix, & ludibrio factus, à nominato mago: dicam enim quomodo res gesta est. Vbi venit ad salutandos nos, contigit vt in ipsa ho
ra circunstaremus Simonem, audientes eum dicentem quod fugere velit, in ipsa nocte:
D audisse enim se, quod venerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ ciuitatem, qui eum ex præcepto imperatoris comprehenderent: velle autem se in hunc qui nuper ingressus est Faustinianum, omnem conuertere furorem. Et ait ad nos: tantum, inquit, vos facite eum cœnare nobiscum, & ego vnguentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem suã, vt ex eo meum vultum omnibus habere videatur: vos autem herbæ cuiusdam succo facies perungemini prius, vt non fallimini de immutatione vultus eius, ita vt exceptis vobis, aliis omnibus Simon esse videatur. Et cum ille hæc diceret, aio ad eum: Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon: Primo, inquit, vt ipsum comprehendant qui me quærunt, & me desinant quærere. Si vero punitus fuerit à Cæsare, vt luctum maximum habeant filij sui, qui me derelicto, confugerunt ad Petrum, & sunt modo adiutores ipsius, Ego autem confiteor ti-
E bi Petre quod verum est: timui tunc Faustiniano indicare hæc: sed neque spatium nobis ipse Simon dedit, vt possemus secretius loqui, & plenius ei consilium Simonis aperire. Interea circa mediam noctem, Simon in Iudæam petens aufugere, deduxit autem eum Athenodorus & Appion, ego autem simulaui inæqualitatem corporis vt dormire manẽs, facerem hunc velocius ad vos redire, si fortè possit aliquo modo occultari apud vos, ne ab his qui Simonẽ quærunt comprehensus, ad Cæsarem perducatur, & pereat gratis, & nunc solicitus pro ipso, veni videre eum, & redire antequam superueniant illi qui deduxerunt Simonem. Et conuersus ad nos Anubion ait: Ego Anubion patris vestri verum vultum video reuera, quia perunctus sum prius ab ipso Simone, sicut narrauit nobis, vt oculis meis vera Faustiniani facies appareret,
F vnde satis stupeo & admiror artem Simonis magi, quod vos stantes modo non agnoscitis patrem vestrum. Flentibus autem patre & matre, ac nobis omnibus pro his quæ acciderant, motus miseratione etiam Anubion flebat. Tum Petrus misericordia permotus, restituturum se promittit faciem patris nostri, dicens ad eum: Audi Faustiniane, cum nobis prius vtilitatis aliquid cõtulerit error iste transformati vultus tui, & ministrauerit ad ea quæ volumus, tunc ego veram tibi vultus tui imaginem reddam, si tamen prius quæ à me tibi fuerint imperata, profligaueris. Cumq; pater meus impleturum se cuncta quæ iuberet, omni promitteret pacto, tantum vt propriã recuperaret effigiem, Petrus ita cœpit: Ipse auribus tuis audisti quod vnus ex his qui præmissi fuerant, regressus ex Antiochia, nunciauerit quomodo Simon ibi positus,

turbas

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbas aduersum me concitauerit,atque in odium mei totam inflammauerit ciuitatem, magum me & homicidam,ac deceptorem confirmans, in tantum vt desiderent,si me videant, etiam carnes meas deuorare. Fac ergo quod ego dico tibi,relinquens apud me Clementem, præcede nos Antiochiam cum coniuge tua,& Fausto ac Faustino filiis tuis. Sed & alios mittam tecum,quos mihi videbitur,qui obtemperent his quæ præcepero.Cum ergo vnà cum ipsis Antiochiam veneris,quandoquidem Simon videris, publice stans prædica pœnitentiam tuam,& dic:Ego Simon denuncio vobis & confiteor me omnia fefellisse de Petro: ille enim neque seductor est, neque magus, neque homicida, neque horum aliquid quæcunque contra eum loquutus sum,sed dixi illa omnia furore commotus. Obsecro ergo vos ipse ego qui dudum causas odij vobis contra eum dederam,vt nihil tale de eo sentiatis:sed deponite odium, cessate ab indignatione,quia vere à deo ad salutem mundi,missus est discipulus veri prophetæ,& apostolus. Propter quod suadeo, hortor,& moneo,vt ipsum audiatis, ipsi credatis prædicanti vobis veritatem, ne fortè si spreueritis eum, ipsa etiam subitò ciuitas vestra pereat. Quam vero ob causam hæc nunc vobis confitear,indicabo. Hac nocte angelus dei corripuit me impium,& cur inimicus essem veritatis præconi, vehementissime flagellauit. Deprecor ergo vos, vt etiam si ego ipse post hæc veniens ad vos, aliquid tentauero aduersum Petrum dicere,ne suscipiatis nec credatis. Confiteor enim vobis,ego magus,ego seductor,ego deceptor fui,sed pœnitentiam ago,licet enim per pœnitẽtiam priora male gesta delere. Cum hæc Petrus intimaret patri,ille respondit:Scio quid velis,ne labores vltra,intellexi enim & noui, quid oporteat,cum ad locum venero,prosequi. Et Petrus iterum suggerebat ei,dicens: Cum ergo veneris ad locum, & videris populum ex sermone tuo conuerti,& depositis odiis recipere desiderium nostri,mitte & manda mihi,& statim veniam.Cum autem venero,sine mora alienum hunc à te vultum effugabo,& tuum proprium qui tuis omnibus notus est reddam. Et his dictis fratres meos proficisci cum ipso iubet, ac Mathidiam matrem nostram,& quosdam ex familiaribus simul.Sed mater recusabat proficisci simul,& aiebat:Quasi adultera mihi futura videor,si vultui Simonis coniuncta sim:quod etsi cogar simul ire,impossibile tamen est vt in eodem lectulo cum ipso iaceam, sed nescio si proficisci simul adquiescam. Et cum valde renueret,Anubion hortari eam cœpit,dicens: Crede mihi & Petro,sed & ipsa vox non tibi Faustinianum esse persuadet coniugem tuum, quem vere non minus ego diligo quàm tu? Denique etiam egoipse vobiscum veniam. Et cum hæc dixisset Anubion, promisit mater simul se profecturam. Tum ego,competenter,aio,deus negotia nostra componit: habentes enim nobiscum & Anubionem astrologum, cum quo si Antiochiam venerimus, de Genesi adtentius disputabimus. Cumq; post medium noctis pater noster, cum his quos iusserat Petrus,& Anubione profectus esset,mane priusquam procederet ad disputandũ Petrus,regressi sunt illi qui deduxerunt Simonem,id est, Appion & Athenodorus, & venerunt ad nos requirentes patrem meum. Petrus vero vbi cognouit, iussit eos introire. Et cum consedissent, vbi est,aiunt,Faustinianus?Petrus respondit,nescimus: vespere enim postquam ad vos venit, vltra nulli suorum visus est:hesterno tamen die mane Simon venit,quærens eum,& quia nihil illi respondimus,nescio quid ei visum sit, Faustinianum se esse dicebat: quod cum ei nemo crederet,flens & dolens comminabatur perempturum semetipsum, & post hæc abiit ad mare versus.Hæc cum audisset Appion & qui cum ipso erant, vlulatum dederunt grandem, dicentes: Quid hoc feciſtis,cur non recepistis eum? Et cum velit Athenodorus dicere mihi, quia ipse erat Faustinianus pater tuus,Appion præueniens eum: Comperimus,inquit, à quodam qui cum Simone profectus est, ipso Faustiniano deprecante eum, pro eo quod nollet filios suos videre,quia Iudei erant.Nos ergo cum audissemus hęc,venimus eum hic requirere: sed quia hic non est,apparet quia vere dixit,qui nunciauit eum cum Simone profectum: hoc ergo nunciamus vobis.Ego autem Clemens vbi intellexi consilium Petri,quia voluerit eis suspitionem dare,quod ab ipsis quærendus esset senex,vt timerent & fugerent,cœpi iuuare consilium eius,& aio ad Appionem: Audi charissime Appion,nos quod bonum credimus,etiam patri tradere volumus: quod si noluerit recipere,sed magis,vt dicis, exhorrescens nos fugit, asperum sit fortasse quod dico,nec nos de eo curamus. Et cum hæc dixissem, quasi execrantes crudelitatem meam discedunt,vestigia Simonis,vt sequenti die comperimus, insequentes.Interea cum Petrus ex more quotidie populũ doceret,& virtutes multas ac sanitates efficeret,post dies decem venit quidam nostrorum ab Antiochia,missus à patre,adnuncians nobis quomodo publice staret pater,Simonem quidem qui in vultu videbatur accusans,Petrum vero

Nec illa habẽtur in nõnullis codicib⁹ nec mihi arridẽt.

Faustinian⁹ subdititi⁹ Simon Antiochiæ plebẽ recõciliat.

vero immensis laudibus præferens,& omni populo commendans, ac desiderabilem faciens, ita vt omnes ex eius sermone mutati,desiderarent eum videre, multos autem tantum in Petri amorem venisse,vt sæuirent in patrem,quasi in Simonem,& manus ei velint iniicere,velut qui tantum mali commisisset in Petrum:propter quod,aiebat, adpropera,ne fortè perimatur:in timore enim magno positus,velociter misit me,vt sine mora venias, quo viuentẽ eum occupes,simul & crescenti erga tui desiderium ciuitati, opportunus appareas. Aiebat etiam quomodo mox vt vrbem Antiochiam pater ingressus esset,quasi ad Simonem, omnis populus ad eum collectus est, & cœpit omnibus confiteri publice secundum ea quæ populi restauratio flagitabat:nam quicunque omnes simul nobiles,& diuersi simul diuites ac pauperes conuenissent, sperantes aliqua ab eo more solito prodigia posse fieri, omnes hac voce adloquitur:Diu est quod me Simonem infelicissimum hominum patientia diuina sustinet:nam quic quid in me mirati estis, non veritatis mysterio, sed dæmonum mendaciis & artibus gestum est,vt vestram fidem euerterem,& meam animam condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuisse mentitum:ille enim neque magus,neq; homicida vnquam fuit,sed à deo ad salutem vestram omnium missus est,quem si ex hac hora contemnendum putaueritis,certum sit apud vos,quod possit ipsa ciuitas vestra repente deperire.Quæ autem causa sit, vt hæc vobis vltro confitear,ab angelo dei hac nocte vehementer correptus sum,& cur ei inimicus extiterim, vehementissime flagellatus. Deprecor ergo vos, vt si egoipse ex hac hora aperuero os meum contra eum,proiiciatis me ab aspectu vestro:ille enim immundus dæmon,saluti hominum inimicus, per os meum contra ipsum loquitur, ne per eum vos pertingatis ad vitam. Quid enim ars magica per me vobis potuit virtutis ostendere? Canes feci æreos latrare, & statuas mouere,figuras mutare hominum, & subitò ab aspectibus hominum absentari, & per hæc debuistis artem magicam execrari,quæ vt vobis miraculum inane prętenderem,animas vestras diabolicis laqueis innodabat,ne crederetis Petro,qui & languentes in nomine eius, à quo missus est curat,& dæmonas fugat, ac cæcos inluminat,& paralyticis salutem reddit, & mortuos suscitat.Hęc & his similia multa prosequente,execrari cœpit populus,& dabant fletum & gemitum,quia peccassent in Petrum,credentes eum esse magum,& impium. Eodem vero die ad vesperam restituta est in Faustiniano facies propria,& abscessit ab eo aspectus Simonis magi.Audiens autem Simon vultum suum in eo ad Petri gloriam profecisse, festinus præuenit Petrum,& agere cupiens arte sua,vt Faustiniano eius similitudo recederet,cum iam hoc iuxta verbum apostoli sui Christus implesset.Videntes autem Niceta & Aquila post prædicationem necessariam,paternam faciem restitutam,gratias agentes deo, non eum permiserunt vlterius adloqui populum. Simon autem cœpit,licet occulte,per amicos suos & familiares ambulare,& amplius Petro derogare quàm antea.Tunc omnes expuentes in faciem eius,expulerunt eum de ciuitate,dicentes:Tu eris reus mortis tuæ, si vlterius loquutus contra Petrum,huc tibi credideris esse veniendum. Quibus cognitis, Petrus postera die conuenire populo iubet,& vno ex his qui sequebantur eum,ordinato eis episcopo, aliis etiam presbyteris,baptizatis quoq; plurimis,& omnibus qui erant vexati languoribus,vel dæmonibus,sanitati redditis,demoratus ibi aliud triduum,cunctis rite compositis, valedicens eis,proficiscitur à Laodicia multum desiderabilis Antiochensium plebi:& cœpit per Nicetam & Aquilam tota ciuitas audire, quia Petrus aduentaret. Omnis autem populus Antiochiæ ciuitatis, audiens Petrum venire,occurrerunt ei,& penè omnes maiores natu & nobiles,cinere aspersi in capite,pœnitentiam agentes,qui contra prædicationem eius, magum Simonem susceperant. Hæc & his similia prosequentes,offerunt ei vexatos languoribus,& dæmoniis fatigatos, paralyticos quoq;,& diuersa pericula patientes:& erat infinita multitudo simul languentiũ.Quos videns Petrus non solum pœnitudinem agere,quod de eo male sensissent per Simonem, verumetiam & iam integram fidem exhibere iubebat deo, vt etiam omnes,diuersas ægritudinet patientes,crederent per eum posse saluari,expandit ad cœlum manus suas,& cum lachrymis orationem effundens,gratias referens deo dicebat:Benedicte pater prædicande,qui omne verbum & promissum filij tui adimplere dignaris, vt cognoscat omnis creatura, quia tu solus deus in cœlo & in terra.Hæc & his similia dicens,ascendit in eminentiori loco, & iussit ante se poni omnem multitudinem ægrotantium, quos omnes hac voce adloquutus est: Similem vobis hominem me esse videntes,nolite putare quod à me possitis recuperare salutem vestram:sed per eum qui de cœlo descendens,ostendit credentibus sibi,integram animæ & corporis medicinam:vnde vox vestra testem habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde

Faustiniana natiua facies restituitur.

Simõ ciect⁹ Antiochia.

Deo referẽdũ acceptũ si quid gestũ fuerit ab hominibus paulò diuinius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corde creditis in domino Iesu Christo,vt sciant etiam seipsos ab ipso posse saluari.Cumq; om G
nis multitudo Infirmantium vnavoce clamaret,hunc esse verum deum,quem Petrus adnun
ciat,subitò immensum lumen gratię dei in medio plebis apparuit,& cœperunt paralytici cur
rere ad pedes Petri sani,cæci recuperato visu clamare,claudi restaurato gressu gratias agere,
languentes recepta sanitate gaudere: nonnulli etiam solo flatu viuentes,iam sine sensu & sine
voce recuperati sunt:omnes quoq; lunatici,& pleni dæmoniis liberati sunt.Tantam itaq; spi
ritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, vt omnes à minimo vsque ad maxi
mum,vna voce confiterentur dominum:& ne multis immorer,intra septem dies,plus quàm
decem millia hominum credentes deo,baptizati sunt,& sanctificatione consecrati,ita,vt om
ni auiditatis desiderio,Theophilus qui erat cunctis potentibus in ciuitate sublimior, domus H
suæ ingentem basilicam,ecclesiæ nomine consecraret,in qua Petro apostolo constituta est ab
Cathedra Petri. omni populo cathedra,& omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conueniens,cre
debat sanæ doctrinæ,quam sanitatum efficacitas adfirmabat.Tum ego Clemens cum fratri
bus meis & matre patrem adloquimur, vtrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remansis
sent.At ille: Venite,ait,& videbitis coram Petro, quantum in me fidei creuerit incremen
Faustinian' quantũ promouerit. tum.Tunc adcedens Faustinianus,procidit ad pedes Petri dicens:Semina verbi tui quæ ager
meæ mentis accepit,iam nata sunt,atq; ita ad fœcundam maturitatem prouecta sunt, vt ni
hil desit,nisi vt à paleis me spiritali illa tua defeces falce,& reponas me in horreo dominico, I
faciens me mensæ diuinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate adprehẽdens manũ
eius,tradidit eum mihi Clementi,& fratribus meis,dicẽs:Sicut tibi patri filios restituit deus,
ita & patrem filij restituunt deo. Indixit autem ieiunium omni plebi, & veniente die domi
nica,baptizauit eum, atque in medio populo, ex conuersione eius materiam sumens, omnes
casus eius exposuit, ita, vt omnis ciuitas quasi angelum eum susciperet, & non minorem ei
gratiam quàm apostolo exhiberet.

RECOGNITIONVM DIVI CLEMENTIS LIBRI DECIMI ET VLTIMI FINIS.

CANONES APOstolorum iuxta veterem editionem.

CAP. I.

EPiscopus à duobus aut tribus episcopis ordinetur.

CAP. II.

Presbyter ab vno episcopo ordinetur,& diaconus, & reliqui clerici.

CAP. III.

Si quis episcopus,aut presbyter, præter ordinationem domini alia quędam in sacrificio offerat super altare, id est,aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, & confecta quædam,aut volatilia,aut animalia aliqua,aut legumina, contra constitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur.

Sacrificium Missæ à domino ordinatum.

CAP. IIII.

Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas spicas & vuas & oleum ad luminaria, & thymiama,id est,incensum,tempore quo* sancta celebratur oblatio.

*al.sacra

CAP. V.

Reliqua poma omnia ad domum primitiæ episcopo & presbyteris dirigantur,nõ offerantur in altari. Certum est autem,quod episcopus & presbyteri* diuidant & diaconis, & reliquis clericis.

*al.diuidũt

CAP. VI.

Distinct.28 Si quis docuerit. & Dist.31.c. Quicũque. declarádo ca.Et i dec. Iuo.li.3. *al. &

Episcopus, aut presbyter vxorem propriam nequaquã sub obtentu religionis abiiciat: si vero reiecerit, excõmunicetur: * sed si perseuerauerit,deiiciatur.

CAP. VII.

Dist.88.c. Episcopus aut sacerdos

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam seculares curas adsumat: sin aliter,* deiiciatur.

*al.eiiciat

CAP. VIII.

Si quis episcopus aut presbyter

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΣΕΠΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

α.

ΕΠίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὸν κυρίου διάταξιν θυσίαν τελοίη τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἤ τινα ἰώλιτα θύματα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῴά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω. πλὴν νέων πυρῶν ἢ σταφυλῆς, ὡς καιρῷ ὡς ἐόντι. μὴ ἡδύ δὲ ἔσω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν, καὶ θυμίαμα καιρῷ ᾧ προσφοράς.

δ.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ ὡς ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. διάκοσμον δὲ, ὡς ὁ κύριος ὡρίσατο οἱ τε ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφορίζεσθω, μένουσα δὲ, καθαιρείσθω.

ϛ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

ζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος,

CANONES APOSTOLORUM sanctorum per Clementẽ à Petro Apostolo Romæ ordinatũ episcopũ, in vnũ congesti: & Gregorio Haloandro interprete, in Latinam linguam è Græca versi.

CAP. I.

EPiscopus à duobus aut tribus episcopis ordinator.

CAP. II.

Presbyter ab vno episcopo ordinator. item diaconus & reliqui clerici.

CAP. III.

Si quis episcopus,aut presbyter prẽter ordinationẽ domini, quam de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino sicera, aut confecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, vt qui contra ordinationem domini faciat, deponitor, excepto nouo frumento,& vua opportuno tempore.Præterea licitum non esto, aliud quippiam admouere ad altare,quàm oleum in candelabrum & incensum oblationis tempore.

CAP. IIII.

Omniũ aliorũ pomorũ primitiæ episcopo & presbyteris domũ mittuntor,nõ super altare. Manifestum est autem, quòd episcopus & presbyteri inter diaconos & reliquos clericos eas diuidunt.

CAP. V.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem suam prætextu religionis non abiicito. si abiicit, segregator à communione: si perseuerat, deponitor.

CAP. VI.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares curas non suscipito, alioqui deponitor.

CAP. VII.

Si quis episcopus, aut presbyter

Universidad de Deusto
Biblioteca

byter,aut diaconus, sanctũ diem paschæ ante vernũ æquinoctium cum Iudæis celebrauerit,deponitor.

CAP. VIII.

Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus , aut quicunque ex sacerdotali consortio , oblatione facta , non communicauerit, causam dicito . Et si bona ratione subnixa sit , veniam promeretor. Sin minus dixerit, à communione excluditor, tãquam qui populo autor offensionis fuerit , mota contra eum suspicione,qui obtulit.

CAP. IX.

Quicunque fideles ecclesiam ingrediuntur,& scripturas audiunt , neque apud preces & sanctam cõmunionem permanent,eos, tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant , à communione arceri oportet.

CAP. X.

Si quis cũ excõmunicato,licet in domo, preces cõiunxerit,iste cõmunione priuator.

CAP. XI.

Si quis cum deposito clerico,vt cum clerico, preces cõiunxerit,deponitor & ipse.

CAP. XII.

Si quis clericus , aut laicus à communione segregatus , seu nondum in communionem receptus , ad aliam profectus ciuitatem , sine commendaticiis literis receptus fuerit , à communione excluditor tam qui recepit , quàm qui receptus est. Si excommunicatus fuerit , in longius illi tempus excõmunicatio protenditor.

CAP. XIII.

Episcopo , qui paræciã suã dereliquerit,alteri insilire nephas esto , licet à pluribus ad hoc cõpellatur,nisi rationabilis aliqua causa subsit,quę hoc ipsum facere vi adigat , nempe

τος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ αὐτῆς ἢ μετὰ ἰουδαίων ἑτέρως ἑορτάσει, καθαιρείσθω.

κ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, πρόσφορα γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν ἐπιστάτω. καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγει, ἀφορίζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γινόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

κα.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τοὺς, καὶ τὰς γραφὰς ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τὴν ἁγίαν μεταλῆψιν, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

κβ.

Εἴ τις ἀκοινώνητος, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύχηται, οὗτος ἀφορίζέσθω.

κγ.

Εἴ τις καθηρημένῳ κληρικῷ, ὡς κληρικῷ, συνεύχεται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

κδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἄφωρισμένον, ἤτοι ἄδικος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει, δέχοιτο ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφορίζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτιμάσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

κε.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν αὐτοῦ παροικίαν, ἑτέραν ἐπιποθῆσαι, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ τοῦτο βιάζουσα, ἵνα ἀνὼφελὲς ποιῶμεν, ὡς πλέον τι κέρ-

δος

byter,aut diaconus , sanctum paschæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit,abiiciatur.

CAP. IX.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus , vel quilibet ex sacerdotali catalogo,facta oblatione,non communicauerit : aut causam dicat , vt si rationabilis fuerit , veniam consequatur : aut si non dixerit,communione priuetur , tanquam qui populo causa læsionis extiterit , dans suspicionem de eo qui sacrificauit,quòd recte nõ obtulerit.

CAP. X.

Omnes fideles* qui ingrediuntur ecclesiam,& scripturas audiunt , non autem perseuerant in oratione , nec sanctam communionem percipiunt , velut inquietudines ecclesiæ commouentes , conuenit communione priuari.

CAP. XI.

Si quis cum excõmunicato saltem in domo* simul orauerit,iste cõmunione priuetur.

CAP. XII.

Si quis cum damnato clerico,veluti cum clerico,simul orauerit,iste damnetur.

CAP. XIII.

Si quis clericus , aut laicus , à communione suspensus , seu communicans , ad aliam properet ciuitatem , & suscipiatur præter commendatitias literas , & qui susceperunt , & qui susceptus est , communione priuentur . Excommunicato vero proteletur ipsa correptio , tanquam qui mentitus* sit, & ecclesiam dei seduxerit.

CAP. XIIII.

Episcopo non licere alienam paroeciam , propria relicta , peruadere , licet cogatur à plurimis . Nisi forte quis* cum rationabili causa* compellat , tanquam qui

possit

Missam esse sacrificiũ & oblationẽ, qua facta, ões olim cõmunicabãt qui iterẽrãt.

De cõsecrãdist.1.c.ões fideles.

al.qui cõuenitur in societatib sacris ad ecclesiã,& scripturas apostolorũ & euãgeliũ audiãt. Qui autem nõ perseuerant in oratiõe,vsq; dum missa pagatur,nec

In dec.Iuo. lib.5.

*al. locutus fuerit,vel a.Ioan.1.c.

Nic.cõ.c.13 Antio.cõc. ca.21.

*al.cum *al.cõpellatur.

*al.constitutus.

*al.profectus

Nice.cõcil. cap.16. Antio.cõci. cap.3.

Distin. 33.c. Si quis post.

Distic.34.c. Si quis viduam.

*al.viduam fratris, vel filiam patris. *al. filiam fratris.

possit ibidem* constitutis plus lucri conferre, & in causa religiõis aliquid* profecto prospicere . Et hoc non à semetipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio & maxima supplicatione perficiat.

CAP. XV.

Si quis presbyter , aut diaconus , aut quilibet de numero clericorum relinquẽs propriam paroeciam , pergat ad alienam , & omnino demigrans præter episcopi sui cõscientiam , in aliena paroecia commoretur , hunc vlterius ministrare non patimur : præcipue si vocatus ab episcopo , redire contempserit , in sua inquietudine perseuerans . Veruntamen tanquam laicus ibi cõmunicet.

CAP. XVI.

Episcopus vero,apud quem * memoratos esse constiterit , si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans , tanquam clericos forte susceperit , velut magister inquietudinis , communione priuetur.

CAP. XVII.

Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus , aut concubinam habuerit , non potest esse episcopus, non presbyter aut diaconus , aut prorsus ex numero eorum,qui ministerio sacro deseruiunt.

CAP. XVIII.

Si quis viduam aut eiectam acceperit , aut meretricem , aut ancillam , vel aliquam de iis quæ publicis spectaculis mancipantur,non potest esse episcopus aut presbyter , aut diaconus , aut ex eorum nũmero , qui ministerio sacro deseruiunt.

CAP. XIX.

Qui duas in coniugium sorores acceperit,vel*filiam fratris,clericus esse nõ poterit.

διὰ διαμιμήσου αὐτῷ τοῖς ἐκείνου λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλειν δύναται. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

κε.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, καὶ πάντως μετάσας διατρίβοι ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ ἐπανελθεῖν οὐκ ὑπήκουσεν, ἀλλὰ διαμένῃ τῇ ἀταξίᾳ. ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

κς.

Εἰ δὲ ἐπίσκοπον, ὃν παρατυγχάνουσι, παρὰ δύο ἢ λογισάμενον τὴν αὐτὴν ὀφείλειν σαρκὶ ἀφιᾶσθαι αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀποφορίζέσθω ὡς διάκονος ἀταξίας.

κζ.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

κη.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ πόρνην ἔχων σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

κθ.

Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

λ.

pe quod plus lucri , & vtilitatis his , qui illic constituti sint , verbo pietatis conferre possit , neque hoc tamen à seipso , sed multorum episcoporum iudicio , & exhortatione maxima.

CAP. XIIII.

Si quis presbyter, aut diaconus , aut quicunque tandem de clericorum consortio , relicta paroecia sua in aliam concesserit , & omnino transmigratione facta , præter voluntatem sui episcopi in alia paroecia moram traxerit,hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ , maxime si accersente ipsum episcopo eius , redire cõtemnat , peruerso illic ordine perseuerans , vt laicus tamen ibi locorum in communionẽ admittitor.

CAP. XV.

Quod si episcopus , ad quẽ accesserint , pro nihilo reputata vacationis à ministerio ecclesiastico pœna , quæ contra eos definita est , ipsos vt clericos susceperit,à communione excluditor , vt peruersi ordinis magister.

CAP. XVI.

Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis , aut concubinam habuit , is episcopus aut presbyter , aut diaconus,aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

CAP. XVII.

Qui viduam duxit, aut diuortio separatam à viro , aut meretricem,aut ancillam,aut aliquam,quæ publicis mancipata sit spectaculis , episcopus aut presbyter , aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

CAP. XVIII.

Qui duas sorores duxit , aut consobrinam, clericus esse non potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XIX.

Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

CAP. XX.

Si quis humana violentia eunuchus factꝰ est, aut in persecutione amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

CAP. XXI.

Qui sibiipsi virilia amputauit, clericus nō efficitor: sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi dei.

CAP. XXII.

Si quis cum clericus esset, virilia sibiipsi amputauerit, deponitor. Homicida etenim sunipsius est.

CAP. XXIII.

Laicus qui seipsum mutilauit, per tres annos à communione eiicitor, puta quia ipse vitæ suæ posuit insidias.

CAP. XXIIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus, deponitor, non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.

CAP. XXV.

Ex his, qui cœlibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

CAP. XXVI.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur cōuiciis, nō regerebat conuicium: cum

ιθ.

Κληρικὸς ἐγγυᾶς διδοὺς, καθαιρείσθω.

κ.

Ἐὰν ἐξ ἰδίας προαιρέσεως ἀνδροτόμος τις γένηται, ἢ ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσῃ, ἢ ἕτερον, ὁ τοιοῦτος ἐκπιπτέτω τοῦ κλήρου.

κα.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονεύτης γὰρ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ.

Εἴ τις κληρικὸς ὤν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσῃ, καθαιρείσθω. φονεὺς γὰρ ἑαυτοῦ.

κγ.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ὠφέλουσα γὰρ ἑαυτῷ ζωῆς.

κδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπὶ ὁρκίᾳ, καὶ κλοπῇ ἁλούς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφορίζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφή, δὶς οὐκ ἐκδικήσεις διὰ τὸ αὐτό. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ ὑποκείσθωσαν.

κε.

Τὴν εἰς κλῆρον προελθοῦσαν, τῶν ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώσας καὶ ψαλτὰς μόνους.

κς.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικοῦντας, καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προσήκειν· οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς, τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορού-

CAP. XX.

Clericus fideiussionibꝰ inseruiens, abiiciatur.

CAP. XXI.

Eunuchus si per insidias hominū factus est, vel si in persecutiōe eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur episcopus. Distin. 55. c. Eunuchus si per

CAP. XXII.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus: quia* suus homicida est, & dei conditionis inimicus. Ibidem. c. Si quis abscinderit. al.* suiipsius

CAP. XXIII.

Si quis cum clericus fuerit, abscinderit semetipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida. Nic. cō. c. 1.

CAP. XXIIII.

Laicus semetipsum abscindens, annis tribus communione priuetur, quia suæ vitæ insidiator extitit.

CAP. XXV

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen cōmunione priuetꝰ. Dicit enim scriptura: Nō* vindicabit dominꝰ bis inidipsum. Distin. 81. c. Presbyter, aut diaconus. Naum 1. ca. secūdum aliā literam. al.* vindicauit.

CAP. XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

CAP. XXVII.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vxores accipiant: sed lectores cantoresq; tantummodo. In decr. Iuo. lib. 3.

CAP. XXVIII.

Episcopū, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deiici ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc dominūs docuit. Econtrario vero ipse cum percuteretur, nō repercutiebat: cum maledi ceretur, non remaledicebat: cum Distin. 45. c. Episcopum, aut presbyterum. Esaiæ. 53. c. 1. Petri. 2. d.

cum pateretur, non comminabatur.

CAP. XXIX.

Antio. cōci. cap. 4 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.

CAP. XXX.

Chalce. cō. cap. 2 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: deiiciatur & ipse, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro. Actu. 8. d.

CAP. XXXI.

16. q. 7. c. Si quis episcopus. Si quis episcopus, secularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, al.* quiqui *qui illi communicant.

CAP. XXXII.

Antio. cōci. cap. 5 Si quis presbyter contemnens episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat episcopum in causa pietatis & iustitiæ, deponatur, quasi principatus amator exiſtens: est enim tyrannus. & cæteri clerici quicunque tali consentiunt, deponātur, laici vero segregētur. Hęc autem post vnam & secundā & tertiam episcopi obsecrationem, fieri conueniat.

CAP. XXXIII.

Nic. cō. c. 5 Antio. con. cap. 6 Si quis presbyter aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestrauerat, nisi forsitan obierit episcopus ipse, qui eum segregasse cognoscitur.

CAP. XXXIIII.

Antio. con. cap. 7 Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commēdatitiis suscipiatur epistolis. Et cum scripta detule-

λοιδορού μενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

κζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς λειτουργίας, παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

κη.

Εἴ τις ἐπίσκοπον, διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπὸ ἐμοῦ Πέτρου.

κθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τὸν ἴδιον ἐπίσκοπον, χωρὶς συναγωγὴν καὶ θυσιαστήριον πήξει, μηδὲν κατηγορῶν τοῦ ἐπισκόπου εἰς εὐσέβειαν καὶ δικαιοσύνην, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος, τύραννος γὰρ ἔστιν. ὅσοι αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσδῶνται. οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παραίνεσιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

λά.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου γένηται ἀφορισμένος, τοῦτον μὴ δέχεσθαι ἄλλῳ ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτὸν, εἰ μὴ ἄρα μὴ συγχωρήσας πελεύτησε ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέ-

cū patereť, non cōminabatur.

CAP. XXVII.

Si quis episcopus, aut presbyter aut diaconꝰ ob certa crimina iuste depositus, attingere ministeriū quod aliquando tractauerat, præsūpserit, omnino hic ab ecclesia abscinditor.

CAP. XXVIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hāc dignitatē nactus fuerit, deponitor tam ipse, quàm qui eum ordinauit, & omnino à cōmunione abscinditor, quemadmodū Simon Magus à me Petro.

CAP. XXIX.

Si quis episcopus secularium magistratuū familiaritate vsus, per ipsos ecclesiā nactꝰ fuerit, deponitor: segregātor quoq; à cōmunione, quicunq; cum ipso communionem habent.

CAP. XXX.

Si quis presbyter, propriū aspernatus episcopū, seorsim conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopū in pietate ac iustitia condēnarit, deponitor, quasi qui principatū ambiat: tyrānus enī est. Cōsimiliter & reliqui clerici, qui suū illi calculum apponunt, laici vero à cōmunione segregantor. Atq; hæc post vnam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

CAP. XXXI.

Si quis presbyter, aut diacō nus per episcopū à cōmunione excluſus sit, hunc neutiquā ab alio fas esto susciꝑi, quàm ab eo, qui ipsum à cōmunione excluſit, nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum à cōmunione segregauit, defunctus sit.

CAP. XXXII.

Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine cōmendatitiis suscipitor literis. & si eas obtulerit, attētius

Universidad de Deusto
Biblioteca

in disquisitionem vocantor. Et quidē si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

CAP. XXXIII.

Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, haberēque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius voluntate quicquam agere insolitum: illa autem sola quenque pro se tractare, quæ ad parœciam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neq; ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim cōcordia erit, & deus glorificabitur per dominum in sancto spiritu.

CAP. XXXIIII.

Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi non subiectis ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatē eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse cōuictus fuerit: deponitor tam ipse, quàm etiam hi quos ordinauit.

CAP. XXXV.

Si quis ordinatus episcop⁹, ministerium & curam populi sibi cōmissam non susceperit, hic à cōmunione seiunctus esto tandiu, donec susceperit, (obedietiam accommodans. Similiter autem & presbyter, & diaconus) Si vero nō prę vluntate sua, sed præ malitia populi nō susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerusve ro ei⁹ ciuitatis à communione segregator, eo quòd tā inobedientem populū non corripuerint.

CAP. XXXVI.

Bis in anno episcoporum celebrator synodus, & pietatis inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas contentiones amoueant, semel quidem quarta septimana penteco - stes, secundo vero duodecimo die mensis Hyperberetæi, id est, iuxta Romanos quarto Idus Octobris.

Hyperberetæus apud Asiæ populos, & Macedones October Græce dictus.

CAP. XXXIX.

Omnium negociorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut deo contemplante dispensęt, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis quæ dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret, * nec eorum occasione ecclesiæ negocia* deprædetur.

*al.ne

*al.deprędentur.

CAP. XL.

Presbyteri & diaconi prēter episcopum nihil agere pertentent. Nam domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifestæ, res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, vt potestatem habeat de propriis, moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere. * Nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ episcopi esse probantur, intercidant. fortassis enim aut vxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud deum & homines, vt nec ecclesia detrimētum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus vel eius propinqui, sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidāt, qui ad eum pertinēt, morsq; eius iniuriis malæ famę* subiiciatur.

*al.ne

*al.subiaceat.

CAP. XLI.

Præcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesiæ res tatis inter se dogmata in disquisitionem vocanto, neque non in ecclesiis incidentes contradictiones dirimunto, semel quidem quarta feria pentecostes, secundo duodecima Hyperberetæi.

CAP. XXXVII.

Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante deo. Non licitum autem ei esto, quippiam ex iis sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, vt pauperibus subministrato: nō tamen horum prætextu res ecclesiæ venundato.

CAP. XXXVIII.

Presbyteri & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

CAP. XXXIX.

Manifestæ sunto priuatæ res episcopi, (si modo & priuatas habet) manifestę item sunto dominicæ, vt priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnunquam vxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud deū, pariter & homines, simul ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædātur, aut etiā qui illū generis proximitate cōtingunt, incidant in negocia, eiúsque mors implicetur diffamationibus.

CAP. XL.

Præcipimus, vt episcopus res ecclesiæ in potestate ha-

κρίνεσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν ὦσι κύριοι τῆ εὐσεβείας, πρόσθες χέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, πῶς χρεία αὐτοῖς ὧν χορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε. πολλὰ γὰρ κατὰ σπουδὴν γίνεται.

λγ.

Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι περίττὸν πράττειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ἃ κατὴ αὐτὸν παροικίας ἐπιβάλλει, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν χώραις. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς τῶν πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

λδ.

Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν αὐτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὸν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

λε.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ κατεδέχετο πῶς λειτουργίαν, ἐπὶ πῶς φρονήσαι τοῦ λαοῦ πῶς ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφορίσομέν τυγχάνῃ μ; ἕως ἂν καταλέξηται. εἰ δὲ μὴ δεχθείη, δυ παρὰ πῶς ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ πῶς τοῦ λαοῦ μὴ χθρίαν, αὐτὸς μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆ πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαὸν ἀνυποτάκτου παιδεύεται οὐκ ἐγένοντο.

λς.

Δεύτερον τοῦ ἔτους συνόδους γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, ἐν ἀναιρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆ εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμφυομένας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, ἅπαξ μὲν τῆ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆ πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπὲρ βδόμῃ τοῦ Ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

Tulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur, & si prædicatores pietatis extiterint. Sin minus, nec quæ sunt necessaria, subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proueniunt.

CAP. XXXV.

Episcopos gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiam gerāt, quàm illa sola singuli, quæ parœciæ propriæ, & vilis quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat * aliquid. sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur deus per Christum in spiritu sancto. Antio.con. cap.9.

*al.aliquid in eorū parœciis.

CAP. XXXVI.

Episcopum nō audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus & villis, quæ illi nullo iure subiectæ sunt. Si vero cōuictus fuerit hoc fecisse præter eorum conscientiam qui ciuitates ipsas & villas detinent: & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati. Antio.con. ca.15

CAP. XXXVII.

Si quis episcopus non susceperit officium, & curam populi sibi commissam, hic communione priuetur, quoadusque consentiat, obedientiam commodans: similiter autem & presbyter, & diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus fuerit, nō pro sua sententia, sed pro malitia populi. ipse quidem maneat episcopus, clerici vero ciuitatis cōmunione priuentur, eo quòd eruditores inobedientis populi non fuerunt. Antio.con. cap.18

CAP. XXXVIII.

Bis in anno episcoporum concilia celebrentur, vt inter Nic.cō.c.5 Antio.con. cap.20

λζ.

Πάντων πῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω πῶν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ὡς χορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπωλείτω.

λή.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. ἐκείνου γὰρ ἐστὶν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ πῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀποδώσων.

λθ.

Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (ἔστι γὰρ καὶ ἴδια) καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἔθος ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ δικέτας. δίκαιον γὰρ παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε πῶν ἐκκλησίαν ζημίαν ἀνάπομπεῖν, ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας πραγματείας ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῶν διὰ δυσφημίας πῶν βλάπτεσθαι.

μ.

Προσήκει μὲν τὸν ἐπίσκοπον τῆς οὐσίας ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πρα-

Hyperberetæus apud Asiæ populos, & Macedones October Græce dictus.

*al.ne

*al.subiaceat.

12.q.1.c.Præcipimus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

beat. Nam si preciosæ hominum animæ fidei eius committendæ sunt, multo vtique magis oportuerit & de pecuniis mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore dei, summaq; sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantũ ad necessarios suos, & hospitio exceptorum fratrum vsus opus habet, ne quomodo ipse posteriore loco habeatur, quàm cæteri. Ordinauit enim lex dei, vt qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites vnquam suis annonis arma hostibus inferant.

CAP. XLI.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget: vel desinito, vel deponitor.

CAP. XLII.

Subdiaconus, aut cãtor, aut lector, qui cõsimilia facit, vel desinito, vel à cõmunione seiungitor. Similiter & laici.

CAP. XLIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras à mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

CAP. XLIIII.

Episcop⁹, aut presbyter, aut diaconus, qui cũ hæreticis preces cõiunxerit dũtaxat, à cõione suspẽditor. Si vero etiã ipsos tanquã clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

CAP. XLV.

Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim cõuentio inter Christum & Belial? Aut quæ particula fideli cum infideli?

CAP. XLVI.

Episcopus, aut presbyter, si eum qui verum baptisma habeat,

πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς πιστευθῆναι δεῖ, πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι ἐπὶ τῶν χρημάτων φυτέλλεσθαι ὥστε κατὰ πᾶν αὐτὸ ἀξιοῦσθαι οὐσίαν διοικεῖσθαι ἐπὶ τοῖς δεομένοις διὰ προσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι, μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης ἐυλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν δεῖ (ἔγωγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῷ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενωμένων ἀδελφῶν, ὡς καὶ τὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου διατρέφεσθαι, ἐπεὶ δουλεύειν στρατιῶται ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέροντι.

μά.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μβ.

Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκοί.

μγ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκοις ἀπαιτεῖν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευχόμενος μόνον, ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς λειτουργεῖν τι, καθαιρείσθω.

με.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προσήκομεν. τίς γὰρ συμφώνησις τῷ χριστοῦ πρὸς βελιάρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

μς.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα

res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique sollicitudine ministrẽtur. Ex iis autem quibus indiget, (si tamen indiget) ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum vsus ipse percipiat, vt nihil eis possit omnino deesse. Lex enim dei præcipit, vt qui altari deseruiunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit. Ibidem. c. Ex iis aũt.

CAP. XLII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietati deseruiens: aut desinat, aut certe* damnetur. Lenit in plũribus capit. & Deu. 18. a 1. Cor. 9. a

CAP. XLIII.

Subdiacon⁹, vt qui altari deseruiunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit. Dist. 33. c. Episcopus aut presbyter. *al. deponatur. *al. cõmuniõe priuetur.

CAP. XLIII.

Subdiacon⁹, vt qui altari deseruiunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit. Dist. 47. Episcopus aut presbyter. Et in dec. Iuo. lib. 3. vbi additur, dãnetur & cõmunione priuetur.

CAP. XLIIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens: aut desinat, aut certe damnetur.

CAP. XLV.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit tantummodo communione priuetur: si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

CAP. XLVI.

Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? 2. Cor. 6. c

CAP. XLVII.

Episcopus, aut presbyter, si eum qui secundum veritatem Dist. 32. ca. preter. §. secundũ sententialiter.

τὸ habuerit baptisma, denuò baptizauerit, aut pollutum ab impiis non baptizauerit: deponatur, tanquam deridens crucem & mortem domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus iure discernens.

CAP. XLVIII.

Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur.

CAP. XLIX.

Si quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum domini non baptizauerit, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abiiciatur. Matth. 28. d

CAP. L.

Siquis episcopus aut presbyter, non trinam mersionẽ vnius mysterij celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis dominus, in morte mea baptizate: sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De cõsecra. dist. 4. c. Si quis presbyter. Et i dec. Iuo. lib. 1. Matth. vlt.

πίσμα ἐὰν ἀνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν καὶ σαυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας ἀληθῶς φυσιολογέων.

μξ.

Εἴ τις λαϊκὸς πρὸ ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

μή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ πρὸ τοῦ κυρίου διάταγμα, εἰς μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱούς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

μθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καταδεικνύσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Matth. vlt.

ν.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὸν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ ἡ ἐκκλησία ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

να.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπισχόντα τῶν ἐφόντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλὰ ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ χριστὸν εἰπόντα, χαρὰ ἐπιγίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

νβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν

beat, iterum baptizauerit, aut pollutum ab impiis non baptizauerit: deponitor, vt qui crucem & mortem domini derideat, neque discernat veros sacerdotes à sacerdotibus impostoribus.

CAP. XLVII.

Si quis laicus cum suam à se vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam: à communione segregator.

CAP. XLVIII.

Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in patrem, & filium, & spiritum sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

CAP. XLIX.

Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vnam duntaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptizate, sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

CAP. L.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio nuptiis & carnibus & vino abstinuerit, nõ propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationẽ oblitus quod omnia pulchra valde, & quod masculum & fœminam deus creauit hominẽ, sed diffamationibus lacessens creationẽ deivo cat ad calũniã: aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter & laicus.

CAP. LI

Si quis episcopus, aut presbyter, eum qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit: deponitor, eo quòd Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

CAP. LII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non vtatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, idq; per abominationẽ, non propter exercitationem ad cultũ pietatis: deponitor, tanq; qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis autor ſit offendiculi.

CAP. LIII.

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor, excepto tamen eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

CAP. LIIII.

Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui nó maledices.

CAP. LV.

Si quis clericus contumelia affecerit preſbyterum aut diaconum, à communione ſegregator.

CAP. LVI.

Si quis mancum aut mutum ſurdumúe aut cæcum, aut eum cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

CAP. LVII.

Epiſcopus aut presbyter qui negligentius circa clerum vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione ſegregator. Si vero in ea ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

CAP. LVIII.

Si quis epiſcopus aut presbyter clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, à communione reiicitor. Sin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

CAP. LIX.

Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

CAP. LX.

Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione aut adulterio aut quacunq; alia actione prohibita, & conuictus fuerit: in clerum non perducitor.

CAP. LXI.

Si quis clericus per metum humanum vel Iudæi vel Græci vel hæretici negauerit, ſiquidem nomen Chriſti, ab eccleſia reiicitor: ſi vero nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, vt laicus recipitor.

CAP. LXII.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,

νε κρεῶν καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἀσθένειαν, καθαιρείσθω ὡς πεκαυτηριασμένος πῶς ἰδίᾳ ἁμαρτάνων, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γενόμενος.

νγ.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν καπηλείου φωραθείη εἰσιών, ἀφοριζέσθω, πάριξ τοῦ ὢν ὁδοιπορεῖν ἢ ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύσαντος.

νδ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄξιον γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

νε.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει πρεσβύτερον ἢ Διάκονον, ἀφοριζέσθω.

νς.

Εἴ τις χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

νζ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς πῶς εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

νη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τινος τῶν κληρικῶν ὑβρίσας ὄντος, μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

νθ.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῇ ἐκκλησίας ἀκοσμίᾳ ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ ἢ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ξ.

Εἴ τις κατηγορία γίνεται κατὰ πίστεως πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ ἀγέσθω.

ξα.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον ἰουδαΐσῃ, ἢ ἕλλην, ἢ αἱρετικὸς ἀρνήσεται, εἰ μὲν τὸ ὄνομα χρίστου, ἀποβαλλέσθω. εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

ξβ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος,

νος, ἢ ὅλως τῶν καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπαγορεύει. εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν, ἀφοριζέσθω.

ξγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν συνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

ξδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνει, καθαιρείσθω διὰ πολὺ προπέτειαν αὐτοῦ. εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν, ἀφοριζέσθω.

ξε.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τῇ κυριακῇ ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.

ξς.

Εἴ τις παρθένον ἁμνησίκακον βιασάμενος ἔχει, ἀφοριζέσθω. μὴ θέλειν δὲ αὐτὸν ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν, ἣν ἡρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, εἰ μή γε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει χειροτονίαν. τοὺς γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξη.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης πλὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν μὴ νηστεύσει, καθαιρείσθω. ἐκπόδιον μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἔμπορος δίζοιτο. εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν, ἀφοριζέσθω.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύσῃ μετὰ τῶν ἰουδαίων, ἢ συνεορτάσῃ μετ' αὐτῶν, ἢ δέξεται παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἢ τοιοῦτον, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.

ο.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς ἱερὰ εἰδώλων, ἢ εἰς

nus, aut omnino quicunq; ex ſacerdotali conſortio, comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut à beſtiis abreptũ, aut ſuffocatum, deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit, à communione excluditor.

CAP. LXIII.

Si quis clericus aut laicus ſynagogam Iudæorum aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat: deponitor, & à communione ſecluditor.

CAP. LXIIII.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu ac pulſatione intereme rit: deponitor propter temeritatem ſuam. Sin vero laicus ſit, arcetor à communione.

CAP. LXV.

Si quis clericus dominicũ diem aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Sin laicus, è communione eiicitor.

CAP. LXVI.

Si quis virginem ſibi non deſponſatam, admota vi detinet, à communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

CAP. LXVII.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quàm qui ipſum ordinauit, niſi fortè conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus baptizati aut ordinati ſunt, hi neq; fideles, neq; clerici eſſe poſſunt.

CAP. LXVIII.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, ſacram quadrageſimam paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceuem non ieiunauerit: deponitor, præterquã ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

CAP. LXIX.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorũ conſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut cõmunem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor: ſi laicus, à communione ſegregator.

CAP. LXX.

Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium, aut in ſynagogam ludæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, à cõmunione excluditor.

CAP. LXXI.

Si quis clericus aut laicus ceram aut oleum ex ſancta ſurripiat eccleſia, à communione ſeiungitor.

CAP. LXXII.

Vas aureum & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteumue nemo amplius in ſuos vſus aſſumito: iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

CAP. LXXIII.

Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines, ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus cõuictúsve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit, ſecunda quoq; vice vocator, miſſis duobus ad ipſum epiſcopis: quod ſi per cõtumaciam ne ſic quidem comparuerit, ſynodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiam, ne quid, tergiuerſando detrectandoq; iudicium, lucri facere videatur.

CAP. LXXIIII.

In dictionem teſtimonij contra epiſcopum hæreticus non admittitor, ſed neq; fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

CAP. LXXV.

Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. Neq; enim eccleſiam dei conferre debet in hæredes. Enimuero, ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

CAP. LXXVI.

Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

CAP. LXXVII.

Qui vero mutus, ſurdusue, & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor: non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

CAP. LXXVIII.

Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.

CAP. LXXIX.

Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

ἢ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ζυ ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅψῃ ει, ἀφοριζέσθω.

οε.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆ ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.

οϛ.

Σκεῦος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνιον μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκοιαν χρῆσιν σφετερίζεσθω. πρόνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οζ.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἢ σώσαι ἀποφαινέσθω κατ' αὐτὸ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγόνικος.

οη.

Εἰς μαρτυρίαν πλὴ κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς σωθήσεσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, ἐὰν ἄξιος γένεσθω.

οθ.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα,

ἢ ἐκ φαύλου διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν μηδὲ πρόπειραν ἐπιδεδεγμένον ἕτερον εἶναι διδάσκαλον. εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

π.

Ἐπομνῦ, ὅτι δεῖ τὸν χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθίστασθαι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσκαρτερεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ περὶ τούτων τὸν μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρεῖσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν κατὰ κυριακὴν παραίνεσιν.

πά.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆ τῶν δεσποτῶν γνώμης, ἀναρρωσὶν τὸ τοιοῦτον ἐγκάρζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ δικέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, διὰ καὶ ὁ ἡμέτερος ὁνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσιν, καὶ τοῦ οἴκου ἀζιατασελοῦσι, γινέσθω.

πβ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος σχολὴν ἀσχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος, καίσαρι. καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, θεῷ

πγ.

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, τιμωρίαν τινυέτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

πδ.

Ἔσω πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, οἱ μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μώσεως πέντε, γένεσις, ἔξοδος, λευϊτικὸν, ἀριθμοὶ, δευτερονόμιον. ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἓν. κριτῶν ἓν. ῥοὺθ ἓν. βασιλειῶν τέσσαρα. παραλειπομένων οἱ βίβλοι δύο. Ἔσδρας ἓν. μαχαβαϊκῶν βίβλοι δύο. ἰωὴλ ἓν. ψαλτήριον ἓν. Σολομῶντος τρία, παροιμίαι, ἐκκλησιαστὴς, ἆσμα ἀσμάτων. προφητῶν δεκαδύο. ἓν ἡσαΐου. ἰερεμίου ἓν. ἰεζεκιὴλ ἓν. Δανιὴλ ἓν. Ἔξωθεν δὲ προσιτέον ὑμῖν μανθάνειν ὑμᾶς τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς συραχ.

Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἔστι οἱ καινῆς διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. πέτρου δύο. Ἰακώβου μία. Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις

tus eſt, aut ex cõuerſatione praua, eum iuſtum nõ eſt protinus promoueri in epiſcopum. Iniurium enim eſt, eum, qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

CAP. LXXX.

Dicimus, quod non oporteat epiſcopum, aut presbyterum, publicis ſe adminiſtrationibus immittere, ſed vacare, & commodum ſe exhibere vſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito, hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum dominicum. Matth. 6.c.

CAP. LXXXI.

Serui ſi in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando vero ſeruus quoq; gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit, & domini conſenſerint, manuq; emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

CAP. LXXXII.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui militiæ vacauerit, & ſimul vtrunque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ dei, deo. Lucæ. 20.c.

CAP. LXXXIII.

Quiſquis imperatorem aut magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicium luito. & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, à communione remouetor.

CAP. LXXXIIII.

Sunto omnibus vobis, clericis ſimul & laicis venerandi ac ſacri libri, veteris quidem teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Heſter vnus, de Machabæorum geſtis tres, Iob vnus, Pſalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, Eſaiæ vnus, Hieremiæ vnus, Iezechiel vnus, Daniel vnus. Inquiritor autem à vobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri addiſcant item ſapientiam eruditi Syrach.

Noſtra vero, hoc eſt, noui teſtamẽti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Pauli epiſtolæ quatuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis epiſcopis per me Clemẽtem in libris octo nuncupatæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuncupatæ sunt,quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in se continent.Et actiones nostras apostolorum.

βιβλίοις προσπεφωνημένα, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύεσθαι ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. ἡ δὲ πρᾶξις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

τέλος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

FINIVNT APOSTOLORVM CANONES PER Gregoriũ Haloandrũ è Græco in Latinũ recenter versi. De quibus ita scribit Gregorius Haloander in epistola ad amplissimos reipub. moderatores Norẽbergen. Apostolicos canones, quos sanctus Clemẽs Petri in episcopatu successor, quo veluti amanuensi vsus est etiam Paulus apostolus, adiicere compulit necessitas. in nullis autem libris Latinis (quos equidem viderim) extat perfectus illorum numerus, tam etsi multoties in linguam latinam versi legantur. Inter cæteros vero à Dionysio quodam ad Stephanum põtificem, precibus Laurentii fratris adducto,qui priscæ translationis imperitia offendebatur.Sed quæ calamitas eos Romanis hominibus ademerit,non meum est dicere. Illos certe non audimus, qui ab hæreticis incerto autore compositos esse scripserunt, quando vltra longæuam & constantem in ecclesia opinionem, sancta etiam sexta synodus, cum in controuersiam denuo vocarentur,grauissima sententia eos agnouerit, cuius synodi omnia capitula postea approbauit Hadrianus papa, vt de Iustiniano taceam,qui expressis verbis eos apostolis tribuit.

Hæc ille Gregorius Haloander.

IN ERVDITAS SIMVL ET CHRISTIANAS ALI- G
quot epistolas veterum pontificum,qui à Christo nato annis CCC.
Romanæ ecclesiæ præfuerunt Io.Sichardi præfatio.

INTER eos quorum egregia sunt in nostra secula merita, humanissime lector,hi mihi potissimum videntur bene no bis consulere,qui huc operam suam cõdicunt,vt pietas,cuius iandiu ne nomen quidem satis tenuimus,quamproxime H hominibus commẽdetur: & inde hauriatur maxime,vbi de impostura ne quidem tantula possit in mentem venire suspicio.Eiusmodi vero sunt libri quos nunc bibliacos vocamus,& vt quisq; his propius accesserit: quales fuisse in animum nobis inducimus eos,qui ipsis partim apostolorum temporibus vixere,partim tam fuere vicini,vt id quod ad Christi ecclesiam, moresq; pie formandos pertineret, ab ipsis apostolis,tanquam per manus acceperint.In quorum numero hauddubie an- I tiquissimi quiq; pontifices Ro.fuere,eos dico qui à Christo nato annis plus minus CCC.sedi præfuerunt, viri cum vitæ sanctimonia insignes, tum singulari eruditione præditi:in quorum vita,doctrina,moribus, vt non sit cuiquam procliue quicquã arrodere, ita videntur mehercle digni, quorum scripta in hunc vsq; diem,quod ego saltem sciam,orbi incognita, in manibus habeantur: præsertim cum pleraq; hodie ecclesiæ eiusmodi videantur, quæ cum ferri diutius non possint, vix tamen appareat, ita rebus passim exulceratis, ratio qua possint K corrigi.Et qui id agere ingrediantur, non paulò sint & impudentiores & stolidiores,quãm illiipsi qui vulgò creduntur,legibus in nos suis plus sibi satis indulsisse,atq; in his omnibus & ferendis & antiquandis, magis in consilio ambitionem,auaritiam,tyrannidisq; affectationem habuisse, q̃ rei Christianæ bene administrandæ studiũ. Quod vt donem de nonnullis, nec enim obscurum id est, nec tale quod à quouis negari possit,non tamen largiar,omnibus fuisse eandem mentem,iisq; præcipuè qui diuum Petrum secuti,in extrema rerum omniũ in- L opia,cum desperatissimis hominũ moribus confligentes,contra insidias,insultus improborum,atq; exquisita tormentorũ genera, in quæ pro Christi gloria volentes inciderunt, nihil animi habuisse mihi persuadeo, q̃ vt officium, quod tot nominibus viderant Christum Petro commendasse,pro dignitate admini strarent.Quos epistolæ illæ,locupletissimi animorum testes,satis vindicant ab his vitiis, à quibus,fateor, non ita multum abhorruerunt hi qui annis ab hinc aliquot, vicarios se Christi professi sunt. Eos vero nostra ætate cum quidam in ordinem cogere instituunt, à ceremonis tanquam auspicato exor- M diuntur,& quod minime oportebat,malarum causam cum optimis quibusque coniungunt,vt videantur frustra laboraturi, quicunq; iam populo persuadere contendant,fuisse vnquam bonũ pontificem,eò quod quædam cum essent anti quitus honestis de causis recepta,& libere, ea cœperint durius exigere tanquã pensum nouitii pontifices. Nec interim considerant, quod ea quæ tum sunt à Christianæ religionis proceribus cõstituta, ad istius ætatis genium ita fuerunt attemperata,vt vel ceremoniis,vel affectata etiã pietatis specie,paucitati Christianorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A stianorum duxerint succurrendum. Nunc vero cum huc ventum est dei benignitate, vt lenociniis eiusmodi amplius non debeat esse locus, quis neget, posse quædam iure optimo, adeoq; bono nostro mutari? Nec enim hac vna in re tam stulte veterum debemus esse tenaces, vt præ his, quæ humanitus ad hoc poterãt seculum magis è re nostra accommodari, fastidiamus. Imò hoc vel vnicum debebat esse ecclesiæ antistitibus studium, ne quid hic innolescere per negligentiã
B garent, si qua modo eius essent generis, quibus iam cumvsus nullus esset, superuacaneum nihilo tamen minus locum vsu cepissent, ne cum fœdis nõnullis abusibus patrocinamur, de his etiam in dubium veniamus, sine quibus ne quidem vllo pacto id quod Christiani dicimur, tueri poterimus. Nam abrogandarum ceremoniarum tanta nonnullos libido incessit, vt in vniuersum citraq; delectum omnes pessundare gestiant. Quod vt consequantur, nunquam tamen defuturi sunt, qui tanquam loco motis, alias succenturiant, easq;, vt ferè fit, deteriores.
C Etenim inter multos hodie sacra tractantes, quotus quæso quisq; est, qui non angue peius oderit id omne, quod vel ceremoniæ speciem habet? eò quod aliò sunt fortè detortæ, q̃ essent ab initio institutæ. At quid non potius rem ad fontes reuocant, & in viam redigunt, quod suapte natura frugi erat, at seculi vitio fermentatũ est? Mea ergo in his, aliisq; id genus rebus hæc est sententia, vt prin
cipio spectandum putem, sitne vel mica honestæ frugis in his: quod si vel tantu
lam deprehenderis, non id tolli è medio, quemadmodum ingressi sunt nonnulli
D facere, sed quoad fieri potest quàm emendatissimum prorogari cupiam. Ad hoc vero vtamur epistolis illis tanquam amussi, quæ, vt alia taceam sanè plurima, tanta sunt scriptæ eruditione ac prudentia, vt planè magnam me à bonis omnibus gratiam inturum confidam, nimirum ea proferens, quæ citra inuidiam, id quod fuit mihi magnopere optandum, poterant pontifices, episcopos, presbyteros, demum omnes sui officii admonere, & simul veluti digito viam ostendere, qua possint, ipsis etiam pontificibus autoribus, nõnulla tollere, in quæ tanto videmus quosdam stomacho vociferari: & desinant tandem rerum imperi-
E ti impetum facere in ea, quæ sunt tanto mon modo seculorum, sed & ecclesiarum inter se consensu asserta. Nec interim puto quẽquam esse paulò cordatiorem, qui neget per ceremonias quasdam veluti nebulas stare, ne clare agnoscatur Christus, ita vt maxime expediebat. Eas tamen si tollas, cogas plebem per se animi, iudiciiq; expertem, planè obrutescere, dum altissimarum rerum, vt quas * assequi nequeat, cogitationem abiicit, & illis quæ vtcunq; Christum eis adumbrant, interdicitur. Vale.

A ARGVMENTVM PRIMAE EPISTOLAE CLEMENTIS, PER IOAN. SICHARDVM.

NOn admodum his repugnauerim qui epistolam istam Clementis, Recognitionibus præfigendam censuerunt, ut quæ à Rufino latinitate donata sit ante recognitiones. Attamen cum in præfatione ad Gaudentium episcopum, Rufinus eius rei ipse meminerit, nolitq; uersionis tempus obseruari, uisum fuit subiniquum, autori iniuriam facere, præsertim huc nos serie historiæ inuitante. Nam quid est uerisimilius, quàm tum demum ad constituendum ecclesiæ statum Petrum animum adiecisse, cum iam uideret mortis diem
B adpetere: Quod uero Clemens hic se primum à Petro episcopum Romæ ordinatum asserit, à Rufino est satis superq; excusatum, dum Apostoli & Episcopi peculiaria munera, inter se differre dicit.

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS PRIMA AD IACOBVM fratrem domini, Rufino Torano Aquileiense interprete.

C CLEMENS Iacobo fratri domini, & Episcopo Episcoporum regẽti Hebræorum sanctam ecclesiã Hierosolymis, sed & omnes ecclesias quæ vbique dei prouidentia fundatæ sunt, cum presbyteris & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. Notum tibi facio domine, quia Simon Petrus, qui verę fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse ecclesiæ definitus est, qua de Ioan.1.f
D causa etiam domini ore cognominatus est Petrus', qui fuit primitiæ Matth.16.e
electionis domini Apostolorum primus, cui & primo deus pater filiũ reuelauit, cui & competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus & conuiua domini & comes effectus tanquam bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique & integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraham, refugiens indicare quod triste est, Quod quidem necesse est, licet tarde proferre. Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate (quam erga omnes homines gerebat) palam cum omni fiducia (aduersante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & regem omnium
E seculorum per orbem terræ, & vsque ad ipsius Romanæ vrbis huius notitiam, vt etiam ipsa saluaretur, inuexit. Hic, inquam, pro pietate pati volens, præsentem vitam finiuit. In ipsis autem diebus (quibus vitæ finem sibi imminere præsensit) in conuentu fratrum positus, apprehensa manu mea repente consurgens, in auribus totius ecclesiæ hæc protulit verba, Audite me fratres & conserui mei, quoniam vt edoctus sum ab eo, qui misit me, domino & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram *trado. Qui mihi ab initio vsque *al.credo
in finem comes in omnibus fuit, & per hoc *veritatem totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseuerans. Quem *præ- *al.virtutẽ
F cæteris expertus sum deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo dei instituuntur) iniurias. Propter quod ipsi trado à domino mihi traditam potestatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quibuscunq; decreuerit in terris, hoc decretum sit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum ecclesiæ regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicunque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, & non feræ bestiæ furore commoueri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ vel potestatem. At ille respondens, Pro hoc, inquit, ne me

*al.ex præteritis In dec. Iuo. lib.5.

13.q.3. Quicunq; contrist. Et infra in epi.1. Alexãdri pap.1.

i rogaueris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogaueris, Hoc enim fieri ſtatutum eſt mihi, & eo magis quo te excuſas, quia hæc cathe- G
dra cum (qui cupit eam & audacter expetit) non requirit, ſed ornatum moribus & in verbis
eruditum. Quod ſi eſſet alius melior, ſi quis mihi alius adiutor tam ſedulus aſtitiſſet, ſi quis
*al.eligeré tam plenæ doctrinæ meæ rationem cœpiſſet, ſed & eccleſiaſticas diſpoſitiones à me tam ple-
ne didiciſſet, habens alium talem, non te *cogerem opus bonum ſuſcipere nolentem. Super-
fluum eſt ergo alium quærere, quum primitias eorum (qui ex gentibus per me ſaluantur, &
præcipue huius vrbis) te primum obtulerim deo. Sed & illud intuere, quia ſi periculum pec-
cati timens, ſuſcipere refugis eccleſiæ gubernacula, certus eſto, quia amplius peccas, quam
Videtur pol liceri inter- ceſſionẽ poſt mortem ſi populum dei velut in fluctibus poſitum & periclitantem (quum iuuare poſſis) ſubterfugis,
tui tantummodo habens conſiderationem, & non quod in commune omnibus expedit, pro- H
uidens. Sed certus eſto, quòd neceſſe eſt, te ſuſcipere omne periculum, quia nec ego pro ſa-
lute omnium ab obſecrando ceſſabo. Quanto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius
*al. mœroris & triſtit. meæ labore rele. *laboris & triſtitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiam hoc, ô Clemens, quòd tibi tædia &
moleſtias, pericula etiam & opprobria ineruditi vulgi indocilisq; conciliem, quæ tu tamen,
ſcio quòd conſtanter & fortiter feras, reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud deum patien-
tiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iuſta ratione perſpicere, quando maxi-
me operatua indiget Chriſtus, nunc quum inimicus aduerſus ſponſam eius commouet bel-
lum, an in futuro tempore, quando iam Chriſtus poſt victoriam triumphabit, nec vltra vl-
lius opera indigebit? Quis non etiam parui ſenſus intelligat, quòd iſtud eſt tempus in quo I
operam tuam Chriſtus requirit? Tota igitur mente in præſenti neceſſitate præbe operam
tuam, & auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas poſt victoriam
reddituro. Libenter ergo ſuſcipe epiſcopatus officium, eo maxime quo eccleſiaſticas diſpo-
ſitiones à me probabiliter didiciſti, vt ſalus eorum (qui per nos confugerunt ad deum ne-
quaquam vacillet. Veruntamen & breuiter te de ipſius diſpenſationis ordine coram omni-
11.q.1. Te quidem bus commonere neceſſarium duxi. Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo
ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus li-
tium fias, neúe in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris, mundialis negotij occaſione
perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem ſecularium negotiorum hodie te ordinare K
vult Chriſtus, ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſſis verbo dei vacare, & ſe-
cundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta nanque opera, quæ tibi minus con-
gruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem diſcentes, id eſt laici, & te nemo occupet
11.q.1. Sicut enim ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen eſt (neglectis
verbi dei ſtudiis) ſolicitudines ſuſcipere ſeculares, ita & vnicuique laicorum peccatum eſt, ni
ſi inuicem ſibi etiam in his quæ ad cõmunis vitæ vſum pertinent, operam fideliter dederint.
Te vero ſecurum facere ex his, quibus nõ debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod
ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diacones edocendi ſunt, vt tibi ſolius ec-
cleſiæ ſolicitudines derelinquant, quo ipſam (vt dignum eſt) diſpenſare ſufficias, & veritā- L
& teipſum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad ſalutem pertinent, ple-
nius ſingulis quibuſque diſtinguere. Et ex eo fiet, vt & tu tanquam qui non docueris quæ ad
*al.puniaris Idẽ in epiſt. Euariſti papæ. In decr. Iuo. lib. 5 Matth. 16.c ſalutem hominum pertinent, *deponaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu
quidem ad hoc ſolum vacato, vt opportune & ſine intermiſſione doceas verbum dei, per
quod ſalutem conſequi poſſint. Illi vero cum tanta reuerentia tua verba ſuſcipiant, tanquam
qui ſciant legatum te & præconem eſſe veritatis, & quodcunque ligaueris ſuper terram, eſſe
ligatum & in cœlo, & quodcunque ſolueris ſuper terram, etiam ibi eſſe ſoluendum, Quoniã-
quidem & tu (vt dixi) quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, ſolues. Et ad te quidem qui præs M
iſta ſint monita, & his ſimilia. Ad presbyteros vero ſint iſta, Ante omnia, vt pudicitiæ ſtu-
dentes, adoleſcentes nuptiis iungant, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præue-
niant. Sed ne in prouectioribus quidem curam habere huiuſcemodi negligant, quia in mul-
tis (etiam quum ſenuerit corpus) concupiſcentia viget, Ne fortè ergo fornicationis la-
bes (occaſione accepta) tanquam venenum peſſimum ſerpat in vobis, cauere & anteuenire
32.quæſt.7. Quid in oĩ bus. Et ĩ de cre. Iuo. li. 7 neceſſarium eſt, ne quòd in vobis adulterij occultum caleſcat incendium. Et quid in omni-
bus peccatis adulterio grauius? Secundum nanque in pœnis obtinet locum, quoniamquidem
primum illi habent qui aberrant à deo, etiam ſi ſobrie vixerint. Propter quod vos ô presby-
ri, eccleſiam excolite, & adornate ſponſam Chriſti ad pudicitiam, Sponſam autem dico omnẽ
eccleſiæ

A eccleſiæ congregationem, Quæ ſi pudica inuenta fuerit à ſponſo ſuo, ingentibus ab eo do-
nis & muneribus honorabitur, & vos velut miniſtri ſponſæ & amici ſponſi ingenti gau-
dio & lætitia perfruemini. Si vero ſponſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa
quidem tanquam indigna *non tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, ſi for- *al.extrude tur à regali- bus
tè per veſtram negligentiam vel deſidiam obrepſerit cõtagio ſæua peccati. Idcirco ante om-
nia ſobrietatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite. Valde enim apud deum graue crimen du-
citur fornicatio, cuius ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe Clemens diligenter ex-
ponet. Veruntamen prima ſpecies adulterij eſt, virum propria vxore ſolummodo non eſſe
contentum, & mulierem non proprio tantum ſeruare ſe viro. Si ergo caſtus fuerit quis, po-
B teſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternam à deo miſericordiam cõſequa-
tur. *Sane ſicut adulterij venenum cunctis malis pernitioſius eſt, ita amor fraternus & cha- 1.Cor.13.d
ritas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres veſtros, & cum religione ac
miſericordia reſpicite ad omnes, Orphanis exhibete voſmetipſos parentes, Viduis viro-
rum curam impendite cum omni caſtitate, quæ neceſſaria ſunt, præbentes. Iuniores tamen
viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, 1.Petri.4.b
quibus victum neceſſarium quærant. Artificibus vero operam præuidete, debilibus miſe-
ricordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, ſi charitatem præ cæteris, & ante o-
mnia in veſtro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fo-
C mentum, ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum menſamque facia-
tis, & inquantum vnuſquiſque præualet, crebrius panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis ſu-
mat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, & cauſa totius boni in huiuſmodi com-
munione conſiſtit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & ſalus. Propter quod communes facite
cibos veſtros cum his, qui ſecundum deum fratres ſunt, quia per hæc temporalia officia,
pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem ſolicitius eſurien- Matth.25.d
tes reficite, & ſitientibus potum date, nudis veſtimentum, ægros viſitate, & eos qui in Item in epi. Euariſti pa- pæ.11.q.1.Si
carcere ſunt (prout poſſibile eſt) iuuate, peregrinos ſatis prompte in domibus veſtris ſuſci- qui ex
pite, Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, omne bonum ipſa per ſe (ſi in vobis fuerit) cha-
D ritas facere vos docebit, ſicut & econtrario eos, qui à ſalute alieni ſunt, omne malum
facere odium docet. Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi
non iudicentur, ſed apud presbyteros eccleſiæ (quicquid illud eſt) dirimatur, & omni mo-
do obediant ſtatutis eorum. Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occaſione
præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras, pro locis quibuſque
æquiſſima cuſtodite, depoſita fideliter reſtituite. Quæ omnia (& ſi qua ſunt ſimilia his) ita
demum ſolicite & diligenter implebitis, ſi futurum iudicium dei ſine intermiſſione in ve-
ſtro corde voluatis. Quis enim peccare poterit, ſi ſemper ante oculos ſuos dei iudicium Eccli.7.d
ponat? Quod in fine mundi certum eſt agitandum, vt tandem qui bene in hac vita egerunt, Matt.25.c.d
E conſequantur bona repoſita, peccatores autem vt conſequantur præparatas pœnas, de qui-
bus ita futuris dubitare omnino non poſſumus. Si quidem hæc omnia ita eſſe ventura, ve-
rus nobis propheta prædixit. Vnde & vos, qui eſtis veri prophetæ diſcipuli, abiicite à cor-
dibus veſtris ante omnia diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne malum o-
pus procedit, & benignitatem ac ſimplicitatem tota mente ſeruate. Quod ſi fortè alicu- Nota de cõ feſſione ſa- cramẽtali.
ius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his (quæ ſuperius memorauī-
mus) latenter irrepſerit, non erubeſcat (qui animæ ſuæ curam gerit) confiteri hæc huic qui
præeſt, vt ab ipſo per verbum dei & conſilium ſalubre curetur, quo poſſit integra fide & ope-
ribus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Diaconi ve- Diſt.93.Dia coni eccleſiæ
F ro eccleſiæ tanquam oculi ſint Epiſcopi, oberrantes, & circunluſtrantes cum verecundia a-
ctus totius eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, &
proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum, & commoneri ab eo poſſit is, qui in
præcipitium lapſurus eſt, vti reuocetur, & non corruat in peccatum. Negligentiores quoq;, &
eos qui rarius ad audiendum verbum dei accedunt, nec ſolicite ad Epiſcopi tractatum conue
niunt, ipſi cõmoneant, & hortentur. Si enim aſſidui ſunt ad audiendum, non ſolũ vitæ æternę
ex ſalubri commonitione capiunt lucra, verum & quæcunq; illæ ſunt triſtitiæ vel mœrores,
quæ ex præſentis vitæ neceſſitatibus & cladibus temporum veniunt *quæcunque ſermonibus *al quæque malorũ ſer- monibus in corde ſuo
ſuis in corde velut iacula defixa circunferunt, abiiciuntur omnia prędicatione veritatis, & vi
tæ æternæ doctrina, & eruditione purgata. Alioquin, ſi multo tempore auditum ſubtrahant

Universidad de Deusto
Biblioteca

*al.deũ amiserũt,spinis

Dist.93.Diaconi ecclesiæ.

à verbo dei, & remaneant in cultu vitiorum, sine dubio *spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo (vt diximus) diaconis cura sit. Sed & eos qui secundum carnem ægrotant, solicite perquirant, & plebi (si fortè plebs ignorat) indicent de his, vt & ipsi visitent eos, & quæ necessaria sunt præbeant eis, cum conscientia eius qui præest. Quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis, similiter episcopo suggerant, refouendis, & cætera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, quòd ipsi instructi sint. De anima enim agitur hominum, Et oportet eum, qui docet & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime esse eruditus, & doctus, irreprehensibilis, maturus, impauidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ vnusquisque habere debeat, prosequar. Veruntamen illud est, quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune seruari, vt concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare, & ciuitatem summi regis (quæ pax nominatur) habitare. Similis namque est omnis status ecclesiæ magnæ naui, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius dominus, ipse omnipotens deus, gubernator vero sit Christus. Tum demum proretæ officium Episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant, nautologis conferantur, epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum vero varietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulationes, & pericula fluctibus exequantur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, *seu praua doctrinæ verba ducantur, promontoria vero & loca confragosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalassa vero loca, quæ duplicibus vnde fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ autem & dolosi, piratis similes habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ *subuersiones, quid aliud æstimanda sunt, quàm peccata? Restat igitur, vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, ita deo precem fundere conuenit nauigantes, vt mereantur audiri. Audiri autem à deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatæ (id est, laici) in suis vnusquisque residеant locis, ne fortè per inquietudinem, & inconditos inutilesq; discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus, per inquietudinem eorum, nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant, & nihil omnino, quod ad diligentiam, vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionē nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter & solicite, gubernatoris verba custodiat Christi. Saluator dominus, gubernator ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac iussis credat, & obediat omnis ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur à cunctis de prosperitate ventorum, vt nauigantes omnem tribulationem, & omne periculum superent, tanquam in mare profundum mundi istius, & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis & ægritudines tolerandas. Insuper & hominum insidiis, ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam nouerint, sed aliquando etiam congregãdos, vomitus quoque & suggillationes ferendas, quum ex confusione peccatorum & reiectione criminum, velut male congregatis in viscеribus, fellis iactura facienda est, & abiicienda prorsus è corde, omnis intrinsecus, quæ latet amaritudo peccati, si qua fortè ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam vtique quum euomuerit quis, & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Verũtamen scitote cuncti, quòd supra omnes vos laboret Episcopus, quia vnusquisq; vestrum suum laborem fert, ille vero & suum & singulorũ. Propter quod, ô Clemens, tanquam qui omnibus præesse te noueris, singulos (prout potueris) iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus, & solicitudinem portas. Vnde & ego nunc

*al.probæ

*al, subuersiones.

nunc hanc tibi iniungens dispensationem, scio, quia accipio gratiam magis, quam præsto. Sed esto confidens, & fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum recipies, quum ad portum quietis incolumẽ hanc prouexeris nauem, vbi mercedes & præmia pro omnium salute susceptis, si hic pro omnium incolumitate vigilaueris. Itaque si te multi è fratribus propter rigorem iustitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex huiuscemodi odiis amor tibi conciliabitur dei. Et ideo satage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à pessimе agentibus diligaris, sed potius propter iustitiæ dispensationem, & æquissimam regulam disciplinæ, à Christo collaudari merearis. Hæc quum dixisset, & his similia quam plurima, rursum respiciens ad populum, dixit. Sed & vos charissimi fratres, & conserui mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, scientes, quòd si quis hunc contristauerit, Christum qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec deum patrem susceпisse iudicabitur, & ideo nec ipse susciपietur in regno cœlorum. Propter quod satagite, ad omnem collectam & congregationem semper conuenire, vt non velut negligentes & desides à iudice Christo condemnemini. Conuenientes vero semper ad Clementem date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio fauorem vestrum erga ipsum dependere, scientes, quia propter singulos vestrum ipsi magis soli infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitat bella. Oportet ergo vos summo studio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu, Sed & vos quoque ipsi vnanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & consensu & vnanimitate possitis. Propter quod & vos salutem consequi, & ille possit, obtemperantibus sibi vobis, promptius impositi oneris pondus euehere. Quædam ex vobis etiam ipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia, Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, quum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare volunt ecclesiam dei, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ *inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat. Et quum hæc dixisset in medio coram omnibus, manum mihi imposuit, & in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Quúmque sedissem, hæc ad me rursum loquutus est, Deprecor te, ô Clemens, coram omnibus, qui præsentes sunt, vt posteaquam (sicut naturæ debitum est) vitæ præsentis finem fecero, Iacobo fratri domini, descripta breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem *animos gesseris, sed & qualiter mihi ab initio vsque ad finem comes itineris, & actuum fueris, quæq; per singulas ciuitates (me disputante) solicitus auditor exceperis, quíque in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in hac vrbe repererit (sicut dixi) omnia, quàm potes, breuiter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec vereris, ne fortè multum de meo exitu contristandus sit, quum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quòd post me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorans, diuini verbi *mysterium, ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit enim, quia si indoctus & inscius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli, & auditores ignorantiæ tenebris obuoluti, in interitum demergentur. Vnde & ego, mi domine Iacobe, quum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere, quod iusserat, indicans tibi, & de hisipsis, simul & de illis breuiter comprehendens, quæ per singulas quasque vrbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit, quamuis tibi de his plurima iam, & plenius ante descripta, ipso iubente transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi, id est, Clementis itinerarium, non prædicationis Petri. Sed & nunc exponere iam, quæ præcepit (domino opem ferente) incipiam. Pœnitemini, inquit, & veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Christiano censentur vocabulo, patrem, & filium, & spiritum san-

*al.inimici

*al.annos

*al.ministerium

Dist.93.Et i epi. decret.3 Anacle. pæ cuius ini tiũ est, Bene dictus deus, Et similiter Fab. papæ, quæ incipit, Diuinis præceptis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum vnum deum, & dominum veraciter credere, & confiteri, eumq; tota mente, & toto G
corde, & tota virtute diligere, & proximos suos tanquam semetipsos, docibilésque esse vs-
Hebr.11.a. que ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda summopere oportet. Fides enim & dilectio,
Act.1.2. totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere deo nemo poterit. Christo itaq;
resurgente & ascendente in cœlum, misso sancto spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet ecclesia, vnusquisque, quod
sensit, dicendo, condiderunt, vt discedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes
prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credu-
litatis ostenditur, & vnius dei omnipotentis (id est, sanctæ trinitatis) æqualitas declaratur, & H
mysterium incarnationis filij dei, qui pro salute humani generis à patre de cœlo descen-
dens, de virgine nasci dignatus est, quoquo ordine, vel quando mortem pertulerit, quomo-
do sepultus surrexerit, & in carne ipsa cœlos ascenderit, ad dexterámque patris consederit, &
iudex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contule-
rit, & resurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, sic do-
cuerunt. Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. Et hoc prædicti sancti apostoli in-
ter se, per spiritum sanctum salubriter (vt dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium,
quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in
præfato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur. Et quod in
primordio eiusdem symboli præponitur, credo in deum patrem omnipotentem, præclarum I
Rom.10.b fidei testimonium, & fundamentum in prima fronte monstratur, quia saluus esse poterit,
Psalm.115. qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentem ad deum, quoniam corde creditur
Rom.1.b ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem. Vnde ait propheta, Credidi, propter quod lo-
Abac.2.a quutus sum. Et illud, Iustus ex fide viuit. Et, nisi credideritis, non intelligetis. Ergo in rebus
Esaiæ.7.b humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Vnde cre-
dendum est in deum, à quo tam præsens vita, quàm futura tribuatur. Deus autem appellatio
est substantiæ sempiternæ, siue timoris diuini. Igitur deus sine principio, sine fine, simplex,
incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem autem quum audis, agnosce quod habeat filium
veraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet, & dominus, qui habet cui do- K
minetur. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius vere filius est verbum, &
speculum, & character, & imago viuens patris viuentis, in omnibus patri similis, eiusdem
naturæ. In diuinitate genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur, quomodo ge-
Esaiæ.53.c nuit filium, quod & angeli nesciunt, prophetis incognitum est. Vnde illud dictum est, Ge-
nerationem eius quis enarrabit? Quam secretam originem cum proprio filio, nouit ipse solus
qui genuit, Nec deus à nobis discutiendus est, sed credendus, qui in nobis ipsis nescimus, quod
Psalm.109. sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mens nostra ge-
Baruch.3.d nerat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait propheta, In splendo-
Ibidem. ribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Et illud, Hic deus noster, & non reputa- L
Matth.22.d bitur alter ad eum. Et post, In terra visus est, & inter homines conuersatus est. Diligere er-
go deum, vnumquemque ex toto corde, & ex tota anima (vt præfixum est) & ex tota fortitu-
dine oportet, & proximum tanquam semetipsum, respondente domino cuidam scribarum,
Marci.12.c ac dicente, Primum omnium mandatum est, Audi Israël, dominus deus tuus, deus vnus est,
Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua
& ex tota virtute tua, hoc est primum mandatum. Secundum autē simile est illi, Diliges pro-
ximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est, quod maius est om-
nibus holocaustomatibus & sacrificiis. Vnde & in veteri testamento scriptum habetur, Quod
Tobiæ.4.c tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Et dominus ait, Omnia quæcunque vultis vt faciant vo- M
Matth.7.b bis homines, & vos facite similiter illis. Quibus vtrisque mandatis, per vnum malitia com-
Lucæ.6.e pescitur, & per *aliud benignitas propagatur, vt ne malum quis inferat, sed bonū impendat.
*al.alterum Primum, vt caueat lædere, Secundum, vt norit bonū præstare. Si enim fratrē quem vides non
Ioan.4.d diligis, deum quē non vides, quomodo potes diligere? Sic ergo nos docet exercere curam no
stram, vt non dimittamus curam vestram, & sic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi,
Cant.8.b Quia dei dilectio morti comparatur, dicente sapientia, Valida est dilectio vt mors, idcirco
Ioan.14.c quia sicut mors violenter separat animam à corpore, ita dilectio dei separat animam violen
Iohel.14.c. vel Ioá.15.b ter à mundano & carnali amore. Qui enim (dominus inquit) diligit me, mandata mea ser-
uabit. Nam qui dei præcepta contemnit, deum non diligit. Vnde scriptum est. Nolite putare ꝙ

maneatis

A maneatis in dilectione mea, si non seruaueritis præcepta mea. Neque enim regem diligimus,
si odio leges eius habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille deum diligere, qui nosci-
tur in proximi corruere dilectione, quia per dilectionem proximi peruenitur ad charitatem
Christi, quoniam (vt prælibatum est) in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.
Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt ad hæc peragenda, oportet omnes esse, & vt ip- Matth.22.d
si docti sint, & alios prudenter instruere, & perfecte possint docere, iuxta Danielem prophe-
tam, qui ait, Populus autem sciens deum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo doce- Daniel.11.e.
bunt plurimos. Omnes docibiles (vt iam dictum est) qui docti sunt esse oportet, sed sacerdo- Matth.15.b.
tes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus dicens, Quia si cæcus cæco duca- Matth.5.b.
B tum præstet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes vero sal terræ & mundi lumen docens, Dist.93. Sa-
præcepit in splendore bonorum operum patrem glorificare deum, de quibus dominus ait, cerdotes ve-
Beati estis, quum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne ro.
malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces ve- Matth.5.a.
stra copiosa est in cœlis. Sic enim persequuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos, Vos estis
sal terræ, Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt foras mit-
tatur, & conculcetur ab hominibus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, ne-
que accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat om-
nibus qui in domo sunt, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Sic luceat lux vestra coram ho-
C minibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Epi-
scopos autem per singulas ciuitates, quibus ille non miserat, perdoctos, & prudentes sicut ser
pentes, simplicesq; sicut columbas (iuxta domini præceptionē) nobis mittere præcepit. Quod
etiam facere inchoauimus, & (domino opem ferente) facturi sumus, Vos autem per vestras
diœceses Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes (quod idē iussit) agere cura-
bimus. Aliquos vero ad Gallias, Hispaniasq; mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam
atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gentes esse
cognouerimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie non
cessent diuina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & viam ve-
D ritatis perducere, vt plures manipulos domino valeant præsentare. In illis vero ciuitati- Dist.80. In
bus, in quibus olim apud ethnicos *archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, illis ciuitati
Episcoporū primates poni, vel patriarchas ordinauit, qui reliquorum Episcoporū iudicia & bus.
maiora (quoties necesse foret) negotia in fide agitarent, & secundū dei voluntatē, sicut con- *al.primi sa
stituerunt sancti apostoli, ita vt ne quis iniuste periclitaretur definirent. In illis autem ciui- cerdotes fla
tatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines (quos tamen minores tenebāt mines. aliās
quàm memoratos primates) Archiepiscopos instituí præcepit, qui non tamen primatum, sed primi flami
& Archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoq; iudicia (vt superius memora- nes.
tum est) & maiora ecclesiarum negotia, si ipsi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut istos
E vel alios suspectos habuerint, ad iam dictos primates vel patriarchas, ne *aliquis nocenter *al.quis in-
periret, transferri *perdocuit. In singulis vero reliquis ciuitatibus, singulos & non binos vel nocenter.
ternos aut plures episcopos constitui præcepit, qui non primatum, aut Archiepiscoporum, aut *al.iussit.
metropolitanorum nomine (quia matres ciuitatum non tenent) sed Episcoporum tantum vo
cabulo potirentur, quoniā nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus prę-
fuit. Hoc tamen præuidendum instituit, ne in villis aut castellis vel modicis ciuitatibus insti Indecr.Iuo.
tuerentur episcopi, ne vile eorū nomen fieret. Episcopos ergo vicem apostolorū gerere, domi lib.2.
num docuisse dicebat, & reliquorū discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat.
Et si quis aliquem ex his scandalizaret, grauissimā illi pœnam inferri debere, prædicabat. Cun
F ctos se inuicem diligere, & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere
instruebat. Homicidas vero & adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis 7.q.1.Beat*
coæquales non erant, ab eorum vexatione & accusatione (docente domino) prohibebat & Petrus.
non nisi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat, quia discipulum supra magistrum Matth.10.c
esse, aut vllam ei iniuriam inferre, nullatenus *debere oportet. Infames etiam omnes, & *al.oportē-
quos primates & leges seculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatio- re decet.
ne semper repelli debere, rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat. Cunctorum sa- 2.q.7. Laici
cerdotum vitam superiorem sanctiorémque ac discretam à secularibus & laicis hominibus in accusatio
esse, & spirituales quosque atq; sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos do- ne.
cebat, quoniā pro minimo nobis esse debet, vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

humano die. Maiores vero à minoribus nec accusari, nec iudicari, vllatenus posse dicebat, G
1.Cor.4.a. quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges seculi inhibere docebat. Omnes ergo legum
diuinarum libenter violatores & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, eccle-
siastica indignos regula & sancta communione, iudicabat. Operatores vero earundem, eisq;
Esaiæ.1.a. obedientes, vtrarumq; ac cæterorum bonorum dignos esse dicebat. Vnde & prophetas in te-
stimonium sumebat, Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus est, Fi-
lios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus
præsepe domini sui, Israël autem non cognouit me, & populus meus non intellexit. Væ gen-
ti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt domi-
num, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos H
vltra addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pe-
dis vsque ad verticem non est in eo sanitas, Vulnus & liuor & plaga tumens non est circun-
ligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne
succensæ, Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate
Esaiæ.5.c. hostili, & derelinquetur. Væ (inquit) qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponen-
tes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Pro-
pterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interie-
Ibidem.c.d. runt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & a-
peruit os suum absque vllo termino, Et descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes I
gloriosiq; eius ad eum. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium de-
primentur. Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in
iustitia. Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui ceruices suas contra magi-
stros & seniores suos erigebant, hæc in exemplum adducebat. Detracta est ad inferos super-
Esaiæ.14.c. bia tua, concidit cadauer tuum, Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt ver-
mes. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris, Corruisti in terram, qui vul-
nerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendam, supra astra dei exaltabo
solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudi-
nem nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum la- K
ci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospicient? Nunquid iste est vir, qui contur-
bauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vin-
ctis eius non aperuit carcerem? Ebrietatem oppido prohibebat, & ebriosos corpore & ani-
mo mortuos esse prædicabat. De quibus & in exemplum aiebat, Væ qui consurgitis mane
Esaiæ.5.c. ad ebrietatem sectandam & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & ly-
ra & tympanum & tibia & vinum in conuiuiis vestris, & opus domini non respicitis nec o-
pera manuum eius consideratis. Et iterum, Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & vi-
Ibidem.c. ri fortes ad miscendam ebrietatem, Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iu-
sti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis & calor flammæ exurit, sic L
radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem
domini exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domi-
ni in populo suo, & extendit manum suam super eum & percussit eum, Et cõturbati sunt mon
tes, Et facta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est
auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullum etiam presbyterum in alicuius
*al.volebat Episcopi paroecia aliquid agere debere, absque eius permissu * docebat, sed & cunctos pres-
byteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes (instituente domino) esse
debere docebat. Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorum erant, sed
*al.cõtentũ abire oportere. vnumquemque suis sibiq; commissis *contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid M
facere, nisi quod sibi vellet fieri, instruebat. Sanctã quoq; ecclesiam immaculatã omnes seruа-
re debere euangelizabat, cuius claues Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem,
Tobiæ.4.c. claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt. Amouere autem eos ne-
Matth.16.c. Zacha.2.c. minem debere docebat, quia oculi domini sunt. & qui eos tangit, tangit pupillam oculi e-
ius. Et quanta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominum docuisse dicebat,
Matth.18.a. b.c. vbi ait, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt sus-
pendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo
ab scandalis, Necesse est enim, vt veniant scandala, Veruntamen, væ homini illi per quem
scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Bonum
est tibi,

A est tibi, ad vitam ingredi debilem, quàm duas manus habentem mitti in gehennam ignis. Et
si pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te, Bonum est tibi, introire ad vitã clau-
dum, quàm duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te,
erue eum & proiice abs te, Bonum est tibi, vnum oculum habentem in vitam introire, quàm
duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis.
Amen dico vobis, Quæcunque alligaueritis super terram, erunt alligata & in cœlo, & quęcũ-
que solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis cõ
senserint super terrã de omni re quãcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est.
Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterũ per
B prophetam loquitur dicens, Expauit, inquit, cœlum super hoc, & horruit amplius vehemẽter, Hiere.2.c
dicit dominus. O intolerabilem malignitatem, O linguam iniquitatem loquentem contra
deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum, Impone homo tuæ linguæ o- Eccli.28.d
stium & seram. Cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens aduersus deum iniquitatem
& proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes in
fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum grauiter peccatis, & rei
iudicio effecti, infames efficiemini, & iuste repellemini. Et iterum per prophetam loquitur di
cens, Vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri, dicetur vobis, Fortitudi- Esa.61.b.cd
nem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. pro confusione vestra duplici & ru-
C bore laudabunt patrem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sem-
piterna erit eis. Quia ego dominus diligẽs iudicium, & odio habens rapinã in holocaustum,
Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen
eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscẽt eos, quia
isti sunt semen, cui benedixit dominus. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea
in deo meo, Quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, Quasi
sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Sicut enim terra pro-
fert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iusti-
tiam, & laudem coram vniuersis gentibus. Eos autem à solo domino aut iudicandos au re-
D mouendos, & non ab aliis* esse dicebat, quia sui sunt, & non alterius. Et quis est, qui alterius iu *al.idcirco astruebat.
dicet seruum? Nam si ista non patiuntur homines, nec deus deorum & dominus dominan- *al. ei* rei testes, pfe-
tium hæc vllatenus patitur. Vnde & prophetas* sibi testes esse dicebat, per quos dominus lo- rebat.
quitur dicens, Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter Esa.48.b
me faciam, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israël,
quem ego voco. Egoipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terrã, Esa.51.c
& dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insulæ expectabunt,
brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non de-
ficiet, Audite me, qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorũ. Nolite timere oppro
E brium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet
eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, &
iustitia mea in generationes generationum. Et iterum, Abscondita est vita mea à domino, & Esa.40.g
à deo meo iudicium meum* transibit. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus, sempiternus *al.trãsiuit.
dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapiẽ-
tiæ eius. Qui dat lasso virtutem, & his (qui non sunt) fortitudinẽ & robur multiplicat. Defici-
unt pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in domino, mu-
tabunt fortitudinẽ, & assumẽt pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, &
non deficient. Trãseant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc lo- Esa.41.a
F quantur, simul ad iudicium propinquemus. Hos autem qui eos vetant, aut amouere vel dã-
nare nituntur, dominus per prophetam damnat, & vsque ad satisfactionem eorum & eccle-
siæ damnatos esse docebat, vbi ait, Talia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis a- Esa.66.b
nima eorum delectata est, Vnde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam
eis, quia loquutus sum eis, & non audierunt, feceruntq; malum in oculis meis, & quæ nolui, e-
legerunt. Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum eius, Dixerunt fratres vestri, odiẽ- Esa.65.d
tes vos & abiicientes propter nomen meum. Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia
vestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in cõturbatione præsules mei,
quia semen benedictorum domini est. Antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquẽ-
tibus ego audiam. Ad glorificandum se, & diuina mandata seminanda & euanglizanda eos
dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus elegit,& non vt prohibeantur aut perturbentur,ſuggerebat,quoniam qui eos lædit, G
eum lædit,cuius legatione funguntur.Prædicare eos aſſidue, & mandata domini ſine inter-
miſſione annuntiare rogabat,Opera eorum bona coram hominibus monſtrare, & conſcien-
tiam bonam coram deo habere inſinuabat, Omnes principes terræ & cunctos homines eis
Eſa.41.c obedire,& capita ſua ſubmittere,eorumq; adiutores exiſtere præcipiebat,vt omnes pariter fi-
deles & cooperatores legis dei monſtrarentur,ne de eis dicatur, Confundentur & erubeſcẽt
omnes,qui pugnant aduerſum te, & erunt quaſi non ſint,& peribunt viri, qui contradicunt
tibi.Quæres eos,& non inuenies viros rebelles tuos,Erunt,quaſi non ſint, & veluti conſum-
11.q.3. Si au tem vobis. De pœn.di. 1.Homici- diorũ tria. ptio hominis bellantis aduerſum te.Omnes ergo qui eis contraueniunt, ita damnatos & in-
fames vſque ad ſatisfactionem monſtrabat,& niſi conuerterentur, à liminibus eccleſiæ alie- H
nos eſſe præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera eſſe dicebat,& pœnam eorum parilem
fore docebat.Sicut enim homicidas interfectores fratrum,ita & detractores eorum eosq; o-
diẽtes,homicidas eſſe manifeſtabat,Quia & qui occidit fratrem ſuum,& qui odit, & qui de-
trahit ei,pariter homicidæ eſſe monſtrantur.Omnes etiam à carnalibus deſideriis,quæ mili-
tant aduerſus animam abſtinere,& bonam eorum conuerſationem ac innocentem omnibus
monſtrare,rogabat.Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere inſinuabat, & veram
fraternitatem inter ſe habere docebat.Quotidiana enim illius prędicatio inter cætera diuina
mandata hæc erat,quam in eius exemplum etiam tibi frater chariſſime ſignificare curaui.Bo
Matth.22.d Lucæ.10.e Lucæ.9.c norum,inquit,operum inter cætera ſemina ac negotia ſunt, quantum vnuſquiſq; ſapit & po- I
teſt,totius intimi cordis (vt prælibatum eſt) viſceribus deum diligere,& proximũ velut ſeip-
ſum. Abnegare ſeipſum ſibi,vt Ieſum Chriſtum dominum noſtrum ſequatur, & nihil eius a-
mori præponere,veritatem corde & ore proferre debere, & totam ſpem ſuã deo ſemper cõ-
Nota de cõ feſſione pœ nitentiali. mittere.Inſtruebat actus ſuæ vitæ omni hora cuſtodire,& in omni loco deum reſpicere, fir-
miter ſcire cogitationes malas cordi ſuo aduenientes,mox ad Chriſtum allidere,& ſacerdo-
Sap.1.c tibus domini manifeſtare.Os ſuum à multo vel prauo colloquio cuſtodire,& verba vana aut
mendacia non loqui,quia os quod mentitur,occidit animam. Verba diuina libenter audire,
Galat.5.c *al. attri- buere. & ſacerdotibus ſuis libenter obtemperare atque obedientes eſſe docebat. Prædicationi & o-
rationi ac lectioni frequenter incumbere, & eleemoſynas veras perficere. Deſideria carnis K
Pſal.33. non perficere,ſed propriam frangere voluntatem,boni aliquid in ſe quum viderit,deo * ap-
plicare,non ſibi,& malum à ſe factum cognoſcat,& ſibi imputet. Multum loqui non amare,
Deut.5.c ſed cuſtodire labia ſua,ne dolum aut malum loquantur,diem iudicij timere,gehennam expa-
ueſcere,vitam æternam omni concupiſcentia deſiderare,non occidere, non adulterari, non
furtum facere,non rem proximi concupiſcere,nõ falſum teſtimonium dicere,ſed omnes ho
mines honorare,corpus cuſtodire,vanas & caducas non amplecti delitias, ieiuniũ & vigilias
De exequiis 1.Tim.3.a ſanctas amare,pauperes recreare,nudos veſtire,infirmos viſitare, ſitientes potare, mortuos
ſepelire,& diligenter eorũ exequias peragere pro eisq; orare,& eleemoſynas dare.Dolẽtes cõ-
ſolari, & ſuis bonis refouere,& à malis actibus ſe alienũ facere. Non eſſe ſuperbum,nõ vino-
lentum,nec multum edacem,non ſomnolentum, non pigrum, non murmuratorem nec de- L
tractorem,quia qui detrahit,non ſe,ſed & multos alios occidit.Iram non perficere, nec ira-
al. prętendere. cundiæ tempus reſeruare.Dolum in corde non tenere,nec pacem falſam dare. Charitatem
al. incurratur. non detelinquere,nec iurare,ne forte periurium(quod abſit) fiat. Malum pro malo nõ red-
dere,nec iniuriam facere,ſed factam patienter ſufferre.Inimicos diligere,maledicentes ſe nõ
*al. Caſtitatem. 1.Ioan.3.c remaledicere,ſed magis benedicere,& perſequutionẽ pro iuſtitia ſuſtinere. * Charitatem a-
mare,& nullum odio habere,quia qui odit fratrem ſuum,homicida eſt.Elationem fugere,ze-
lum malum non habere,inuidiam non exercere,nec cõtentionem amare. Cum diſcordanti-
2.q.7.Sacer dotes & Matth.21,a Matth.10,c Et Luc.10.f bus ante ſolis occaſum in pacem redire,& de dei miſericordia nunquam deſperare. Seniores
venerari,& iuniores diligere.Epiſcopos,ſacerdotes ſuos ac cunctos reliquos eccleſiæ mini- M
ſtros atque omnem plebem ſibi commiſſam,verbo diuino & mandato inſtruere, & dirigere,
hóſque omnes & eorum Epiſcopos tota animi virtute diligere vt oculos ſuos,quia oculi ſunt
illorum.Eorum præceptis in omnibus obedire,etiam ſi ipſi aliter (quod abſit) agant, memo-
res ſcilicet illius dominici præcepti,Quæ dicunt,facite,quæ autẽ faciunt,facere nolite. Ipſi au
tem Epiſcopi,ſi exorbitauerint,ab iſtis non ſunt reprehendendi vel arguendi,ſed ſupportan-
di,niſi in fide errauerint. Illi ergo ſuper iſtos ſunt,non autem iſti ſuper illos, quoniam maior
à minore nec argui nec iudicari poteſt. Nullus ſe extollat erga doctores, ac magiſtros ſuos,
quia diſcipulus ſuper magiſtrum eſſe non debet, nec poteſt. Nullus velit dici ſanctus,ante-
quam

A quam ſit,ſed prius ſit,vt verius dicatur,Præcepta domini,doctorúmque,ac magiſtrorum,fa-
ctis quotidie adimplere, & in Chriſti nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim, Eccli.1.b
& humiliatio, quæ magiſtris agitur,domino exhibetur. Timor domini delectabit cor,& da-
bit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti deum,bene erit in extremis,& in Eccli.2.b
die defunctionis ſuæ benedicetur. Væ diſſolutis corde,qui non credunt deo, & reſiſtunt mã-
datis eius,& inobedientes ac contumaces ſunt his,qui eius legatione funguntur, & ideo non
protegentur ab eo.Væ his,qui perdiderunt ſuſtinentiam,qui dereliquerunt vias rectas,& di-
uerterunt in vias prauas.Et,quid facient,quum inſpicere cœperit dominus? Qui timent do-
minum,non erunt incredibiles verbo illius,& qui diligunt illum,conſeruabunt viam illius.
B Qui timent dominum,inquirent,quæ beneplacita ſunt illi, & qui diligunt eum, replebuntur
lege ipſius.Qui timent dominum,præparabunt corda ſua,& in conſpectu illius ſanctificabũt
animas ſuas.Qui timent dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſ-
que ad inſpectionem illius,dicentes: Si pœnitentiam non egerimus,incidemus in manus dei,
& non in manus hominum, ſecundum enim magnitudinem illius,ſic & miſericordia ipſius Pſal.33.
cum ipſo eſt.Venite,inquit,filij,audite me,timorem domini docebo vos.Currite dum lumen Ioan.12.f
vitæ habetis,ne tenebræ mortis vos comprehendant.Omnis,qui vult vitam, & cupit videre Pſal.33
dies bonos, prohibeat linguam ſuam à malo,& labia eius ne loquãtur dolum.Diuertat à ma-
lo,& faciat bonum,inquirat pacem,& perſequatur eam,quia oculi domini ſuper iuſtos, & au
C res eius ad preces eorum.Vultus autem domini ſuper facientes mala,vt perdat de terra me- Pſal.31
moriam eorum.Propterea nolite fieri ſicut equus & mulus,in quibus non eſt intellectus. Sed Matth.8
lætamini in domino,& exultate iuſti,& gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient
ab oriente & occidente(domino dicente)& à ſeptentrione atque meridie,& recumbent cum
Abraham,& Iſaac,& Iacob. Propter quod, deprecor te frater chariſſime, vt doceas atten-
tentius hunc prædicationis ordinem, & abſolutionum dies, vt ſaluentur animæ hominum,
quæ occulta dei virtute, quem debeant diligere,priuſquam doceantur, agnoſcant. Operum
vero ratio poteſtati, & arbitrio vniuſcuiuſque permittitur,& hoc ipſorum eſt proprium.De-
ſiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc à patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus
D in eo eſt,vt voluntatem eius,cuius amorem & deſiderium(deo largiente) conceperis, facias,
ne dicatur ille ſermo eius ad nos, quem idem dixit,Quid autem me dicitis domine,domine, Lucæ.6.g
& non facitis, quæ dico? Eſt ergo proprij muneris,vt vnuſquiſque ſit (prout dominus noſter
dederit)perfectus in eccleſia,mittẽsque ſemina diuina,vt de nobis,nõ prædictus ſermo,ſed
ille dicatur,quem alibi dominus noſter dixit, Ideo,inquit, omnis ſcriba doctus in regno cœ- Matth.13.g
lorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Nullus
ergo,inquit,impediat ordinem,aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet
vices, ſed primo,quæ ſit iuſtitia eius, quæ voluntas,requiramus, vt bonis operibus ac dei gra
tia repleamur.Deus enim his,qui recte ſentiunt, & bona agunt, præſto eſt, quoniam his ma-
E nifeſtat ſeipſum. Nam ſi quis velit(antequam actus ſuos emendet)de his requirere, quæ non
poteſt inuenire,ſtulta & inefficax erit huiuſmodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt, & in iu-
dicio dei geſtorum cauſa agitur, non quæſtionum. Idóque, ante omnia hoc quæramus, quid
nos,aut qualiter agere oporteat,vt æternam vitam conſequi mereamur.Nam ſi exiguum hoc
tempus vitæ per inanes occupemus & inutiles quæſtiones, inanes ſine dubio, & vacui ab o-
peribus bonis pergemus ad deum,vbi iudicium operum noſtrorum fiet. Vnaquæque etenim
res ſuum tempus habet,& locum.Operum hic locus,hoc tempus eſt,meritorum ſeculum fu-
turum. Curratur igitur per viam mandatorum dei,& ab eorum,& præceptorum domini in-
ſtitutis,& à ſpiritus ſancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda ſunt corda no-
F ſtra,ac corpora,ſanctæ mandatorum eius, ſuorumq; Epiſcoporum ac prædicatorum obedi-
entiæ militatura,vt ſuæ gratiæ iubeat nobis auxilium miniſtrari, & fugientes gehennæ pœ-
nam, ad vitam valeamus omnes peruenire æternam. Hæc itaque, frater chariſſime Ia-
cobe,ab ore ſancti Petri iubentis accepi,tibiq; (vt optabas)inſinuare ſtudui, vt ſeruari omnia
immaculata præcipias,quia eccleſiaſtica non oportet negligenter,ſed diligẽter expleri negō-
tia.Hæc ergo præcepta nemo credat abq; ſui periculo negligere,vel diſſimulare,quia in iudi-
cio dei ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui eccleſiaſtica decreta neglexerit.Qui vero te au-
dierit(vt iuſſerat miniſter Chriſti Ieſu)gloriam accipiet.Qui autem te non audierit, imò lo-
quentem dominum per te,ipſe ſibi damnationem accipiet.Curandum ergo,& attendendum *al.vt,quod ppetuũ eſt, expetet,&
eſt nobis omnibus,*quod in perpetuum expedit, vt Chriſti paſſionibus per patientiam parti-
cipemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipemus,atque regni eius mereamur esse consortes. Amen. G

EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS PAPAE ad Iacobum fratrem domini, De sacris vestibus vel vasis.

CLEMENS Romanæ ecclesiæ præsul, Iacobo charissimo Hierosolymorũ Episcopo. Quoniã, sicut à beato Petro Apostolo accepim⁹, omnium Apostolorũ patre, qui claues regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramẽtis, quæ gerũtur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus cõmissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore*clericorum, reliquias fragmentorum corporis dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne quũ negligẽter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enim corporis domini nostri Iesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinũ H I non reseruentur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autẽ residua corporis domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctæ portioni commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane sacris ita gerẽdum est. Altaris palla, *cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniã non licet ea, quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptisterio inferantur, vbi K nullus* transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introëuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluẽdum, aut diaconus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quasi nihil, & negligẽter habuerit diuina*mysteria, Diaconus triennio, sexq; mensibus à dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commonuerit, decem annis & quinque mensibus excommunicatus sit, propter quod de dominicis sacramentis subiecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas vero & vela, quæ in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris*iuxta sacrarium L lauent, non eiicientes foras à sacrario velamina dominicæ mensæ, ne fortè puluis dominici corporis male decidat, à sindone foris abluto, & erit hæc operanti peccatum, idcirco, intra sacrarium, ministris præcipimus, hæc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauãdis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. Pallæ altaris solæ in ea lauentur, & in alia, vela ianuarum. De velis autem ianuarum cura sit ostiariis ex admonitione maiorum, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domus domini manus incondite tergat, sed statim, coërcitus, discat omnis homo, quia velum atrij domus domini sanctum est. Præcipimus etiam, ne* excõmunicato ecclesiæ, siue laico, de fragmentis oblationum domini ponatur ad mensam. Vnde M scis tu, qui passim* sacrarij panes indignis impendis, vnde nosti, si à mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset à muliere, quum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis mãducauit. Ad dominica autem*mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem suam coniuges suas non*nouerint. Quod si post ordinationem, ministro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, sacrarij non intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis* portationẽ accedat, nec aquã sacerdotibus porrigat ad manus. Sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum siue calicem, ad altare* non sufferat. Si forte quispiam

De cõse. di. 2. Trib⁹ gradibus.

*al. dei

De cõs. dis. 2. Trib⁹ gradib⁹ vel, Tãta in. Et in decre. Iuo. lib. j.

De cõ. dis. 1. Altaris palla *al. cãtera.

*al. trãsitus habeatur.

De cõ. dis. 1. Nemo per *al. ministeria.

*al. non habet, iuxta sacrarium.

De cõ. di. 2. Trib. gradi. pag. Tãta ĩ.

*al. extero.

*al. externo

*al. sanctuarij.

1. Reg. 21. b

*al. ministeria.

*al. reliquerunt.

*al. portionem.

*al. suggerat.

A tè quispiam presbyter, siue diaconus, sacrarij sindonem, vel velum, subtracta vendiderit, Iudæ Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit se suprà dicti Iudæ suscepturum pœnam. Clericus vero solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cũ sola adiungatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmam, Nec solus cum sola fœmina fabulas misceat, Nec archidiaconus, aut diaconus, sub prætextu officij humilitatis frequentet domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domesticos eius, matronæ mandent secreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur ecclesiæ. Sed, si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat. 16. q. 4. Si fortè. Matth. 27. d

B Sinautem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc*sanare debeant. Sane ad visitandam mulierem infirmam, nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen clericorum cum extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanæ, Vniuersa hæc, cum mansuetudine ecclesiastica, complenda sunt ministeria. Negotium enim dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus, Calicem vero, ad perferendum sanguinem domini, præparatum cum tota munditia ministerij, minister præparet, ne non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate cuncta (quę supra exposuimus) oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint C dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio epistolæ vsque ad hunc locum de sacramentis delegaui bene intuendis, vbi non murium stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida quum viderint, magis cum ridiculo & fastidio videantur accipere, & in peccatũ magis decidant, per negligentiam clericorum. Quapropter, nemo clericorum vltra hæc dissimulet, aut negligere vllatenus audeat, sed libenter, quæ iussa sunt, expleat, & sacramenta diuina nequaquam negligenter contrectet. Ideoq; tam iuuenes, quàm senes, de his, & de omni cõ- *al. scire 2. Cor. 2. c Dist. 23. Tales ad.

D uersatione sua, & conuersione, & pœnitentia valde esse solicitos oportet, satisq; agere, vt hæc condigne agant, & de reliquo ornent tam clerici, quàm seculares, animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splẽdore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus, quibus cõpositam † decet esse rationabilem mẽtem. Tum præterea declinare à consortiis inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. Orare semper deum ex toto corde, & ab ipso petere, quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum, aliquantulum etiam (si possibile est) per misericordias pauperum iuuare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod si prouectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet deo, quòd E postquam*finis est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes aduersus animã, reprimat corporis* voluntates. Supereſt ergo ei, in agnitione veritatis, & misericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documẽtum conuersionis ostenditur, & non in deuotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mẽtes, *quia non temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis, agnita veritatis prædicatione, non distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim, & (si dici potest) eodem momento præterita perhorrescens, futurorum desiderium cœpit, & in amorem regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum vltra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Lucæ. 12. c F Euangelium regni dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia, quum diues factus fuero, tũc conuertar. Non requirit à te deus pecuniam, sed animum misericordem, & piam mentẽ. Neque diues conuersionem suam differat, pro sollicitudine seculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum, Quid faciam, vbi recondam fructus meos? Neque dicat animæ suæ, Habes multa bona reposita in annos multos, epulare, & lætare. Nam dicetur ei, Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ parasti, cuius erunt? Itque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisq; conditio, vt vitã consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quòd in ipso impetu desideriorum, cerui- *al. fractus *al. voluntates. *al. qui.

ces suas iugo subiiciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi* temporis consuetudinem, in

*al. cõptam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem,in qua male præuenti sunt,pro dei*amore commutant.Nemo ergo differat,nemo cunctetur.Quæ enim causa cunctandi est,ad bene agendum?Animus sibi male conscius,dum videtur sibi nullam pœnam pati,credit,quia non iudicet dominus,quum abuti patientia dei, & non intelligere parcentis benignitatem,iam sit magna damnatio.Vnde scriptum est,Maledictus omnis,qui opus domini negligenter agit.quapropter,pastoralis ordinis est, infatigabiliter reuocare,quicquid ad correctionē populorum, imò magis filiorum spiritualium(quātum est fas intelligere)cognouerit pertinere,& non(quod absit) cum suo periculo alienæ spei, per solam negligentiam,facere detrimentum,sed quod ad generalis salutis spectat compēdium, salubri necesse est prouidere tractatu.Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorū non exercere,vel non augere,male loquendo, nisi eas etiam extinguere, bene loquendo studuerit.Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus,neque se deinceps excusabit non monitum,qui quod sequi debeat, tam verbis,quàm literis edocetur.Qualis autem condemnatio,& qualis imminet maledictio his,qui in patres peccant,diuina nos docet scriptura,Si enim Cham filius Noe, quum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem,sed egressus, nuntiauit eam fratribus,& illi vestimēto eum cooperuerunt,ipse quidem Cham,& illi,qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt, qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt, multo magis isti maiore & ampliore condēnatione digni sunt, qui patribus obuiare,aut contra eos insurgere nituntur,aut iniuriā vel contumeliā eis inferre moliuntur,quoniam,qui eis resistit, deo resistit. Et qui eis iniuriā vel contumeliam facit, deo cuius legatione funguntur, facit . Expauit cœlum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit dominus. O intolerabilem malignitatem.O linguam loquentem iniquitatem contra deum,& mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterū, Impone homo tuæ linguæ ostium & seram.Cessa,in altitudinem cornu extollens, & loquens aduersus deum iniquitatem,& proximum tuum.Quousq; insultas patienti Christo,& fratribus? Hæc nos familiarius docebat, & hæc nobis publicitus prædictus magister & instructor atque ordinator noster,princeps Apostolorum Petrus,in ecclesia prædicabat, exemplū dans, vt & nos similiter faciamus.Humiliamini,inquit,in conspectu domini,& exaltabit vos.Nolite detrahere alterutrum,quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum,detrahit legi, & iudicat legem.Qui autem iudicat legem,non est factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex , qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es , qui iudicas proximum? Non oportet. Non præcepit nos iudicare inuicem, sed magis auxilium ferre. Væ erit,inquit,his,qui fratres tribulant, & eis, qui eos persequuntur.Vos autem , quanto amplius tribulamini , tanto purgatiores atque beatiores efficiemini , si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata . Quod etiam ipse nos dominus docuit , Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam . Et item , Beati eritis , quum vos oderint homines , & persequuti vos fuerint , & eiecerint nomen vestrum tanquam malum . Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo . Vnde & ipse ait , Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua , & ex totis viribus tuis , & proximum tuum sicut teipsum. Non enim,inquit, recte diligit deum , qui fratrem insequitur, nec diligit proximum, qui ei detrahit , vel qui illum accusat , quia quod sibi quis fieri non vult , hoc alteri nullatenus facere debet. Discite,inquit,filij mei sapientiam, & tenetote fidem rectam , & amplectimini charitatem , vt non excidatis . Data est enim vobis à domino potestas & virtus ab altissimo,qui interrogabit opera vestra,& cogitationes scrutabitur vestras . Qui autem custodierint iustitiam,iuste iudicabuntur,& qui crediderint iusta,iuste inuenient,quid respondeāt. Semper cauetote,Præcepit enim,ne aliquando peccato cōsentiamus,& prætermittamus præcepta dei nostri. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, * quæ diuinis precibus sacrare oportet,& in singulis sacerdotes,diuinis orationibus deo dicatos,poni. Quos ab omnibus venerari oportet , & non à quoquam grauari. Semper vitate mala , & pro animabus vestris ne confundamini dicere verū.Mendacia fugite,& veritatem corde proferte , quoniam multos iam supplantauit suspitio. Charitatem semper diligite,& fratres adiuuate. Erunt enim,quasi non sint ,& peribunt viri, qui contradicunt vobis . Vnde & dominus ait , Qui vos audit, me audit,& qui vos spernit, me spernit,& qui spernit me,spernit eum,qui me misit.Et item, Qui enim non est aduersum * vos , pro vobis est . Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo (quia Christi estis) amen dico vobis , non perdet mercedem suam. Et qui scandalizauerit vnū ex his pusillis,credentibus in me,bonum est ei magis,si circūdaretur

*amore.

Hiere.48.b

2.q.7.Sacerdotes & reliqui. Gene.9.c

Hiere.2.e Eccli.28.d

1.Pet.5.b & Iaco.4.b

Matth.5.a

Matth.22.d

Tobiæ.4.c Sapi.6.a

Ibidem.b

16.q.7.Ecclesias per. & de conf. dist.1.Ecclesias. *al.quas.

Lucæ.10.c Marci.9 *al.nos,pro nobis.

A daretur mola asinaria collo eius,& in mare mitteretur.Et si scādalizauerit te manus tua, abscinde illam,bonum est tibi, debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem, ire in gehennam,in ignem inextinguibilē, vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur.Et si pes tuus scandalizat te,amputa illum,Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam,quàm duos pedes habentem,mitti in gehennam ignis inextinguibilis,vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur . Quod si oculus tuus scandalizat te, eiice eū,Bonum est tibi:luscum introire in regnum dei,quàm duos oculos habentem , mitti in gehennā ignis,vbi vermis eorum non moritur,& ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur,& omnis victima*salietur.Bonum est sal.Quod si sal insulsum fuerit,in quo illud salie-
B tis? Habete sal in vobis,& pacem habete inter vos , quia quisquis vestrum recte docuerit , & iuste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit . Ideo bona agere vos semper oportet,vt brauium æternæ vitæ percipiatis.His ergo bene parete sententiis.* Ne quis hæc præcepta minime credat implenda,& iudicio dei æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit . Hæc igitur, frater Iacobe, de ore sancti Petri iubētis audiui . Si quis prȩcepta hæc non integra custodierit,sit anathema vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi.Hæc præcepta à sancto Petro apostolo accepi,& tibi, frater charissime,insinuare curaui,vt seruari omnia præcipias sine macula . Si quis vero audierit te,vtilis erit minister Iesu Christi,Qui autem non audierit te , imò loquentem dominum
C per te,ipse sibi damnationem accipiet.Omnipotens deus,charissime,sua te protectione custodiat,atque ad cœlestis remunerationem patriæ,multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum,iterumq; incolumem custodiat,reuerentissime frater.Amen.

*al.sale,salietur.

*al.Nec

ARGVMENTVM TERTIAE EPISTOLAE CLEMENtis, per Io. Sichardum.

D *Postquam ordines ministeriorū in Ecclesia,quos per capita,ut uisum fuit nascenti Christianismo conuenire,Clemens digesserat,propius aliquanto nunc officia docet , & summā Christianæ uitæ totam compendio complectitur.Præter alia tamen,eorum officium quale esse debeat ostendit erga episcopos, qui uitæ ab his præcepta capiūt.Per occasionem hic principes,magistratus, plebem ipsosque adeo episcopos obtestans,ne scripturæ diuinæ ita se accommodent,ut alienum aliquem sensum,& Christo indignum aliunde asferant,sed ex ipsa scriptura,autore uero propheta,exculpāt.Vnde uidetur planè epistola illa,præter alias faciem habere syncerę illius doctrinæ primitiuæ ecclesiæ, quam tamen hac tempestate tantis errorum & ōissidiorum fluctibus iactati,uix per transennam agnoscimus amplius.Porrò admonendus est lector,ea quæ hic leguntur pulcherrime commixta,tanquam cumulo,hæc eadem in Recognitionum libris sparsim legi, ut uerisimile uideatur mihi,hanc à studioso aliquo Clementis conscriptam potius,quam ab ipso Clemente:quod tamen
E nec urgere nos magnopere debet,magis de re solicitos, quàm autore, cum extra controuersiam sit, eiusmodi hanc esse epistolam,quæ uel publice in ecclesiis legi possit.*

EPISTOLA TERTIA CLEMENTIS PAPæ primi, De officio sacerdotis & clericorum, Rufino Torano Aquileiensi interprete.

F CLEMENS vrbis Romę Episcopus,oībus coēpiscopis,presbyteris, diaconib⁹,ac reliquis clericis,& cūctis principibus,maioribⁿ minoribusve,omnibus generaliter fidelibⁿ,benedictio, claritas & gloria in gratia dei , quæ data est nobis in Christo Iesu domino nostro. Vrget nos fratres,multus amor vester,& religiosa inuitat deuotio,quia debitores sumus,vt quædam vobis scribamus.Vos ergo, qui sacerdotio domini fruimini,& in specula estis positi,plus scire oportet,vt subditos vobis populos pleniter docere possitis,eisq; ad regna cœlorum ducatum præbere,deo annuente, valeatis, Vnde & ipsa per se veritas ait , Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, & reliqua. Propter quod consilium dovnicuique

Matth.13.b Marci.4.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ. 8.b & est ibi in forma. 11.q.3. Si aût vobis.

vnicuique vestrum, constanter docere verba diuina, & discentibus libenter accómodare au- G
rem verbo dei. Vestrum enim, quia legatione domini fungimini, est docere populos, eorum
vero est, vobis obedire vt deo. Si autem vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri,
diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesq; principes, tam maioris ordinis, quàm infe-
rioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, non solum infames, sed &
extorres à regno dei, & consortio fideliũ, ac à liminibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Nã
Lucæ.10.c Matth.10.d vestrum est, eos instruere, eorum est, vobis obedire vt deo, cuius legatione fungimini, dicen-
te domino, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Et qui vos recipit, me re-
cipit, Et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil enim iniustius vel inhonestius est, H
quàm filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris in-
Iaco.4.b & 1.Pet.5.b obedientes vel proteruos existere. Nouimus enim, primum hominem per inobedientiam ce-
cidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cauere monemus. Et quia dominus superbis
resistit, humilibus autem dat gratiam, dominus noster mittens vos vice sua in loco Apósto-
lorum ad prædicandũ, præcepit vobis docere omnes, omnesq; vobis fideliter obedientes, vt
ipsi existere, quoniã nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata
germinauerit, & pariat, quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter nõ receperit verbũ
dei, illudq; in corde suo germinare nõ siuerit, ac minime crediderit doctoribus & Episcopis
suis, nõ benevolus, sed rebellis atq; inobediens extiterit, fructũ non germinabit, nec pariet, sed
Matth.3.c similis est arbori illi, de qua dominus ait, Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonũ, excidetur I
& in ignem mittetur. Primus enim pontifex Aaron, chrismate cõpositionis perunctus, prin-
ceps populi fuit, & tanquã rex primitias, & tributũ per capita accepit à populo, & iudicãdi po
pulum sorte susceptа, de mũdis immũdisq; iudicabat. Sed & si alius ex ipso vnguento perun-
ctus est, virtute inde cõcepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si tempo-
ralis gratia & ab hominibus cõposita, tantum potuit, intelligite iam, quantũ sit illud vnguen-
tum, quod à deo de virgulto vitæ prolatũ est, quum hoc quod ab hominibus factũ est, tã exi-
mias inter homines cõferat dignitates. Quid enim in præsenti seculo propheta gloriosius, põ
tifice clarius, rege sublimius? Omnis enim põtifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate
al.erudit'. cõstitutus, scripturis sacris conditus, charus & pretiosus hominibus oppidò esse debet. Quẽ, K
Dist.25. Au dire episcopum. quasi Christi locũ tenentem, honorare omnes debẽt, eiq; seruire, & obedientes ad salutẽ suam
fideliter existere, scientes quòd siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in Christum redun-
dat, & à Christo in deũ. Audire ergo eũ attentius oportet, & ab ipso susципere doctrinã fidei,
monita autẽ vitæ à presbyteris inquirere, à diaconib⁹ vero ordinẽ disciplinę. Propter quod
deprecor vos conseruos & adiutores meos, vt discatis attẽtius animarum curam gerere, &
pro omnibus stare, maxime tamẽ pro his, qui in cultu diuino laborant. Ecclesiarum omnium
*al.iuuate, curam habetote, seruisq; earũ adiutoriũ præbete, viduarũ religiosam curã gerite, pupillos eni-
xius* liberate, pauperibus misericordiam facite, iuuenes pudicitiam docete. Et (vt breuiter
totum dicam) alterutrũ vos, in quibus res popoſcerit, sustẽtate, deum colite, qui creauit cœlũ L
& terrã, & Christo credite, inuicem vos diligite, & misericordes estote in omnes, non verbo
solo, sed opere & rebus implete charitatẽ, Agite pro viribus, cõserui dilectissimi, quia bonum
est, vt vnusquisq; vestrũ, secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis no-
stræ. Et ideo nõ vos pigeat, secundum sapientiã, quæ vobis per dei prouidentiam collata est,
instruere ignaros, & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorẽ veritatis, eumq; vt
oculos suos amare oportet, quia & ipsum populũ sibi cõmissum, ceu proprios filios amare &
docere condecet. Hoc enim ei à patre cœlesti donatũ est. Sed & salus in eo est, vt voluntatem
eius, cuius amorem & desiderium, deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis vo-
luerit existere, & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæ- M
res bonorum cœlestium ex gestis propriis fiat. Accedat autẽ, qui vult, ad sacerdotem suum, &
ipsi det nomen suum, atq; ab eo audiat mysteria regni cœlorum, ieiuniis frequẽtibus operam
impendat, ac semetipsum in omnibus probet, vt tribus mẽsibus iam consummando, in die fe
sto possit baptizari: Baptizetur autem vnusquisq; in aquis perennibus, nomine trinæ beatitu-
dinis inuocato super se, perunctus primo, oleo per orationem sanctificato, vt ita demum, per
Dist.38. Nul lus episcop⁹ hæc consecratus, possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium sene-
ctutis, aut iuuentutis, vel nobilitatem generis, à paruulis & minus eruditis, si quid forte est vti-
litatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enĩ rebelliter viuit, & discere atq; agere bona re-
cusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis, quàm fidelis
monstratur.

A mõstratur. Quomodo ergo nõ omnibus hoc amabile est, cũctisq; exoptatũ, vt quæ ignorat, di Gene.1.d
scat, & quæ didicerit, doceat? Certissimũ nanq; est, q̃ neq; amicitia, neq; propinquitas generis,
neq; regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius sia. Do-
minus autẽ creator omniũ, ex initio ad imaginẽ suam hominẽ fecit, eiq; dominationẽ terræ,
marisq;, & aëris ipsius dedit, veritatẽq; inquirere præcepit, sicut & verus nobis propheta enar
rauit, & ipsa rerũ ratio docet. Solus enĩ homo ratiõalis est, & cõsequens est, vt ratio inratio-
nalibus dominetur. Hic enĩ ab initio, quũ adhuc iustus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate
superior erat. Vbi autẽ peccauit, & factus est seruus peccati, & fragilitati efficit̃ debitor, & ob-
noxius. Quod idcirco scriptũ est, vt sciant hoĩes, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt,
B ita per pietatẽ possunt esse impassibiles, & nõ solum impassibiles, verũ & parua in deũ fide a- Matth.17.e & Luc.17.b
liorũ passiones curantes. Ita enĩ verus ipse propheta promisit, dicẽs: Amẽ dico vobis, si habue
ritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis mõti huic, transi hinc, & trãsibit. Huius vocis etiã vosip-
si documẽta cœpistis, & iã facta quædã per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non
ignoratis, quia, astãtibus nobis, eorũ meritis dæmones cũ passionibus, quas hoibus inuexerãt,
transierũt, & fugati sunt. Quia ergo alij quidẽ homines patiuntur, alij patientes sanant, causa
sine dubio vel patiendi vel curãdi noscenda est. Quæ nõ alia esse, quã patientibus quidẽ infi-
delitatis, curãtibus vero fidei demõstratur. Infidelitas enim, dum nõ credit futurũ dei iudi-
cium, peccandi licentiã præbet, peccatũ vero hominẽ passionibus obnoxium facit. Fides autẽ,
C futurũ dei iudicium esse credens, cõtinet homines à peccato. Nõ peccantes vero, nõ solum li-
beri sunt à dæmonibus & passionibus, verũ & aliorum dæmones & passiones fugare possunt.
Ex his ergo omnibus colligitur, q̃ origo totius mali ab ignorantia descẽdat & ipsa sit om-
nium malorũ mater, quæ incuria quidẽ & ignauia gignitur, negligentia vero altur & auge-
tur, atq; in sensibus hominũ radicatur, dum amatur, quã si quis forte doceat effugandã, velut
antiquis & hæreditariis sedibus, molestẽ & indignãter auellitur. Et ideo paululũ laborandum
nobis est, vt indignãtes, ignorantiæ præsumptionẽ scientiæ ratione resecemus, in his præci-
pue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus prẽuẽti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius
scientiæ, ignorãtia in his vehementius radicata est. Nihil enim est grauius, quã si id, quod igno
D rat quis, scire se credat, & defendat verũ esse, quod falsũ est. quod tale est, quale si quis ebrius
sobriũ se putet, & agat quidem cuncta vt ebrius, sobrium se tamẽ & ipse putet, & dici à cæte-
ris velit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorãtes quod verũ est, speciem tamẽ alicuius scientiæ tenẽt,
& mala quasi bona gerũt, atq; ad pernitiẽ quasi ad salutẽ festinant. Propter quod ante omnia
properandũ est ad agnitionem veritatis, vt possimus, quasi lumine nobis inde accenso, erro
rum tenebras depellere. Grande enim malũ est (vt diximus) ignorantia, sed quia substantiam
nõ habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi, nõ co-
gnouisse, quod expedit. Vbi autẽ cognoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet
veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest, nisi verus propheta. Hæc enim via est,
E vitã volentibus ingredi, & summum iter bonorũ operum pergentibus ad ciuitatem salutis. Si
quis sane audiens sermonem veri prophetæ, velit recipere, aut nolit, & amplecti onus eius (id
est, mandata vitæ) habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset, vt vi- *al.audien-
dentes ea, *iam nõ haberent in potestate aliud facere, quàm audierãt, vis erat quædam natu- tes eum.
ræ, per quam liberum nõ esset, ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nul
lus omnino reciperet, & hoc naturę vis erat, quæ vnũ aliquid fieri cogeret, & alteri parti non
daret locũ. Nunc autem quia liberũ est animo, in quã velit partem declinare iudicium suum,
& quam probauerit, eligere viam, constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem.
Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certũ est, quia ignoret, & ignorans vult & de-
F siderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Quum vero audierit
causas erroris sui, & rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus
dudum fuerat prẽuentus, recte iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius
spatium, quod ad bene viuendum accepit, in ludibriis consumpserit errorum. Qui vero au-
diens hæc, libenter accepit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam, requirat
intentius, & discere non desinat, vsquequo cognoscat, si est vere aliud seculum, in quo bo-
nis præmia præparata sint. Et quum certus de hoc fuerit, gratias agat deo, quòd sibi veri-
tatis lumen ostenderit, ac de cætero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quo-
rum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, demirans per omnia & stupens, cæte-
rorum hominũ errores, & quòd ante oculos positam veritatẽ nemo videat. Ipse tamẽ gaudẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

al.insatiabiliter. super diuitiis sapientiæ,quas inuenit, satiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur,festinans ad seculum futurum mundo corde, & pura conscientia peruenire, G
vbi etiam videre deum regem omnium possit.His autem omnibus carere nos,& fraudari,so
la facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignoran-
tiæ malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione
diuersitas. Propter quod,consilium do vnicuique discentiũ, libenter præbere aurẽ verbo dei,
& cum amore veritatis audire,quæ dicimus, vt mens optimo semine suscepto, per bonos a-
ctus lætos afferat fructus. Nam si, me docente ea,quæ ad salutem pertinent,recipere quis ab-
nuit,& animo prauis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex nobis, sed ex semetipso
habebit pereundi causam.Debet enim iusto iudicio examinare, quæ dicimus, & intelligere, H
quia verba loquimur veritatis,vt cognitis his, quæ sunt, vt sunt, in bonis actibus dirigens
viam suam, regni cœlorum possit particeps inueniri, subiiciens sibi carnis desideria,& do-
minus eorum factus,vt ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium iucunda possessio.
Nã qui permanet in malo, & seruus est mali,nõ potest effici portio boni,donec permanet in
malo,quia ab initio(vt ante iam diximus)duo regna statuit deus,& potestatem dedit vnicui-
que hominum, vt illius regni fiat portio,cui se ad obediendum ipse subiecerit. Et quia defi-
Matth.6.c nitum est apud deum, non posse vnum hominem, vtriusque regni esse seruum, omni studio
date operam, in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc denique verus propheta,
quum esset præsens nobiscum, & quosdam ex diuitibus negligentes erga dei cultum vide- I
Ibidem ret, huius rei ita aperuit veritatem. Nemo potest,inquit,duobus dominis seruire, & non po-
testis deo seruire & mammonæ, Mammona patria eorum voce, diuitias vocans.

Hic ergo verus propheta, qui in Iudæa nobis apparuit (vt audistis) qui, stans publice, sola
iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat,
& mortuis vitam, quúmque nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum perui-
debat, quod nulli est possibile, nisi soli deo, hic annuntiabat regnum dei, cui nos de omni-
bus, quæ dicebat, tanquam vero prophetæ credimus, firmitatem fidei nostræ, non solum
ex verbis eius, sed ex operibus assumentes, quia dicta legis, quæ ante multas generationes
de præsentia eius exposuerant, in ipso designantur,& imaginem gestorum Moysi, & ante ip- K
sum patriarchæ Iacob,ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc
est,ipsum in quo venerat,prædictum ab his constat,& super omnia,quod esset à gentibus ex-
pectandus, sacris literis comprehensum est,quæ in eo pariter vniuersa completa sunt.Quod
Haggei.2.b autem Iudæorum propheta prædixit eum à gentibus expectandum, supra modum in eo fi-
dem veram firmat. Si enim dixisset à Iudæis expectandum,non aliquid eximium prophetas
se videretur,quod à contribuli populo,& à propria gente speraretur is,cuius aduentus ad sa-
lutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, vt hoc fieret,
quàm quod prædicebat magnificentia prophetalis.Nunc autem quum prophetæ dicant,om-
nem illam spem,quæ de salute mundi repromittitur,& nouitatem regni, quæ instruenda per L
Christum est,atque omnia,quæ de eo indicantur,ad gentes esse transferenda,iam non secun
dum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis euentu, magnificentia
prophetica confirmatur.Iudæi nanque ex initio,affore aliquando hunc virum,per quem cun
cta repararentur,verissima traditione susceperunt, & quotidie meditantes ac prospicientes,
quando eius fieret aduẽtus,vbi adesse eũ viderunt,& signa ac prodigia(sicut de eo scriptũ fue
rat)adimplẽte,iuidia excæcati agnoscere nequiuerũt presentẽ,in cuius spe lætabãtur absentis,
Intellexerunt tantum sancti apostoli,qui à deo electi sunt, & nos,qui post ab eis electi sumus,
Hoc autem prouidentia dei factũ est,vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi,
qui nunquam de eo audierant,nec à prophetis didicerãt,agnoscerent eum,illi vero,qui quo- M
tidianis meditationibus euanuerant,ignorarent.Ecce enim nunc per vos,qui presentes estis,
Esaiæ.65.a & desideratis audire doctrinã fidei eius,& agnoscere,quis,& quomodo, & qualis sit eius ad-
uentus,prophetica veritas adimpletur.Hoc enim prophetæ prędixerãt,quia à vobis quæren-
dus esset,qui de eo nunquã audistis.Et ideo videtes in vobisipsis prophetica dicta compleri,
huic vni recte creditis,hũc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, vt non solum expectetis
Ioan.8.d eum,sed & hęreditatẽ regni eius credentes consequamini,secundum quod ipse dixit,quia v-
nusquisque illius fit seruus, cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate, & dominum deũ
Lucæ.6.f ꝙ nostrum vobis conscribite dominum, qui & cœli ac terræ dominus est. Et ad ipsius vos
imaginem ac similitudinem reformate,sicut ipse verus propheta docet, dicens: Estote boni
& miseri-

A & misericordes,sicut & pater vester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem suum super Matth.5.g
bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos.Hunc ergo imitamini, & hunc timete, & si-
cut mandatum datur hominibus,dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Infideli-
bus quidem dormit dominus,& absens habetur his, à quibus esse non creditur, & mandatis
eius non obediunt, atque ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis
non exaudiuntur.Quapropter,cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris,& dia- 16.q.1. Cũctis fidelib*.
conibus,ac reliquis clericis attendendum est,vt nihil absque episcopi proprij licentia agant.
Non vtique missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parœcia agat, non bapti-
zet,nec quicquam absque eius permissu faciat.Similiter & reliqui populi maiores,scilicet,ac
B minores,per eius licentiam,quicquid agendũ est agant, nec sine eius permissu à sua parœcia
abscedant,vel in ea aduentãtes morari præsumant.Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo
omnia eius consilio agere debent,& eo inconsulto nihil. Quicunque enim obediunt episco-
pis suis,videntur quidem aliquid gratiæ conferre deo. Qui autem eis non obediunt, indubi-
tanter rei,& reprobi existunt. Porro ipsi à deo donum summi muneris cõsequuntur, qui per
iustitiæ & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis (qui recte episcopi intelli- Hæc beati Petri Apostoli verba habentur in libro recognitionũ.
guntur)libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, instructor & ordinator noster, &
princeps Apostolorum manifeste cunctos audientes instruebat, dicens: Videntur mihi, qui
loquuntur verba veritatis,& qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis. Qui
C vt processerint, & apparuerint mundo, cælari vltra aut occultari nullatenus possunt, dum
non tam videntur ab hominibus,quàm videre omnibus præstant.Vnde & bene ipsa per se ve-
ritas,ad veritatis præcones ait: Vos estis lux mundi. Et non potest ciuitas abscondi supra Matth.5.b
montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candela-
brum,vt luceat omnibus,qui in domo sunt.Si quis ergo his obedierit,deo(vt dictum est) ma
gnum munus offert. Qui autem his restiterit,aut inobediens extiterit, non his, sed domino
saluatori nostro, cuius legatione funguntur,resistit. Propter quod primum est omnium, iu-
stitiam dei,regnúmque eius inquirere,& suis iussionibus obtemperare. Iustitiam quidem, vt
recte agere doceamur, regnũ vero,vt quæ sit merces posita laboris & patientiæ, nouerimus,
D in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio,his autem, qui contra voluntа- De cõs.dist.1 Hic ergo, id est.
tem eius egerint, pro vniuscuiusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est,in
præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem dei, vbi & agendi, & sacrificandi
est locus. Quoniam in aliis locis sacrificare,& missas celebrare non licet, nisi in his, in qui-
bus episcopus proprius iusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciui-
tatem,consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente
nos nouo & veteri testamento. Hæc Apostoli à domino acceperunt, & nobis tradiderunt,
hæc nos docemus, vobisque, & omnibus,absque reprehensione tenere, & docere, quibus a-
gendum est, mandamus. Vnaquæq; etenim res, tempus suum habet & locum. Operum hic
E locus est,tempus vero meritorum est seculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem lo-
corum ac temporum permutantes,primo,quæ sit dei iustitia requiramus, & tanquam iter a-
cturi,abundanti viatico bonis operibus repleamur,quo possimus,ad regnum dei,tanquam ad
vrbem maximam peruenire.Deus enim his,qui recte sentiunt,per ipsa opera mundi quæ fe-
cit,manifestus est, ipsius creaturæ suæ vtens testimonio, & ideo, quum de deo dubitatio esse
non debeat,de sola nunc eius iustitia requiramus,& regno.Idcirco persuadeo primum,iusti-
tiam eius esse requirendam,vt per hanc iter agentes,& in via veritatis positi,verum prophe-
tam inuenire possimus,nõ velocitate pedum,sed bonorum operum velocitate currentes, vt
ipso duce vti,nullum viæ huius patiamur errorem.Si enim ipsum sequentes, ingredi merue-
F rimus illam,quo peruenire cupimus,ciuitatem, omnia iam (de quibus quæritur)oculis vide-
bimus,tanquã hæredes omnium facti.Intelligite itaq;, viam esse hunc vitæ nostræ cursum,
viatores eos,qui nos instruunt vel bona opera gerunt,portã vero prophetã, de quo dicimus,
vrbem regnũ esse,in quo residet omnipotens pater,quẽ soli videre possunt hi, qui mũdo sunt
corde.Nõ ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor,quia in fine eius requies erit.Nã Matth.5.a
& ipse verus propheta,ab initio mundi per seculum currens,festinat ad requiem. Adest enim
& ipse verus propheta,ab initio mundi per seculum currens,festinat ad requiem.Adest enim
nobis omnibus diebus,& si quando necesse est,apparet,& corrigit nos, vt obtemperãtes sibi,
ad vitam perducat æternam. De his autem, qui negligunt viam suæ salutis, & * adhuc non *al.ob hoc
bene fideles, & præceptis eius, suorúmque pontificum iussionibus, inobedientes vel con-
tumaces eis existunt. Dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos suos, præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.10.b & Luc.10.b

cepit nobis,dicens,vt in quamcunq; ciuitatem aut domũ introierimus,dicamus,pax huic do- G
mui.Et ſi quidem,inquit,fuerit ibi filius pacis,veniet ſuper eum pax veſtra. Si vero nõ fuerit,
pax veſtra ad vos reuertetur. Exeuntes autẽ de domo vel de ciuitate illa, etiam puluerem,qui
adhæſerit pedibus veſtris,excutiatis ſuper eos.Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomor-
rheorum in die iudicij,quàm illi ciuitati vel domui. Quod vtiq; ita demum fieri præcepit, ſi
prius in ciuitate vel domo,veritatis ſermo prędicetur,ex quo vel recipientes veritatis fidem
filij pacis,& filij dei fiant,vel nõ recipientes,arguantur,quaſi inimici pacis & dei. Ita ergo &
nos,magiſtri inſtituta ſectantes,primo pacem proponimus auditoribus,vt abſq; vlla pertur-
batione poſſit via ſalutis agnoſci.Quod ſi quis pacis verba non ſuſcipit, neq; acquieſcit veri-
tati,ſcimus aduerſus eum pugnam verbi mouere,& arguere acrius, confutando ignorantiã, H
& redarguendo peccata.Neceſſario igitur pacem proponimus , vt ſi quis eſt filius pacis , pax
noſtra veniat ſuper eum,ab eo autem,qui ſe alienum pacis effecerit , regredietur ad nos pax
noſtra.Et ſi iterum in mandatis habemus,vt venientes ad ciuitatem, diſcamus prius, quis in
ea dignus ſit,vt apud eum cibum ſumamus,quanto magis conuenit noſcere, quis qualis ve ſit
Matth.7.a is,cui immortalitatis verba credenda ſunt.Solliciti enim,& valde ſolliciti eſſe debemus , ne
margaritas noſtras mittam⁹ ante porcos.Sed & alias ob cauſas,vtile eſt viri huius habere me
notitiam.Sic enim ſciam,quia in his,de quibus nõ poteſt dubitari,quòd bona ſint,emendatus
eſt,& inculpabilis,hoc eſt,ſi ſobrius,ſi miſericors,ſi iuſtus,ſi mitis,& humanus eſt,quæ vtique
bona eſſe,nullus ambigit,tunc conſequens videbitur,vt ei,qui obtinet bona virtutum, etiam, I
quod deeſt fidei & ſcientiæ,conferatur,& in quibus maculari videtur eius vita,quæ eſt in re-
liquis probabilis,emendetur.Si vero in his,quæ palam ſunt,peccatis inuolutus,permanet in-
quinatus, non me oportet aliquid de ſecretioribus & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui , ſed
magis proteſtari,& conuenire eum,vt peccare deſinat,& actus ſuos à vitiis emendet . Quod
ſi ingeſſerit ſe,&prouocauerit nos dicere,quæ eum,minus recte agentem,non oporteat audi-
re,prudenter eum debemus eludere.Nam nihil omnino reſpondere auditorum cauſa , vtile
non videtur,ne forte exiſtiment,nos reſponſionis penuria declinare certamen , & fides eorũ
lædatur,non intelligentia propoſiti noſtri.Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum,
ſi ita deſipiamus,vt videam⁹,eum,qui idola colit,eſſe ſobrium,nos,qui deum colimus, ſobrij K
*al.ne esſe recuſemus.Non hoc ſit inter nos,ſed magnum habeamus ſtudium,vt ſi illi,qui errant,ho
micidium non faciunt,nos ne iraſcamur quidem.Et ſi illi adulterium nõ cõmittunt,nos*nec
concupiſcamus quidem alienam mulierem.Si illi amant proximos ſuos,nos etiam diligam⁹
inimicos noſtros.Si illi mutuo dant his , qui habent , vnde reddant,nos etiam his demus, à
quibus recipere non ſperamus.Et per omnia nos , qui æterni ſeculi hæreditatem ſperamus,
debemus præcellere eos,qui præſens tantum ſeculum nouerunt,ſcientes, quia ſi opera illorũ
noſtris operibus collata,in die iudicij ſimilia inueniantur,ac paria,confuſio nobis erit , quòd
æquales inuenimur in operibus his,qui propter ignorantiam condemnantur , & nullã ſpem
futuri ſeculi habuerunt.Et vere digna confuſio eſt,vbi nihil amplius geſſimus ab his , quibus
amplius intelleximus. Quod ſi cõfuſio nobis erit,æquales his inueniri in operibus bonis,quid L
erit nobis,ſi inferiores nos,ac deteriores,examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo
Mat.12.d Lucæ.11.d de his nos ipſe verus propheta docuerit. Ad eos autem , qui negligunt audire verba ſapien-
tiæ,ita ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam , quia
venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis,& ecce pluſquam Salomon hic,& non au
diunt.Ad eos vẽro,qui de malis actibus gerere detrectabant pœnitentiam,ita ait: Viri Nini-
Mat. & Lu. vbi ſupra. uitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac,& condemnabunt eam, quia pœnitentiam ege-
runt in prædicatione Ionæ,& ecce pluſquam Iona hic.Videtis ergo,quomodo eos,qui erudie
bantur ex lege,adductis ad exemplum illis,qui ex gentili ignorantia veniebant,&oſtendens, M
eos nec æquales illis eſſe,qui in errore poſiti videbantur , ex ipſa tantum comparatione con-
demnatos. Ex quibus omnibus,ſermo,quẽ propoſuimus, approbatur,vt caſtimonia, quæ ali-
quatenus etiam ab his,qui in errore ſunt poſiti,cuſtoditur,multo purius , & attentius , & per
ſingulas quaſque(ſicut ſupra oſtendimus)ſpecies à nobis, qui veritatem ſequimur , teneatur,
eo magis,quo apud nos obſeruantiæ eius præmia æterna ſunt poſita . Aliter enim nemo ſal-
uus eſſe poterit,niſi his obſeruationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in ſua volun-
tate vnumquemque in ſuo ordine ſemper cuſtodiat, fratres, & ſibi placere in omnibus con-
cedat.Amen.

A IN QVARTAM EPIST. DIVI CLEMEN-
tis, arg. per Io. Sichardum.

Contra inſidias hæreticorum,quibus iam tum cœperant omnia eſſe infeſta, attentos iubet Clemens eſſe epiſcopos,ut doctrina ueritatis obſtruatur aditus lupis,qui poterant per occaſiones in gregem domi-ni graſſari.eos uero qui alio iam fuerant quorundam perſuaſionibus traducti, quàm Chriſtianæ regu-læ præſcriptum ferret,& palàm quorundam pſeudoprophetarum decretis ſubſcripſerant,obteſtatur, ne tan-quam transfugæ,ab eorum ſtent partibus,quorum tota profeſſio, ignorantiæ nebulis adumbratu, nullo perti-neat,niſi ut ſubuertantur qui iam pulchre uidebantur ſibi in cognitione ueri prophetæ promouiſſe. Atque hic
B *in ignorantiam, ut quæ uix ſit peſtis ulla capitalior,totis uiribus inuehitur,eique deberi dicit,quod à uero,er-ga quod noſtropte ſumus ingenio melius affecti,abhorreamus,& noſtra culpa æternis nos ſuppliciis obnoxios faciamus.Per contentionem uero cognitionem ueritatis nobis ita commendat,ut putet parentum,quibus alio-qui uita debeatur,reſpectum non tanti eſſe oportere , ut in eorum gratiam diutius quàm ſit noſtræ ſaluti inte-grum,in ignorantia permaneamus. Ne uero habeant contentionum ſtudioſi, quod morbo ſuo prætexant,ad-dit,eam diſſidij anſam non eos,qui iam uero prophetæ nomen dederint,quæſituros, ſed qui ignorantiam præ-optantes,aliis hoc ipſum inuident,unde inuiti licet,coguntur tamen profiteri ſalutem pendere.*

EPISTOLA QVARTA SANCTI CLEMENTIS

C Papæ,ſcripta diſcipulis ſuis,Iulio & Iuliano,qui ma-
lorum hominum perſuaſionibus aliquatenus
deuiarant,& gentibus,inter quas
habitabant,directa.

D CLEMENS Romanæ vrbis Epiſcopus,chariſſimis fratrib⁹ Iulio & Iu-
liano,ac reliquis conſodalibus noſtris,gentibusq;,quæ circa vos ſunt.
Oportet,fratres,omnes doctores, qui ad ſalutem animarum inſti-
tuti ſunt,& ad lucrandas animas epiſcopi ſunt conſecrati , pro cun-
ctis ſollicitudinem gerere , & errantes ad viam veritatis,& ad por-
tum ſalutis reducere.Et licet propter gẽtes,quæ circa vos ſunt,in mo
dico vos erraſſe contigerit, melius eſt tamen redire ad veritatis viã, *al.perdu-rare.
quàm diutius in ipſo errore*perſeuerare. Quoſcunq; enim de his,qui
vos errare fecerunt, vel de his,qui adhuc verbũ prædicationis non audierũt,poteſtis,vobiſcũ
aſſumite,& ad viam veritatis adducite,ne infructuoſi,ſed fructuoſi,domino inueniamini.Et
quoniamquidẽ,ſicut à cultore neglecta terra , ſpinas & tribulos neceſſario producit, ita ſen-
ſus veſter longi tẽporis incuria,multas& noxias opiniones rerũ & intelligentias falſæ ſcien-
E tiæ germinauit,opus eſt nunc multa diligentia,ad excolendũ rus mentis veſtræ,vt hic ſermo
veritatis(qui eſt verus, & diligens cordis colonus)aſſiduis excolat diſciplinis. Veſtrum ergo
eſt præbere obedientiam,& occupationes ac ſollicitudines ſuperfluas amputare,ne bonũ ver
bi ſemen enecet noxium germen.Poteſt enim fieri, vt multi temporis negligẽtiam breuis &
aſſidua reparet diligentia.Incertũ nanq; eſt vniuſcuiuſq; tempus vitæ. Et ideo feſtinãdum eſt
ad ſalutem,ne fortè cunctantem mors repẽtina præueniat.Et ob hoc acrius adnitendum eſt,
vt(dum eſt temporis ſpatium)collecta malæ conſuetudinis vitia reſecentur.Quod non aliter
facere poteritis,niſi vt iraſcamini quodammodo aduerſum voſmetipſos pro his , quæ inuti-
liter geſſiſtis ac turpiter.Hæc enim eſt vtilis vita,& iuſta,& neceſſaria iracũdia,vt vnuſquiſq;,
in quibus errauit,& perperam geſſit,indignetur, & ſemetipſum accuſet.Ex qua indignatione
F accenditur in nobis ignis quidã,qui velut agro ſterili immiſſus,cõſumptis & excoctis radici-
bus peſſimæ voluntatis,bono ſemini verbo dei fœcundiorẽ cordis præparet glebam. Puto au
tem,ꝙ ſatis dignas habeatis cauſas iracũdię,ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat , ſi cõſi-
deretis,in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum , quantõsque lapſus , & quanta
præcipitia ad peccandum dederit, à quantis vos bonis abſtraxit , & in quæ præcipitauit ma-
la, & quod eſt ſuper omnia grauius , quòd vos in futuro ſeculo æternis pœnis obnoxios fe-
cit . Nonne pro his omnibus , vbi vobis veritatis lumen effulſit , ignis iuſtiſſimæ indigna-
tionis accenditur , & iracundiæ deo placitæ intra vos conſurgit incendium, quo con-
ſumatur, & radicitus intereat omne germen, ſi quod forte intra vos malæ cõcupiſcẽtiæ pul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iulauit? Vnde & ipſe,qui miſit nos,quũ veniſſet, & omnem mundũ vidiſſet ad malitiã declinaſſe,nõ continuo ei pacem,in erroribus poſito,dedit,ne eum cõfirmaret in malis, ſed ignorantiæ eius ruinis ſcientiã veritatis oppoſuit,vt ſi qui forte reſipiſcerent, & lumẽ veritatis aſpicerent,deceptos ſe,& in præcipitia erroris abſtractos,merito dolerent, & iracundiæ ſalutaris ignem aduerſus deceptricem ſuã conciperent ignorãtiam.Ob hoc itaq; dicebat, Ignem veni mittere in terrã,quem volo,vt accendatur. Eſt ergo pugna quædã, quæ gerẽda nobis eſt in hac vita.Sermo enim veritatis & ſcientiæ neceſſario ſeparat homines ab errore & ignorantia,ſicut ſæpe videmus,putrefactas & emortuas carnes corporis, à cõnexione viuentium mẽbrorũ,ferro ſecante,ſeparari.Tale ergo aliquid eſt,quod agit veritatis *ignoratio.Neceſſe eſt enim,vt ſalutis cauſa filius(verbi gratia)qui ſermonẽ receperit veritatis, à parẽtibus ſeparetur incredulis,aut rurſum pater ſepareẽ à filio,aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos atq; cõſanguineos,credentes atq; incredulos,ſcientiæ atq; ignorantiæ, veritatiſq; & erroris pugna*conſiſtit.Et ob hoc iterũ dicebat,qui nos miſit,Non veni pacẽ mittere in terram,ſed gladium.Quod ſi dicat aliquis.Et quomodo iuſtum videtur, ſeparari filios à parẽtibus?Audi quomodo,Quia cum ipſis,ſi in errore permaneant,neq; illis proderunt,& ipſi cum illis pariter interibunt.Iuſtum igitur,& valde iuſtum eſt,ſeparari eum,qui ſaluari vult, ab eo qui nõ vult.Sed & illud aduerte,quia nõ ex illis,qui rectius intelligũt,venit iſta ſeparatio. Illi enim volunt intereſſe,pariter & prodeſſe his,& docere meliora.Sed & iſtud propriũ eſt ignorantiæ vitium,vt cõfutantem ſe,veritatis lucem nõ ferat habere de proximo. Et ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio.Nam qui ſcientiam veritatis accipiunt(quia bonitatis plena eſt)tanquã à bono deo datã,cupiunt eam(ſi fieri poteſt)cum omnibus habere cõmunem,etiã cum his,qui oderunt eos,& perſequũtur.Sciunt enim,quia peccatũ ipſorum cauſa ignorãtiæ eſt . Propterea deniq; ipſe magiſter,quum ab his,qui ignorabant eum,duceretur ad crucem, orabat patrẽ pro interfectoribus ſuis, & dicebat, Pater, dimitte eis peccatum , quia neſciunt quid faciunt, Imitantes quoq; diſcipuli magiſtrum,etiã ipſi,quum paterentur,ſimiliter pro interfectoribus ſuis orabãt. Quod ſi diſciplina nobis eſt,orare etiam pro interfectoribus & perſequutoribus noſtris,quomodo nõ etiam parentum & propinquorum perſequutiones ferre, & pro cõuerſione eorũ orare credim⁹ ? Tum deinde etiã illud diligentius cõſideremus,quæ ſit nobis cauſa parentes diligendi,pro eo,inquiunt,quia vitæ noſtræ videntur authores.Authores quidem vitæ noſtræ parentes nõ ſunt,ſed miniſtri.Non enim vitam præbent , ſed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent miniſterium,author autem vitę vnus,& ſolus,eſt deus.Si autẽ authorem vitæ diligere volumus,illum nobis eſſe diligendũ ſciamus . Sed illum,inquiunt, cognoſcere nõ potuimus,iſtos autẽ & nouimus,& in affectu habemus. Eſto, nõ potuiſtis cognoſcere,quis ſit deus,*quid tamen nõ ſit deus,perfacile ſcire potuiſtis.Nam quomodo latere potuit hominem q̃ lignũ,aut lapis,aut æs,vel alia huiuſmodi materia deus nõ ſit?Quod ſi in his,quę facile deprehendere potuiſtis,animũ ad diſcutiendum noluiſtis intendere,certum eſt,quia & in agnitione dei impediti eſtis,nõ impoſſibilitatis,ſed ignauię vitio.Nam ſi voluiſſetis,ex hiſ ipſis inutilibus ſimulacris profecto accepiſſetis intelligentiæ viam . Certum eſt,quia per ferrum facta ſunt ſimulachra,ferrum vero per ignem cõfectum eſt, qui ignis aqua extinguitur, aqua autẽ per ſpiritũ mouetur,ſpiritus autẽ à deo initium habet. Sic enim dixit Moyſes propheta,In principio fecit deus cœlum & terrã.Terra autẽ erat inuiſibilis & incompoſita,& tenebræ erant ſuper faciem abyſſi,& ſpiritus dei erat ſuper aquas . Qui ſpiritus,dei iuſſu, quaſi ipſa manus cõditoris lucem ſeparauit à tenebris,& poſt illud inuiſibile cœlum , iſtud viſibile produxit, vt ſuperiora quidem habitaculum faceret angelis,inferiora vero hominibus . Propter vos ergo,iuſſu dei,aqua,quæ erat ſuper faciem terræ , ſeceſſit, vt terra vobis produceret fructus.Cui etiã humorũ venas latenter inſeruit,vt vobis ex ea profluerẽt fontes & flumina. Propter vos producere iuſſa eſt animantia, & omnia, quæ veſtro vſui voluntatiq;, ſeruirent. An non propter vos venti ſpirant, vt ex ipſis concipiens,fructus vobis terra parturiat? Nónne propter vos imbres profluunt,& tempora viciſſitudines mutant?Num propter vos ſol oritur,& occidit,& mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum ſuum,vt vobis ingratis cuncta ſubiaceant.Nónne pro his omnibus iuſta erit vltionis pœna, quia horum omnium largitorem,quem ante omnia & agnoſcere & venerari debuiſtis , ſolum præcæteris ignoratis ? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam eius duco . Videtis etenim , quòd omnia gignuntur ex aquis , aqua vero per vnigenitum ex initio facta eſt, vnigeniti vero omnipotens deus caput eſt, per quẽ tali ordine(vt ſupra diximus) peruenitur ad patrem.

Lucæ.12.f

*al.agnitio

*al.cõſurgit.

Matth. 10.d

Lucæ.23.e

*al.qui.

Gene.1.a

ad patrem.Quum autem peruenieritis,agnoſcite hanc eſſe voluntatem eius,vt per aquas, quæ primæ creatæ ſunt, denuo renaſcamini.Qui enim regeneratus fuerit per aquam , bonis operibus repletus,hæres efficitur eius,à quo in incorruptione regeneratus eſt.Propter quod , paratis animis accedite quaſi filij ad patrem,vt peccata veſtra diluãtur , & cauſa eorũ ſola ignorantia fuiſſe probetur apud deũ . Nam ſi poſt agnitionem horũ permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis veſtræ cauſa,& nõ ignorantiæ reputabitur,Nec putetis,quòd etiã ſi omnem pietatem colatis,omnẽq; iuſtitiã,baptiſmum vero non accipiatis ſpem poſſitis habere apud deum,imò maiore pœna digni eritis,qui bona opera non bene operati eſtis . Confertur enim meritũ homini ex bonis geſtis,ſed ſi ita gerantur,ſicut deus iubet.Deus autem iuſſit,omnem colentem ſe,baptiſmo conſignari.Quod ſi vos renueritis , vt veſtræ voluntati magis quàm dei obtemperetis,cõtrarij ſine dubio,& inimici eſtis voluntati eius. Sed dicitis fortaſſe,Quid confert aquæ baptiſmus ad dei cultum?Primo quidem, quia quod deo placuit,impletur. Secũdo,quia regeneratio ex aquis, & deo renato,fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta eſt,amputatur,& ita demũ peruenire poteritis ad ſalutem.Aliter impoſſibile eſt.Sic enim nobis cum ſacramẽto verus propheta teſtatus eſt,dicens: Amen dico vobis,niſi quis denuo renatus fuerit ex aqua viua,non introibit in regnũ cœlorum . Et ideo accelerate.Eſt enim in aquis iſtis miſericordia eius quædã,quæ ex initio ferebatur ſuper eas , & agnoſcit eos,qui baptizantur ſub appellatione triplicis ſacramenti, & eripit eos de ſuppliciis futuris,quaſi donum quoddam,offerens deo animas,per baptiſmum conſecratas. Confugite ergo ad aquas iſtas,ſolæ ſunt enim,quæ poſſint vim futuri ignis extinguere.Ad quas, qui moratur accedere,conſtat,in eo adhuc infidelitatis idolũ permanere, & ab ipſo prohiberi, ad aquas properare,quæ ſalutem conferunt.Siue enim iuſtus,ſiue ſit iniuſtus,baptiſmus ei per omnia neceſſarius eſt.Iuſto quidem,vt adimpleatur in eo perfectio , & regeneretur deo, iniuſto vero,vt peccatorũ,quæ geſſit,remiſſio concedatur.Omnibus ergo feſtinandum eſt, ſine mora renaſci deo,& demum conſignari ab epiſcopo,id eſt, ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti percipere,quia incertus eſt vniuſcuiuſq; exitus vitæ.Quum autẽ regeneratus fuerit per aquã, & poſtmodũ ſeptiformi ſpiritus gratia ab epiſcopo (vt memoratum eſt)confirmatus,quia aliter perfectus eſſe Chriſtianus nequaquã poterit,nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate,ſed incuria aut voluntate remãſerit (vt à beato Petro accepimus, & vt cæteri ſancti Apoſtoli,præcipiente domino,docuerunt)& demum ex operibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinem eius,qui eum genuit,patris.Poſt hæc vero agnoſcat,deum honorare. Honor autem eius eſt,vt ita viuat,ſicut ipſe vult.Vult enim vnumquęq; ita viuere, vt homicidium & adulterium neſciat,odium & auaritiã fugiat,iram,ſuperbiã,iactantiam reſpuat & execretur,inuidiam quoq;,& cætera his ſimilia,penitus à ſe ducat aliena.Eſt ſane propria quædã noſtræ religionis obſeruantia,quæ nõ tam imponitur hominibus,quàm proprie ab vno quoq; deũ colẽte,cauſa puritatis expetitur,de caſtimoniæ dico cautela,cuius ſpecies multæ ſunt.Sed primo, vt obſeruet vnuſquiſq;, ne menſtruatę mulieri miſceatur,hoc enim execrabile ducit lex dei. Quod etſi lex de his nõ admonuiſſet nos,vt*catuli libẽter volueremur in ſtercore.Debemus aliquid amplius habere animalibus,vtpote rationales homines & cœleſtium ſenſuũ capaces, quibus ſummũ ſtudium eſſe debet,ab omni inquinamento cordis conſciẽtiam cuſtodire. Bonum eſt autẽ,& puritati conueniens,etiam corpus aqua diluere . Bonum vero dico,non quaſi principale illud,in quo mẽs purificatur,ſed q̃ ſequela ſit illius boni hoc,in quo caro diluitur. Sic enim & magiſter noſter quoſdam phariſæorum & ſcribarum,qui videbantur eſſe cæteris meliores,& à vulgo ſeparati,increpabat,dicens eos hypocritas , quia ea ſolummodo,quæ hominibus videbantur,purificabant,corda vero quæ ſolus deus aſpicit,inquinata relinquebant, & ſordida.Ad quoſdã ergo ex ipſis,nõ ad omnes dicebat, Væ vobis ſcribæ & phariſęi, hypocritæ,quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis,intus autem plena ſunt ſordibus. Phariſæe cæce,munda prius, quod intus eſt, & quod deforis eſt , erit mundum . Vere enim,ſi mens mundetur luce ſcientiæ,quũ ipſa fuerit munda ac ſplendida,tunc etiam eius, qui deforis eſt hominis,ipſa neceſſario curã gerit carnis ſuæ,vt & ipſa purificetur.Vbi autem iſta,quæ deforis eſt,purificatio carnis, negligitur,certum eſt,neque de puritate mẽtis ac mũditia cordis curam geri.Ita ergo fit,vt is,qui intrinſecus mundus eſt, mũdetur ſine dubio & extrinſecus. Non ſemper autẽ is, qui mundatur extrinſecus, etiam intrinſecus mundus eſt, videlicet quũ agit hæc,vt hominibus placeat.Sed & illa ſpecies caſtimoniæ obſeruãda eſt,vti ne paſſim & libidinis ſolius cauſa,cũ fœminis coëat quis,ſed poſteritatis reparãdæ gratia, quæ obſeruã-

Leuit.18.c

*al.cantharides.

Matth 23.c

 tia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 12. d &. 14, a

tia, quum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus & deum colentibus obseruetur. Ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio dei. Propter quod, charissimi, sectamini semper charitatem, & æmulamini meliora, & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt deo semper in omnibus placere valeatis. Amen. G

IN QVINTAM DIVI CLEMENTIS EPISTOLAM ARG. PER IOAN. SICHARDVM.

Miremur uero, si libet, quædam tãto seculorũ interuallo alio decidisse, quàm sunt instituta, quædãuero penitus in desuetudinẽ abiisse, cum ex hac epistola nõ obscure liceat cognoscere, illam mẽsæ, totiúsque cultus rationem, quam inter se Christiani peculiarem habuere, paulatim senuisse, ipsis etiã Clementis temporibus: apparétque eam obsoleuisse citius, quàm esset paulò propius cognita: magna enim epistolæ pars in eo consumitur, ut in memoriam redigat id uictitandi genus, quod non temere à dilectione apud Græcos nomen inuenit, quæ refrigescente sensim precia uitæ pessumiere, & ut quidque fuit honestius institutum. At deum immortalem quantulo post apostolos tempore? Eiusmodi autem tum fuit Christianorum uita, quemadmodum in actis apostolicis describitur, ut sublata priuatarum rerum nomenclatura, in publicum quicquid uspiam esset abierit, indéque ut uisa fuit cuiusque necessitas postulare, expensum ab episcopo tanquam œconomo. Res fuit per se honesta, ut uix alia æque, sed quæ lucri cupidioribus fenestram quodammodo aperuerit, qua ad diuitias, quas pro ruderibus ducere debebant, per fas atque nefas aspirarent. Dispertiebant enim ueteres illi pontifices, ut de quorum fide nemini esse dubium posset, prout omnium ratio tulit, tantúmque abfuit, ut eorum quicquam abraderent, ut etiam uitam si quo opus fuisset, impendere nihil essent grauati. Vsi sunt re honestissima posteriores aliquot pontifices ad quæstus aucupium, & quod in hunc usum publico adderetur, cœptum est primo decimari, paulò post, ubi res successit, & uita illa lautior arrisit, & sordium eos piguit, abiecta fronte palàm pro suo omne id habuerunt, quod erat usibus omnium destinatum. Nihil addam amplius, ne argumentum scribens, imprudentius hic, quod nolim, Camarinam istam commoueam. H

Mẽsa enim illa Christianorum ἐγκαινία dicitur.

I

EPISTOLA QVINTA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ, DE COMMUNI VITA, & reliquis causis suis discipulis scripta, Hierosolymisq; directa. K

12. q. 1. Dilectiss. fratribus.

Dilectissimis fratribus, & condiscipulis Hierosolymis, cum charissimo fratre Iacobo coëpiscopo habitantibus, Clemens Episcopus.

Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorúmque discipulorum imitari volunt. Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem, alius hoc suum esse dixit, & alius* istud: & sic inter mortales facta diuisio est. Denique Græcorum quidam, sapientissimus hæc ita sciens esse ait, Communia debere esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Et sicut non potest, inquit, diuidi aër, neq; splendor solis, ita nec reliqua, quę cõmuniter in hoc mũdo omnib⁹ data sunt ad habendũ, diuidi debere, sed habẽda esse cõmunia. Vnde & dominus per prophetã loquitur, dicẽs: Ecce quàm bonũ & quã iucundũ, habitare fratres invnũ, & reliqua. Istius enim cõsuetudinis more retẽto, etiã apostoli, eorumq; discipuli (vt prædictũ est) vna nobiscũ & vobiscum cõmunem vitã duxere. Vnde (vt bene nostis) erat multitudinis eorũ cor vnum, & anima vna, nec quisquã eorum aut nostrum de his quę possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cõmunia, nec quisquã egens erat inter nos. Omnes autẽ, qui domos vel agros possidebãt, vendebãt eos, & pretia eorũ, & reliquas res, quas habebant, afferebãt, ponẽtes ante pedes apostolorũ, ficut nobiscũ quidã vestrũ cognouerunt & viderũt, & diuidebatur singulis, prout cuiq; opus erat. Ananias aũt vir austerus, & Sapphira vxor eius, qui mẽtiti sunt apostolis de pretio agrorũ suorũ, quos vẽdiderant, nobis præsentibus in cõspectu omnium circũastantium, à conspectu apostolorũ, propter peccatũ eorũ & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cęteraq;, quæ de

* al. aliud Pythagoras philosoph⁹.

Psal. 132

Acto. 4. g

Acto. 5. a. b

L

M

A quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis apostolorum obedire præcipimus, quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatum est etiam nobis, q̃ quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum *traditionem patris, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim, quidam (vt audiuimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his, quæ legunt, verisimilitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandum est, vt lex dei, quum legitur, non secundum propriam *ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in B scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipsum ex scripturarum authoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam, seruauit, vt & ipse possit ea quæ recte susceperit, competenter asserere. Quum enim ex diuinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studiis, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Incertum est enim etiam iuuenibus vitæ C tempus, senibus autem iam nec incertum est, non enim dubitatur, quod quantumcunque est, quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes quàm senes oportet de conuersione & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere, vt de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitię, splendore iustitiæ, candore pietatis, aliisq; omnibus, quibus comptam debet esse rationabilem mentem. Vnde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quę domino vouistis adimplere satagatis. Et quum, oratione assidua dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspitione mali* interitus, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

Dist. 37. Relatum est

*al. traditiones patrum

*al. ingenij virtutẽ, vel

2. q. 1. Dilectiss. fratrib.

*al. iter vos

D

IN DIVI ANACLETI EPISTOLAM PRIMAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

E *Magni referre D. Paulus non ab re existimat, quem quisque suæ doctrinæ habeat autorem. Nec ita multo secus Tertullianus, de præscriptionibus contra hæreticos, hoc plus esse cuiq; deferendum censet, quo saniore sit is, atq; meliore nixus suæ sententiæ principe. Indeq; esse quod Clementem pro se quisq; pluris facere debeat: nam is ut doctrinæ suæ institutа è Petro hausit, ita prærogatiuam quodammodo docendi ab eo tulerit. Atque ita demum cuiuslibet ecclesiæ dignitatem esse colligendam, si quamplurimos autorum habuerit similes. Ea in re quis non uidet, Anacletum esse, qui cum Clemente sit antiquior, quem hoc nomine uel maxime suspicere debeamus? Eius enim episcopatus, cui magna innocentia XII. annis præfuit, cum in Domitiani cruentissimi Imperatoris tempora incidisset, qui hanc sibi operam poposcerat, ut ferro igneq;, quod in se erat, Christianorum penuriam ad internecionem redigeret, essentq; non paucidefectionem iam, ob diutinum periculorum metum, cogitantes: eos ad patientiam Anacletus animat, adfirmans eam esse, qua ueluti militari tessera, eius nos Imperatoris esse milites testemur, ad cuius sumus imaginem creati. Vbi autem hoc se cuicisse putat, dilectionem proximi, ut quæ patientiæ umbra sit, illis commendat, exemplo Christi, qui cum fratrum nomẽ unice nobis conciliare studeret, ex æquo uoluit & dici, & esse omnium parens.* F

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ANACLETI EPISTOLA PRIMA omnibus Ecclesiis scripta.

ANACLETVS seruus Christi Iesu, in sede Apostolica domino seruiens, Episcopis omnibus, & cęteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, gratia vobis & pax, atq; consolatio multiplicetur à domino in secula. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo *exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis *tẽtationibus, vt probatio vestræ fidei multo preciosior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autem non confundit. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Si agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra, vt adueniente iudice Christo, læti & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, charissimi, laboris & patientiæ prophetas, qui loquuti in nomine domini sunt. Et beatificamus, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis, quoniam misericors & miserator dominus est. Tribulationes vestras audiuimus, fratres, tam per *nostros, quàm & per aliorum apocrysarios, super quibus valde dolemus, vobisq; compatimur, & auxilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus. Nolite mirari, charissimi, qui persecutiones patimini, quasi noui vobis aliquid contingat, sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat. Glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo dei. Si autem à nobis primum, quis finis eorum, qui non credunt dei Euangelio? Et si vix iustus saluabitur, impius & peccator, vbi parebunt? Itaq; & hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis. Nam (vt ait beatus Clemens antecessor noster) similis est omnis ecclesiæ status naui magnæ, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem properare cupientes. Sit ergo nauis author huius dominus ipse omnipotens deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretę officium Episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant, nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoq; mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates, & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulationes, siue pericula, fluctibus exęquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum, & seductorum, seu prauæ doctri næ verba *docęantur. Promontoria vero & loca confragosa, hi, qui in potestatibus seculi sunt iudices, & qui pericula minantur, ac mortes. Bithalassa vero loca, quę duplicibus vndæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus, conferantur, atq; his, qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ vero & dolosi, piratis similes habeantur, Iam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimãda sunt, quàm peccata? Restat igitur, vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, & ita deo precem fundere, vt nauigantes mereantur audiri. Audiuimus, fratres, quòd quidam detrahunt, & accusant sacerdotes dei, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, quòd iniuria sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt, quod beatus Petrus princeps apostolorum, instructor noster, ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes,

1. Petri. 1.

*al. exultatis
*al. tribulationibus
Roma. 5. a
Iacob. 5. a
Iacobi. 5. b
Ibidem.
*al. vestros
1. Petri. 4. d
Inepist. 1. ad Iacobum.
*al. dicãtur
1. Petri. 2. a

A mulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Et dominus per prophetam inquit: Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia eius, ne loquantur dolum, &c. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis dei, & contemptores, atq; inobedientes eius præceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores, &c. Et beatus prædecessor noster Clemens, vir apostolicus, & spiritu dei plenus, vna cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, &
B suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, eiusq; violatores, & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Quicunq; autem (vt ait apostolus Iacobus) totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est reus omnium. Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio. Et dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt
C conuertatur & viuat. Et multa talia, horumq; similia. Nemo enim (inquit Apostolus) nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & reuixit, vt & viuorum & mortuorũ dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scimus enim, quia multum derogatio præualet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo, fratres, variis detractionibus & accusationibus non oportet labefactari iudices &
D primates ecclesiæ, sed magis apostolorum & doctorum regulis informari & roborari. Vnde iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis sunt, recte sapere, & operari, & non regulas nascentis ecclesiæ *confundi aut fidem, aut doctrinam apostolorum, variis maculare doctrinis, nec fratres infestare. Si autem omnia in hoc seculo *vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat, se deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ stimulis agitatur, quàm charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. Erigunt ergo doctores conscientias suas, & si quando
E incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quæ *seculis magis sunt adscribenda, quàm meritis. Datam enim scimus Satanæ potestatẽ, vt seruos Christi cribraret, vt quod de tritico inueniri posset, horreis ingereretur, & quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perfidorum, vt marcida ecclesiæ membra resecaret, & ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit. Qui triumphum mereantur, per bella cognoscuntur. Scimus autem, multos ob id infestare doctores, vt eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) à recta æmulatione, & bona *intentione recede-
F re debent, scientes, quia beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim laboris memoriam mens, terrenis obligata carceribus. Sicut artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præiudicium alteri faciat, neque, quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in eius actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed & salutem inimicorum valetudine, & rumorum procellis agnosco. Potens est diuinitas immensa, tempestatis incerta bono serenitatis amouere. Et quid aliud si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, & si

Psalm. 33.
Iacob. 2. b
In epi. sua. 1 ad Iacobum sententialiter. 3. q. 4.
beatus prædecessor, Et in decr. Iuo. lib. 4.
Iacobi. 1. d
Iacob. 2. b
Ezech. 18. g
33. c
Rom. 14. b
Iacobi. 4. c
Esaiæ. 45. d
Philip. 2. b
*al. cõfundere 6. q. 1. Si omnia in
*al. iudicata
al. ætatib
Lucæ. 12. c
Lucæ. 12. d
Dist. 43. Scim* aũt mul.
*al. institutione
Matth. 5. a
Dist. 83. Nihil illo
Tobiæ. 4. c.
1. Petri. 4. d

apostoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostoli passi sunt, sequentes eius exemplum, & reliqui patres, nisi vt sequamur tam doctri- G
nam eorum, quàm & exemplum, & patiamur aduersa pro Christo, & cum patribus, atq; cum
fratribus crucem portemus, eorumq; tribulationibus compatiamur, vt Christi veri discipu-
Matth.16.d Lucæ.9.c li inueniamur, qui dixit: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam,
& sequatur me, & reliqua. Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur.
Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus cre
ditur filij vocabum valere, quàm obsequium, & non quæritur, quid in amoris lance promo-
ueas, sed quale ad præiudicium æstimanti nomen opponas, quum apud prudenter frustra so-
bolem dicimus, nisi exhibeat, quod vocatur? Ego vero nolo, errore meo alienas culpas asse-
Psalm.5. rere, vt factum, quod doleo, admisisse conuincar. Odisti (inquit dominus per prophetam) H
omnes, operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum, & dolo-
*al.abomi- sum *abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in do-
naberis deus mum tuam, adorabóque in templo sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iustitia
*al.insidia- tua propter *incantatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam. Non est enim in ore
tores eorum rectum, interiora eorum insidiæ. Sepulchrum patens guttur eorum, linguam suam
lenificant. Condemna eos, deus, decidant à consiliis suis, iuxta multitudinem scelerum eo-
rum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æter-
num laudabunt. Et proteges eos, & lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu I
benedices iusto. Domine, vt hasta placabilitatis coronabis eum. Deo enim sacrificantes per-
fecte, non debent vexari, sed portari, consolari, atque ab omnibus venerari. Ipsi autem, quan-
do domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, vt domino per-
Deute.12.b fecte in sacratis deo sacrificare locis probentur. Ait nanque authoritas legis diuinæ: Vide, ne
offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegit dominus deus
De cõs.dist. tuus. Episcopus deo sacrificans, testes (vt præfixum est) secum habeat, & plures, quàm alius sa-
1. Episcopus deo sacr. cerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij *incrementatione
*al.incre- mento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem, aut quinq;, aut tres diaconos, qui eius ocu-
li dicuntur, & subdiaconos, atq; reliquos ministros, secum habeat, qui sacris induti vestimen-
tis, in fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra, leuaq;, contrito corde, & humiliato spi K
ritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à maliuolis hominibus & cõsensum eius præbeãt
sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis ca-
rere liminibus: Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Seruite (in-
Psalm.2. quit dominus per prophetam Dauid) in timore & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne
forte irascatur, & pereatis de via. Ille enim non perit de via, qui recte graditur, & præcepta cu
Daniel.12.b stodit maiorum. Doceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, vt & cæte-
ros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est autem, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splen-
dor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et
Danie.11.c alibi, Populus autem sciens deum suum obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plu- L
Matth.11.a rimos. Ipsa enim veritas per se infert, & dicit, Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
Lucæ.7.d Dist.93.Ille Ille proculdubio scandalizatur in deum, qui recte non docet, & qui eius scandalizat Episcopũ
peculdubio vel sacerdotem. Impie nanq; agentes sunt impij, neq; intelligent omnes impij, porrò docti in-
Iacob.4.b telligent. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus
1.Petri.5.b autem dat gratiam. Nolite (inquit Ioannes apostolus) omni spiritui credere, sed probate spi-
1.Ioan.4.a ritus, si ex deo sunt, quoniam pseudoprophetę exierunt in mundum. Et idem ipse alibi ait, Vos
1.Ioan.2.d quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit, quod ab initio audistis,
*al.nobis, vi- & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est *vobis, vi-
ta æterna tam æternam. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos. Et vnctio, quàm accepistis ab eo, M
maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos
de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc,
filioli, manete in eo, vt quum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in
aduentu eius. Si scitis, quoniam iustus est, scitote, quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex
1.Ioan.3.a ipso natus est. Videte, qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur, & si-
mus. Propter hoc mundus non nouit nos, quoniam non nouit eum. Charissimi, nunc filij
dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam quum apparuerit, similes ei e-
rimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se,
Esaiæ.53.b sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est ini-
quitas.

A quitas. Et scitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis, qui in 1.Petri.2.d
eo manet, non peccat, & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo
vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabo
lo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli.
Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non
potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Om-
nis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est an-
nunciatio, quam audistis ab initio, vt diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno
erat, & occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniã opera eius maligna erãt Gene.4.b
B fratris autem iusta. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam transla-
ti sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis
qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam
æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis ani-
mam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam
huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quo-
modo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere &
veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suademus
cordi nostro. Quoniam, si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus corde nostro, & no
C uit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, &
quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniã mandata eius custodimus, & ea, quæ sunt placi
ta coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Chri-
sti, & diligamus alterutrũ, sicut dedit mandatũ nobis. Et qui seruat mãdata eius, in illo manet,
& ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis, de spiritu, quem dedit nobis. Et sicut Gene.1.d
deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iustus, pa-
tiens, atq; mitis, & misericors, & cætera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo leguntur, ita
homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens, atq; mitis, mun-
dus, & misericors foret. Quas virtutes, quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propior est
D deo, & maior est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per deuia
vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine deneger *ob- *al.aberret
erret, tunc fiet de eo, quod scriptum est, Et homo cum in honore esset, non intellexit, compa- Psalm.48
ratus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini es-
se, quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis orna- Psal.92.
retur, quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, om-
nium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini po-
test esse dedecus, aut infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris a-
missa, in informem & irrationabilem brutorum, iumentorumq; similitudinem delabatur?
E Quapropter, quisq; diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, & venerandam
sanctæ trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quã crea-
tus est, nobilitate morum, exequutione virtutum, dignitate meritorum habere conten-
dat, vt quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudi-
nem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformauit. Omnis ergo homo Gene.1.d
qui ad imaginem dei factus est, illum debet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius
debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero, ac protectorem,
meliorem reperire non poterit, quàm illum, qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum pre-
tioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem proculdu-
F bio mueniet, si in eum totam spem suam, iuxta Psalmistæ vocem proiecerit. Ait namq;, Proii- Psalm.54
ce super dominum charitatẽ * tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem * al.curam.
iusto. Omnis enim homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicũ *al.diffide-
fidelem, in cuius consiliis confidat, qui in suis confidebat*, & talem fiduciam habet in illo, vt bat,
omne secretum sui pectoris ei pandat, & aperiat. Quid dulcius est, quàm vt habeas illũ, cum Cicero de amicicia.
quo omnia possis loqui vt tecum? Si ista cũ hominibus fiunt, quanto magis cũ deo hoc est a- 1.Tim.2.a
gendum, qui omnes vult saluos fieri, & neminem perire? Nam, si veraciter deum credimus,
eumq; diligimus, vt debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eum quoq; totam spem pro-
iecerimus nostram, ipse nos eripiet, & consolabitur. Et sicut per angelum suum, Abacuc pro- Daniel.14.f
phetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit, & Philippum, vnum de Acto.8.a
septem

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem diaconibus ad Eunuchum,ita dabit nobis consolationem & liberationem.Hęc sectamini,charissimi,& nulli vnquam nocete. Fratres estis, inuicem vos diligite, vt veri domini discipuli effici mereamini. Nam,qui rancida corda *virorum inficit, malitiam inter homines spargit,& qui detrahit fratri suo,homicida est. Et, qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitq; hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio deus est, qui nos creauit,mater vero nostra,Ecclesia,quæ nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias,& ecclesiæ rapit, aufert,vel fraudat,homicida est, atque homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur.Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur,qui autem pecuniam vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Priuilegia enim ecclesiarum,& sacerdotũ,sancti apostoli iussu saluatoris intemerata,& inuiolata,eius omnibus decreuerunt manere temporibus.Leges ecclesię apostolica firmamus authoritate,& peregrina iudicia submouemus.Vnde & dominus mentionem faciens Loth,per Mosen loquitur,dicens,Ingressus es quidem,inquiunt,vt aduena,nunquid vt iudices? Vnaquæq; prouincia tam iuxta ecclesiasticas, q̃ iuxta seculi leges, suos debet iustos,& nõ iniquos habere iudices,& nõ externos,nisi apostolicæ sedis huius decreuerit *authoritas,quatenus,quicunq; causam habuerit,apud suos iudices iudicetur, & non ad alienos, causa vagandi,stimulante proteruia,suam despiciens patriam, transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur,deferatur negotium.Si autem fuerit ecclesiasticum apud Episcopos (interueniente Primate) siquidem maior causa fuerit,si vero minor, Metropolitano, si vero fuerit seculare, apud eiusdem ordinis viros, iudicio tantum Episcoporum, quum Apostolus priuatorum Christianorum causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit.Omnis enim oppressus,libere sacerdotum (si voluerit) appel let iudicium,& à nullo prohibeatur,sed ab his fulciatur,& liberetur.Si autem difficiles causę, aut maiora negotia orta fuerint,ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterint,aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet,& debet,iuste & deo placite coram Patriarcha aut Primate ecclesiastico,& coram Patricio secularia iudicentur negotia in commune.Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones,aut Episcoporum vel maiorum iudicia,aut maiores causæ fuerint, ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur,quoniam apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris,vt maiores & difficiliores quęstiones,semper ad sedem deferantur apostolicam,su per quam Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum, Tu es,inquit,Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & reliqua. Sit ergo,fratres,constãtia vestra aduersus contentiones eorum,qui aduersa sapiunt, & non quæ dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est, Ne timueritis ab his,neq; terreamini à facie eorum,qui corpus occidunt,animam autem non possunt occidere.Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere,& mittere in gehennam. Fratres mei,in carne ambulantes, non secundum carnem militamus.Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia deo, ad destructionem munitionum,consilia destruentes, & omnem exaltationem extollẽtem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem cogitationem, & in obsequium Christo perducentes.De cætero,fratres,confortamini in domino,& in potentia fortitudinis eius,vt pax vobis multa,& gratia à deo & domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur,& osculamur,ac si præsentes, charitatem vestram, in vnitate spiritus, in vinculo pacis & charitatis Christi.Propter quod,charissimi,expectantes satagite,immaculati & inuiolati inueniri in pace,& domini nostri longanimitatem salutem arbitramini,sicut & charissimus frater noster Paulus secundũ datam sibi sapiẽtiam scripsit vobis,sicut & in omnibus epistolis,loquens in eis de his,in quibus sunt quædam difficilia intellectu,quæ indocti & instabiles deprauant,sicut & cæteras scripturas,ad suam perditionem.Vos ergo,fratres,præscientes custodite,ne insipientium errore traducti,excidatis à propria firmitate.Crescite vero in gratia, & cognitione domini nostri Iesu Christi & saluatoris. Vos autem charissimi, memores estote verborum,quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi,qui dicebant vobis,quoniam in nouissimo tempore,venient illusores,secundum desideria sua ambulantes in impietate.Hi sunt,qui segregant semetipsos,animales,spiritum non habentes.Vos autem charissimi,superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei,in spiritu sancto orantes,ipsos vos in dilectione dei seruate,expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam

æternam.

*al.viuorũ 12.q.1.qui ab stulerit. Et partim ibid. c.Qui Christi pecunias Et in decre. Lucij pap. 17.q.4. Qui rapit. Et in decr. Lucij papæ 25.q.2 Priuilegia ecclesiarum ad sacerd. Et 3.q.6. Leges eccle. 3.q.6. leges eccles. Gene.19.b

*al.censura 3.q.6.vnaquæq; prouincia.

2.q.6. Ois oppressus

Matth.16.c

Matth.10.c Lucæ.12.a

2.Co.10.a.b

Ephe.6.b 2.Petri.3.d

In epi.Iudæ apostoli.f.

æternam.Et hos quidem arguite iudicatos,illos vero saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore,odientes eam,quæ carnalis est,maculatam tunicam. Ei autem,qui potens est vos conseruare sine peccato,& constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione,soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum,gloria, magnificentia,& imperium,& potestas,ante omnia secula,nunc,& per omnia secula seculorum, Amen.

EPISTOLA SECVNDA ANACLETI PAPAE, de ordinatione Archiepiscoporum, & reliquorum Episcoporum, atque sacerdotum, & de fide, cæterisq; causis,ad Episcopos Italiæ scripta.

ANACLETVS Episcopus vniuersis Episcopis in Italia constitutis. Quoniam apostolicæ sedis debitam reuerentiam erga me charitas vestra distribuit,& quia plurimum venerationis,charissimi filij, præbuistis (nam licet ecclesiæ, in qua sanctus Apostolus residens docuit, quo nam modo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore & sanctitate minores esse,& propterea omnino festinamus,vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire possimus) igitur consultationibus vestris plenius respõdissemus, si licuisset,sed infirmitatis,ac reliquarum oppressionũ,onere pressi,breuiter (prout dominus tribuit,& vt à Beato Petro principe apostolorum sumus instructi, à quo & presbyter sum ordinatus) scribere vobis (sicut petistis) non denegauimus.Ordinationes Episcoporum,authoritate apostolica,ab omnibus,qui in eadem fuerint prouincia Episcopis,sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant,ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus,& manus cum sanctis Euangeliis,quæ prædicaturi sunt,imponentes,dominica die hora tertia orantes,sacraq; vnctione exemplo prophetarum,& regum capita eorum (more apostolorum & Moysi) vnguentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto,cuius virtus inuisibilis,sancto chrismati est permixta,& hoc ritu solennem celebrent ordinationem.Quod si simul omnes conuenire minime poterunt,assensum tamen suis precibus præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum, vt non minus quàm à tribus Episcopis,reliquisq; omnibus assensum præbentibus,vllatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.Reliqui vero sacerdotes à proprio ordinẽtur Episcopo, ita vt ciues & alij sacerdotes assensum præbeant,& ieiunantes ordinationem celebrent,similiter & diaconi ordinentur.Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium,cum episcopi scilicet approbatione,sufficere potest. Accusatio quoq; eorum, super qua nos consulere voluistis,non nisi ab idoneis & probatissimis viris, qui & suspitionibus & sceleribus careant,fieri debet,quia dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus & reprobis,ac non idoneis personis infamari noluit,nec calumniari permisit,sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit.Vnde liquet,quòd summi sacerdotes,id est, episcopi, à deo sunt iudicandi,non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi,sed potius ab omnibus fidelibus portandi,ipso domino exemplum dante,quando per seipsum,& non per aliũ, vẽdentes & ementes eiecit de templo,& mensas nummulariorum & cathedras vendentium proprio euertit flagello,& eiecit de templo.Et sicut alibi ait,Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos *decernit.Et alibi,Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes.Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos,qui velit suum seruum ab alio,quàm à se iudicari.Quod si præsumptum fuerit,aut multa ipse indignatione irascitur,aut potius vltionem quęrit super eum. Si vero hoc inter homines agitur,quid putatis faciet deus deorum & dominus dominantiũ, qui vltionem suorum promisit non differre seruorum?Vnde & ipse per prophetam loquitur, dicens

Dist.64.Ordinationes episcoporũ. Dist.75.Ordinationes episcoporũ Et in decre. Iuo.lib.3. Dist.64.Ordinationes episcoporũ Et in decre. Iuo.lib.3. Dis.66.Porro &. Et in decret. Iuo. lib.3. Dis.67. Reliqui sacer.

2.q.7.Accusatio quoq; Et in decre. Iuo.lib.4. Ioan.2.c. Matth.21.b Marci.11.b. Ioan.2.c

*al. discernit Psalm.81. Ibidem. 2.q.7.Accusatio quoq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm.93. Rom.14.a 2.q.7. Accusatio quoq; Roma.14.c Zacha.2.c

dicens, Deus vltionum dominus, deus libere egit, & reliqua. Et Apostolus inquit, Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Suo enim domino stat aut cadit. Et ipse, Nolite iudicare inuicem sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Et dominus per prophetam inquit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare, manifeste reus maiestatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subiacet. Hæc, fratres, valde cauenda sunt, & quod homines nolunt sibi fieri, deo deorum non debent inferri, ne fortè irascatur dominus, & faciat vindictam eorum, etiam in eos, qui non peccauerunt, quia perit sæpissime iustus pro impio.

Psal.100. Imitandus est etiam propheta, per quem dominus ait, Perambulabo in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam coram oculis meis verbum os Belial, Detrahentem in abscondito sodalem suum, hunc interficiebam. Et hi cauendi sunt, de quibus Salomon ait, Sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, sic vir, qui fraudulèter nocet amico suo, & quum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa per-

*al.cordis 2.q.7. Accusatio quoq; ueniunt ad intima *ventris. Et si detractores quorumcunq; grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores & detractores atq; accusatores memoratorum dei famulorum, atque persequutores damnantur, & in barathrum, nisi se correxerint, &

Roma.1.d per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cauere, & non solum non face-

Matth.8.c Lucæ.9.g re, sed nec facientibus consentire, quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus, & his similibus, ipsa veritas ait, Vulpes foueas habent, & voluces cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet, id est, in talibus non

Etcli.27.d Prou.26.d habitat dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens, Qui fodit foueam, inci-

Prou.27.a det in eam, & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, &

Pro.28.c.d os lubricum operatur ruinas. Graue est saxum, & onerosa harena, sed ira stulti vtroque gra-

*al.saluabit Prou.30.d uior. Hominem, qui calumniatur animę sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

*al.laudabitur Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat. Qui sperat in domino, *sanabitur. Qui cõfidit in cor-

2.q.7. Accusatio quoq; de suo, stultus est, qui autem graditur sapienter, ipse *saluabitur. Qui fortiter premit vbera ad

Et in decre. Iuo.lib.4 eliciendum lac, exprimit butyrum, qui vehementer emungit, elicit sanguinem, & qui prouocat iras, producit discordias. Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli, statuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ sanctæ dei ecclesiæ, quæ Apostoli & successores eorum, non immerito dicuntur. Sed si quis aduersus eos, vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti, ea sanent, quæ sananda sunt, & charitatiue emendent, quæ iuste emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfa-

*al.suorum ctionem (vt iam dictum est) cõdignam egerint pœnitentiam, quoniam iniuria eorũ ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. Nec hoc mirum, quia si quisq; nostrum cuidam *seruorum legationem iniungeret, & à quoquam impediretur, aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur, mox indignatus irasceretur, aut talia (prout posset) vindicaret, & ad iniuriam,

Lucæ.21.d ac contumeliam suam, hoc factum reputaret, & talionem (si in præsenti non posset) futuris

Naum.1.a temporibus redderet. Nam si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis deus faciet de suis, qui

Ibidem.b nec capillum capitis eorum perire dixerit? Vnde & dominus per Naum prophetam loquitur, dicens, Deus æmulator, & vlciscens dominus, & habens furorem, vlciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis, ante faciem indignationis eius quis stabit, & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est sicut ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se, & reliqua. Quædam autem ex his iam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Electionem quoq; (vt supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter Apostolus fieri iubet, Si quis sine crimine est, vnius vxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos, & reliqua. Si enim sine crimine sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominib⁹, criminibus irretitis, accusari, aut calumniari, permittitur, nec ab aliis quam ab his, qui sine crimine sunt, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo domino seruire elegerint, sacerdotesq; sine crimine

Dist.80. Electioné vero, *al.electionem summorum Tit.1.d 7.q.1. Si sacerdos sine

A mine fieri & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubentur. Porrò & Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbiis dicitur, Gloria senũ canities. Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est, Canities hominũ prudẽtia est. Cumq; nongẽtos & amplius annos ab Adã vsq; ad Abrahã vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellat⁹ est presbyter, id est, senior, nisi Abrahã, qui multo pauciorib⁹ vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedech prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac & Iacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate ista fecerunt. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen

B accepit, primúsque pontificali stola indutus, victimas obtulit, iubente domino, ac loquente ad Moysen, accipe, inquit, Aaron & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cúmque laueris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineam & tunicam, & superhumerale, & rationale, quod constringes baltheo, Et pones tyaram in capite eius, & laminã sanctam super tyaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atq; hoc ritu consecrabitur domino. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; baltheo Aaron & liberos eius, & impones mitras eis, erúntque sacerdotes mihi religione perpetua. Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est,

C episcopum fuisse, porrò filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem & filios eius, qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam & coronam auream, mitram, & zonam auream & superhumerale, & reliqua quæ præfixa sunt. Filij autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo, & tyarati assistebant sacrificio domini. In nouo autem testamento, Post Christũ nostrũ dominũ à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi, atque soluendi potestatem primus accepit à domino, primúsque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apo-

D stoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsúmq; principem eorum esse voluerunt, Qui etiam, iubente domino, in toto orbe dispersi euangelium prædicauerunt, ipsis quoque decedentibus, in locum eorum successerunt episcopi, quorum ordinatio prætacto fieri debet ordine & modo, quos, qui recipit, & verba eorum, deum recipit. Qui autem eos spernit, eum, à quo missi sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur à domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam. Inde electi sunt ab eis *septuaginta discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atq; in eorum locum sunt constituti in ecclesia, de quorum ordinatione & reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat.

E Porrò quod episcopus non ab vno, sed à cunctis, consensu, aut præsentia comprouincialium est ordinandus, & nullatenus minus quàm à tribus cæteris consentientibus cunctis, idcirco, instituente domino, fieri iubetur, ne aliquid contra fidem ecclesiæ vnius tyrannica authoritas moliretur, & regula, vel fides cõfunderetur credentiũ. Prouinciæ autẽ multo ante Christi aduentũ tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro, ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum, vbi dudum primates legis seculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel iniustitiis suis, ipsosq; appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat, ipsis quoq; in ciuitatibus,

F vel locis nostris, patriarchas, vel primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ & ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt, ad quos episcopi (si necesse fuerit) conuenirent, eosq; appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis * iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulæ Metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos: Metropolitanos iudices habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos iudices habebant seculares, primates tamen (vt præfixum est) & tunc, & nunc,

Dist.84. Porrò Moysi Exod.29.a Num.11. Prou.20.d Iob.12.b Sapien.4.b Abrahã primus appellat⁹ presbyter Gen.14.d Aaron primus põt.ve. test. Exod.29.a

Dist.90. Prouinciæ multo. Et in de. Iuo.lib.4

Matth.9.d Lucæ.10.a *al.lxxij

Matth.10.b Marci.vlt. Lucæ.10.a Lucæ.10.c

Matth.9.d Lucæ.10.a

*al.iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc habere iussæ sunt,ad quos,post sedem apostolicam summa negotia conueniant, vt ibi- G
dem,quibus necesse fuerit,releuentur,& iuste restituantur,& hi, qui iniuste opprimuntur, iu-
ste reformentur,atque fulciantur. Episcoporumq; causæ, & summorum negotiorum iudicia
(salua apostolicæ sedis authoritate) iustissime terminentur.Hæc ab antiquis,hæc ab apostolis,
hæc à sanctis patribus accepimus,vobisq; (vt postulastis) rimanda,& futuris tenenda tempo-
Esaiæ.56.d Hiere.2.b ribus mittimus,& reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda, mandamus,
ne pastorum imperitia,qui sequuntur, deteriores fiant, dicente domino per prophetam : Ipsi
pastores ignorauerunt intelligentiam.Quos rursus dominus detestatur,dicens : Et tenentes
legem,nescierunt me . Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur , & nescire se principatum
1.Cor.14.f nescientiũ protestatur,quia profecto hi,qui ea,quæ sunt domini,nesciunt,à domino nesciun- H
Psalm.68 tur,Paulo attestante,qui ait:Si quis ignorat,ignorabitur. Hinc & Psalmista,non optantis ani-
mo,sed prophetantis mysterio, denunciat, dicens : Obscurentur oculi eorum, ne videant,&
dorsum eorum semper incurua.Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur , quoniam cum lu-
men scientiæ perdunt, qui præeunt, sine dubio , ad portanda peccatorum onera inclinantur
sequentes.Hic ergo inter manus latronum, & dentes furentium luporum , vtcunque versa-
Dist.45.Sa- ne pcussor mur.Ideo & docere alios,& nosipsos (prout dominus dederit)prouidere debemus.Sane per-
cussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum.Ideo tene-
re vos,& omnes fideles,oportet,eum,qui secundum doctrinam est,fidelem sermonem,vt po
tens sit consolari in doctrina sancta , & contradicentes redarguere, & recte viuentes, atque I
rectam fidem tenentes , consolidare . Illis ergo,qui dicunt , quod filius in eo minor est, quia
Esaiæ.10.f propheta,inquit,verbum faciet dominus breuiatum vniuerso orbi,ita respondendum est di-
Roma.9.e uinis testimoniis. Verbum breuiatum quod dominus faciet super terram , non minutionem
deitatis in filio dei significat,sed dispensationem susceptæ carnis annunciat,in quali dispen-
Hebr.2.d Ibidem. c Psalm 21 Psalm.8 satione,non solum patre,hominis filium,sed etiam angelis,legimus minoratum. Paulo atte-
stante Apostolo: Eum autem, inquit, modice minus ab angelis minoratum , vidimus Iesum
propter passionem mortis gloria & honore coronatum.Et infra:Propter quam causam non
confunditur fratres eos vocare, dicens : Annunciabo nomen tuum fratribus meis,in medio
ecclesiæ laudabo te . Et propheta inquit : Minorasti eum paulominus ab angelis, gloria & ho K
Esaiæ.50.a nore coronasti eum . Et vt verbum dei patris , breuiatum in filio non esse, doceamus , hanc
Esaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam . Nunquid abbreuiatus factus est sermo
meus,aut ita paruus est,vt non possim redimere,aut non est in me virtus ad liberandum,di-
Esaiæ.59.a cit dominus omnipotens.Et iterum : Hæc dicit dominus omnipotens . Nunquid abbreuiata
est manus mea,vt saluare non possit?Aut non potestviuificare cor humilium,& spiritum con
Esaiæ.52.c tritorum?Et vt brachium patris,quæ manus est,filium esse doceret,intulit,dicens:Parauit do
minus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium , & videbunt omnes fines terræ
salutare eius . Nam & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo
tempore dominus ex cœlesti aula , ac empyreo domicilio , pessimi dæmonis iam ferre dedi- L
Hebr.2.d gnans tyrannidem,in creaturas suas crudelissime sęuientem,plasmati condolens,ac suæ im-
Ioan.12.e mensæ charitatis thesaurum referare volens in castissimæ virginis purissimum vterum,om-
nis thori virilis nescium, inenarrabili mysterio,pro redemptione nostra carnem suscipiens,
aduenit, vt & illum, qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, & eos, quos in te-
nebris , & vmbra mortis , captiuos subegerat , virtutis suæ potentia in ipso partu & exigui
temporis spatio , liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat , dum eos in
Ioan.12.c lucem (cum adhuc tempus haberent) incedere præmonebat . Pueri, inquit, nouissima ho-
1.Ioan.2.c ra est, Dum lucem habetis , ambulate in lucem , ne vos tenebræ comprehendant . Et in ca-
1.Cor.4.c nonicis Apostolorum legitur epistolis : Filioli , nouissima hora est , quia multi pseudopro- M
Ibidem.f phetæ exierunt in hunc mundum . Et Paulus Apostolus : Tempus enim breue est . Et ite-
1.Cor.10.c rum : Præterit enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia hæc ad *correctionem nostram
*al.correptionem facta sunt , in quos fines seculorum obuenerunt . Nam dominus in ipsa oratione domini-
ca breuiauit nobis sermonem , dum nos à multiloquio prohibens , pauca loqui docuerit,
Matth.6.b quæ pertinent ad salutem . Cum oratis , inquit , nolite multum loqui . Et infra : Vos au-
tem , cum oratis, dicite . Pater noster , qui es in cœlis, & cætera. Non enim propheta filium
dei in hoc capitulo minoratum designauit in verbo , quoniam ipse in prophetis retro tem-
Esaiæ.52.b Eccli.42.d pore loquebatur , qui etiam nunc per Apostolos & apostolicos viros nouissimo tempo-
re loquitur . Ego , inquit , qui loquebar in seruos meos prophetas , ecce assum. Et alius pro-
pheta

A pheta. Sicut est ab initio vsque in seculum, neque adiectum est ei, neque minuetur illi, quo- Eccli.36.e
niam ipse est dominus creaturæ suæ.Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe ter
rarum.Non,quia (vt illi putant) inferiorem patri intimaret hominibus filium , sed quia no-
uissimum eius annunciaret aduentum. Si ergo (vt prædictum est) Aaron filij presbyterorum
figuram gestabant,& Aaron summi sacerdotis, id est, episcopi, Moyses indubitanter Christi 1.Tim.2.b
tenebat formam,quoniam fuit similitudo mediatoris dei,qui est inter deum, & hominem Ie
sus Christus,qui est verus dux populorum,& verus princeps sacerdotum,& dominus ponti-
ficum,cui est honor,& gloria,in secula seculorum,Amen.

B

EPISTOLA EIVSDEM ANACLETI PAPAE, tertia de Patriarchis & primatibus ac reliquis Episcopis, & quod ecclesia Romana , cardo & caput omnium ecclesiarum sit.

C

ANACLETVS Seruus Christi Iesu , in apostolica sede à domino constitutus, & à sancto Petro apostolorum principe presbyter ordinatus,omnibus Episcopis,ac reliquis Christi sacerdotibus, salutem.

Benedictus deus,& pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit Eph.1.a.b.c
nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut e-
legit nos in ipso ante mundi constitutionem,vt essemus sancti,& im
maculati , in conspectu eius in charitate , prædestinans nos in ado-
ptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum , secundum proposi-
D tum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ,in qua *gratificatus est nobis in dilecto filio *al. gratificauit nos
suo,in quo habemus redemptionem per sanguinem eius,remissionem peccatorum secundum
diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum nobis
faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius,quod proposuit in eo, in
dispensatione plenitudinis temporum , instaurare omnia in Christo , quæ in cœlis & quæ in
terra sunt in ipso.In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius,
qui omnia operatur secundum *consilium voluntatis suæ, vt simus nos in laudem gloriæ e- *al.,ppositũ
ius,qui ante sperauimus in Christo. De primatibus,charissimi , super quibus me quidam ve-
strum consuluerunt,& apostolicæ authoritatis (qua,licet indigni,domino dispensante, fungi
E mur) decretum postulauerunt,aut si esse deberent, aut non, quantum hactenus de his, à bea-
to Petro apostolo, & à reliquis apostolis,ac à beato Clemente nostro sancto prædecessore, &
martyre nouimus statutum,denegare vobis minime possumus . Et quis est , qui quærentibus
fratribus denegare possit dubitationes,vel necessitates eorum?Sacerdotum,fratres, ordo bi-
partitus est,&,sicut dominus illum constituit,à nullo debet perturbari. Scitis autem,à domi-
no apostolos esse electos,& constitutos,& postea per diuersas prouincias ad prędicandum di
spersos.Cum vero messis cœpisset crescere,videns paucos esse operarios,ad eorum adiumen
tum septuaginta eligi præcepit discipulos . Episcopi vero domini Apostolorum presbyteri Lucæ.10.a
quoque septuaginta discipulorum,locum tenent.Episcopi autem non in castellis,aut modicis Dist.80.Epi
F ciuitatibus,debent constitui,sed presbyteri per castella,& modicas ciuitates,atque villas,de- scopi nõ in
bent ab Episcopis ordinari,& poni,singuli tantum per singulos titulos suos.Et episcopus non
ab vno,sed à pluribus debet episcopis ordinari, & (vt dictum est) non ad modicã ciuitatẽ,ne
vilescat nomen episcopi,sed ad honorabilẽ vrbem titulandus & denominãdus est. Presbyter
vero ad quemcunq; locũ,vel ecclesiã in eo constitutam est prędficiendus,atq; in ea diebus vitę
suæ duraturus.Amplius, quàm isti duo ordines sacerdotum,nec nobis à deo collati sunt, nec
Apostoli docuerunt. Episcoporum vero ordo est vnus, licet sint primates illi, qui primas ci-
uitates tenent , qui & in quibusdam locis patriarchæ à nonnullis vocantur . Illi autem , qui
in metropoli à beato Petro Apostolo , ordinante domino , & à prædecessore nostro
prædicto sancto Clemente , seu à nobis , constituti sunt , non omnes primates , vel patri-

 archæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

archæ esse possunt,sed illę vrbes,quæ præfatis,& priscis temporibus primatum tenuere, epi- G
scoporum patriarcharum , aut primatum nomine fruantur, reliquæ vero metropoles archi-
episcoporum,aut metropolitanorum,& non patriarcharum , aut primatum, vtantur nomi-
nibus,quia hæc eadem & leges seculi in suis continent principibus, aliæ autem primæ ciuita-
tes,quas vobis conscriptas,in quodam tomo mittimus,à sanctis apostolis, & à beato Clemen
te,siue à nobis primates prædicatores acceperunt.Hæc vero sacrosancta Romana & aposto-
lica ecclesia,non ab apostolis,sed ab ipso domino saluatore nostro, primatum obtinuit, & e-
minentiam potestatis super vniuersas ecclesias , ac totum Christiani populi gregem assecuta
est,sicut ipse beato Petro apostolo dixit:Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiã
meam,& portæ inferi non præualebunt aduersus eam,& tibi dabo claues regni cœlorum. Et H
quæcunq; ligaueris super terram,erunt ligata & in cœlo , & quæcunq; solueris super terram,
erunt soluta & in cœlo.Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi aposto
li Pauli vasis electionis,qui vno die,vno quoq; tempore,gloriosa morte cum Petro,sub prin-
cipe Nerone agonizans,coronatus est & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrarunt,
aliisq; omnibus vrbibus,in vniuerso mundo eam sua præsentia, atque venerando triumpho,
prætulerunt.Et licet pro omnibus assidua apud deum omnium sanctorum effundatur oratio,
his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur,di-
cens:Testis enim mihi est deus,cui seruio in spiritu meo, in euangelio filij eius, quod sine in- I
termissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.

Prima ergo sedes est,cœlesti beneficio Romanæ ecclesiæ, quam (vt memoratum est) Bea-
tissimi Petrus & Paulus,suo martyrio consecrarunt.

Secunda autem sedes apud Alexandriam,beati Petri nomine,à Marco eius discipulo, atq;
euangelista consecrata est,quia ipse & in Aegypto primum verbum veritatis, directus à Pe-
tro,prædicauit,& gloriosum suscepit martyrium.Cui venerabilis successit *Abilius.

Tertia autem sedes apud Antiochiam eiusdem,id est, beati Petri Apostoli nomine habe-
tur honorabilis,quia illic,priusquam Romam veniret,habitauit, & *Ignatium episcopũ con-
stituit,& illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est.Reliquas vero (vt
prædiximus) in quodam tomo,prolixitatem vitantes epistolæ,vobis conscriptas,direximus. K
Inde namq; & beati Apostoli inter se statuerunt,vt episcopi singularum scirent gentium,quis
inter eos primus esset , quatenus ad eum potior eorum solicitudo pertineret . Nam & inter
beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet omnes *essent apostoli , Petro tamen à do-
mino est concessum , & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus præesset aposto-
lis, & Cephas, id est,caput & principium, teneret apostolatus . Qui & eandem formam suis
successoribus,& reliqui apostoli,episcopis tenendam tradiderunt.Et non solum hoc in nouo
testamento est constitutum,sed etiam in veteri fuit. Vnde scriptum est. Moyses & Aaron in
sacerdotibus eius,id est,primi inter vos fuerint. Et quamuis ita ordinatum fuerit, nemo ta-
men quod suum est,quærat,sed quod alterius,Vnde ait beatus apostolus Paulus:Vnusquisque L
placeat proximo suo in bonum ad ædificationem,Et sicut ipse saluator suis ait discipulis:Qui
maior est vestrum,erit minister vester.Et reliqua.Et licet super his aliqua dicta fuerint,repe
tentes tamen sæpius,admonemus , vt semper in omnibus , & ab omnibus vitentur elationes
mentis & corporis . Et quanto maior vnusquisq; videtur esse, tanto sit humilior,sicut domi-
nus saluator noster nõvenit ministrari,sed ministrare.Et si frater aliquis pręoccupatus fuerit
in aliquo delicto,vos,qui spirituales estis,instruite eũ in spiritu lenitatis.Si quæ vero aliæ cau-
sæ difficiliores inter vos ortæ fuerint,ad huius sanctæ sedis apicem eas,quasi ad caput,refer-
re,vt apostolico terminentur iudicio,quia sic dominum velle,ab eoq; ita constitutum esse,an
tedictis testimoniis declaratur.Hæc vero apostolica sedes cardo,& caput (vt prætactum est) M
omniũ ecclesiarum à domino,& non ab alio est cõstituta.Et sicut cardine ostiũ regitur,sic hu
ius sanctæ sedis authoritate,omnes ecclesiæ,domino disponente,reguntur. Accusatores autẽ,
& testes esse nõ possunt,qui ante hesternũ diem,aut nudiustertius inimici fuerũt,ne irati,no-
cere cupiant,vel læsi,se vlcisci velint.Inoffensus igitur accusatorũ,& testũ affectus quærẽdus
est,& non suspectus.Causam enim vestrã alieno nolite committere iudicio. Valde enim ini-
quum est,vt omissis suis,alij quilibet aliorũ se causis immisceant,quoniã nullis in locis spiri-
tualis cura deficit,sed se per omnia, quocunq; nomen dei prædicatur,extendit. Studendũ est
omnibus, ne (vt sunt) æmulationes malæ,sed piæ sint inter vos dilectiones , quia in hoc vos
omnes domini discipulos esseveros noueritis,si dilectionem habueritis ad inuicem.Ex omni

ergo

Dist.22.Sacrosãcta Romana. Et in decret. Iuo. lib.4.
Matth.16.c
Passio beatorum Petri & Pauli vno tẽpore & vno die scribitur facta.
Roma.1.b
Et in decre. Iuo.lib.4.
al. Anian &post hunc Abilius.
*al. Zacheũ postea Euodiũ,post quẽ Ignatium.
Dist.22.Sacrosãcta Romana.
*al.pares essent
Psalm.98
Roma.15.a. Matth.20.d Marci.10.g.
Matth.20.d Galat.6.a. Dist.22.Sacrosancta Romana.
3.q.5.Accusatores & testes . Et in decret. Iuo. lib.4.
Ioan.13.d

A ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, trans-
ferat in regnum filij charitatis suæ,& de vasis iræ faciat vasa misericordiæ.Vnde nobis sum-
mopere studendum est,vt cooperatores simus gratiæ dei, quia ad hoc vocati sumus,eiusq; fa
miliari colloquio sociati,& sacerdotes sacrati,vt fructuosos illi manipulos reportemus,coo-
perante gratia eius.Necesse est enim,vt rectores à subditis timeãtur,ab ipsisq; corrigantur,vt
humana formidine peccare metuant , qui diuina iudicia non formidant . Deteriores quippe 6.q.1.Dete-
sunt qui doctorum vitam, moresq; corrumpunt, his, qui substantias aliorum , prędiaq; diri- riores sunt.
piunt.Ipsi autem ea,quæ extra nos,licet nostra sint auferunt,nostri quoq; detractores,& mo-
rum corruptores nostrorum,siue qui aduersus nos armantur, propriè nosipsos *decerpũt. Et *al.decipi-
B ideo iuste infames sunt,& merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pa- unt
stores deprauantur ecclesiæ,vt procliuius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languen- Esaiæ.1.b
cente,facilius reliqua membra corporis inficiuntur,vt scriptum est.Omne caput languidum, 1.Petri.5.c
& omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas . Qua-
propter manifestum est,diabolum (qui,sicut leo rugiens,circuit, quærens,quem possit deuo-
rare) cordibus plebium suadere,vt doctores, atque pastores suos detractionibus accusent, vt
plebibus languescentibus,vel mala agentibus,(non tenentibus pastoribus frena eorum) lasci-
uiant, atque in ima ruant . Multum vero distant damna morum à damnis rerum tempora- 2.q.7.Sẽten
lium,cum ista extra nos sint, illa vero in nobis . Sententia quoque Cham filij Noe damnan- tia Cham
C tur,qui suorum doctorum,vel præpositorum culpam produnt,ceu Cham, qui patris puden- Gene.9.c
da non operuit,sed magis deridenda monstrauit.Doctor autem, vel pastor ecclesiæ, si à fide In dec. Iuo.
exorbitauerit , erit à fidelibus corrigendus , sed pro reprobis moribus magis est tolerandus lib.4
quàm distringendus,quia rectores ecclesiæ à deo iudicandi sunt,sicut ait propheta:Deus ste- Psalm.81.
tit in synagoga deorum,in medio autem deos diiudicat.Vnde oportet,vnumquemque fide-
lem,si viderit,aut cognouerit,plebes suas aduersus pastorẽ suum tumescere, aut contra clerũ
detractionibus vacare,hoc vitium pro viribus extirpare,prudenterq; corrigere satagat. Nec 24.q.3.Tã
eis in quibuscunque negotiis misceri , si incorrigibiles apparuerint , antequam suo reconci- sacerdotes
lientur doctori,præsumãt, quoniam tam sacerdotes, quàm reliqui fideles , omnes summam
D curam habere debent de his, qui pereunt , quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à
paccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint , ab ecclesia separentur . Ait ergo beatus princeps In epistо.1.
Apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente, plebibus prædicando , quan- Clementis
do docebat eas , qualiter ei obedire deberent , eúmque obseruare , inter cætera ait . Si ini- pa. ad Iaco.
micus est alicui pro actibus suis , vos nolite expectare , vt ipse vobis dicat , cum illo nolite & dist.93.Si
amici esse , sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque *communicatione ob- inimicus.Et
secundare , & auertere vos ab eo , cui ipsum sentitis aduersum , sed nec loqui his , quibus indecr.Fab.
ipse non loquitur , vt vnusquisque , qui in culpa est , dum cupit omnium vestrum amici- papæ.
tias ferre , festinet citius reconciliari ei , qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, *al. cõione
E cum obedire cœperit monitis præsidentis . Si vero quis amicus fuerit his , quibus ipse ami- vel cõmoni
cus non est , & loquutus fuerit his , quibus ipse non loquitur , vnus est & ipse ex illis, qui ex- tione
cus non est , & loquutus fuerit his , quibus ipse non loquitur , vnus est & ipse ex illis, qui ex-
terminare dei ecclesiam volunt . Et reliqua . His, aliisque quam plurimis documentis , faci-
le vnusquisque aduertere potest , qualiter obedire , & obtemperare debet præpositis suis , &
qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præ-
cepta non obseruauerit , hostis est animæ suæ , & non tantum infamis , sed & excommuni-
catus, atque alienus ab ecclesia efficiatur, quoniam necesse est, ea vitia ferro abscindere,quæ
aliis medicaminibus non sanantur. Parcat vnusquisque à laceratione,vel detractione linguæ
suæ, caueatq;, ne aut linguam, aut aures , habeat prurientes , id est, ne aut aliis deroget , de-
F trahatq; quibuscunq;,aut alios audiat derogantes, vel detrahentes, custodiatq; quisq; sermo-
nes suos, & sciat,quia,quicunq; de aliis loquitur,sua sententia iudicabitur. Caueat etiam om-
nis fidelis,ne derogando, quod in domo cuiusquam agitur, alia domus per eum cognoscat,
sed omnium Christianorum domos , quasi proprias amet . Nemo enim inuito auditori li-
benter refert, sitq; vniuscuiusque studium , non solum oculos castos seruare,sed & linguam. 1.Cor.4.a
Vos autem , charissimi , qui estis sub domini disciplina constituti , sic vos exhibete , vt veri Esaiæ.24.a
ministri , & dispensatores mysteriorum eius , vt non vituperetur ministerium vestrum , ne
fiat in vobis , sicut scriptum est . Et erit sicut populus , sic sacerdos . Sic enim vos , vestrosq;
& cunctos corrigite , vt nemini noceatis , quatenus & ab hominibus bonam acquiratis fa-
mam , & à deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersi de vnitate ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, vt dei ecclesia, fructusq; seruorum G
2. Petri. 3. d eius maneant inconcussa. Propter quod charissimi, expectantes satagite, immaculati ei inue-
1. Pet. 4. b. c. niri in pace, & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo
prudentes, atq; vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charita-
tem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inui-
cem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administran
tes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, sicut sermones dei, si quis
ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per
Iesum Christum, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

IN PRIMAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM. H

Diu multumq; de receptis ecclesiæ institutis cogitantem, torsit me aliquandiu illa in speciem ambitiosa, de diaconis ceremonia, præsertim cui ne ullæ ueteris illius functionis reliquiæ apparerent. Eam tamẽ ut non libuit indicta causa condemnare, ita uisa est insolentior, quàm ut credi à quoquam facile possit apostolos habuisse autores. Reliqua enim ecclesiæ ex magna parte eius sunt loci, ut etiamsi ociosa pleriſq; uideantur, ipsæ tamen qualescunq; ruinæ satis declarant, quàm ab honesto principio degenerauerint. Hæc autem sola, extra cæterarum prope omnium sortem, regium quendam imitata apparatum, in eo tantum occupata est, ut non modo episcoporum, eos dico qui in ecclesiis hodie sacrificant, iussa capessant, uerum & ad nutum I
Leuitæ hodie vocãtur. *inseruiant. Deosculantur enim manus, mouent capita, deducunt, reducunt ad altaria, atq; demum hic omnia licet conspicere, quæ uel in potentissimi regis aula poterant accidere. Anacleti autem epistolam cum legissem, & eam quæ nunc in manibus est Euaristi, statim animadnerti circa diaconos usu uenisse, quod nusquam non, nimirum ab honestis partibus, rem in mollitiem quandam decidisse, & à loco quem poterat cum dignitate tueri, in nugas quasdam plus quàm pueriles uocatam. Præter alia enim quæ essent diaconorum curæ credita, hoc erat non postremum, ut obseruarent tanquam excubitores, episcopos omnibus modis rebus sacris intentos, atq; hac de causa de se parum solicitos, ne aduersariorum incursione, id quod factum fuisse uerisimile est, sacra turbarentur, aut aliqua ipsis rei sacræ operantibus noceretur. Proinde istiusmodi insidiis cum essent omnia suspecta, fuere aliquandiu ab oculis episcoporum. Nunc cum altissima sit, quod huc pertinet, securitas, poterant ilæ* K
la pulchre abrogari, ne, quod solet fieri, dum illa paulò acutioribus risum mouent, dent etiam occasionem, qua de maximis quibusq; nihilo melius sentiant. Hactenus de diaconis. Cæterum quod ad matrimoniũ pertinet, docet Euaristus ea tantummodo rata esse debere, quæ teste populo, solenni ritu essent peracta, oblatione antefacta. Hic non dubito exorituros, qui tanquam anile, hoc quicquid est rei, putent abiiciendum. His uelim in memoriam ueniat nostrorum seculorum sinisteritas, quo uix utcunque durant nuptiæ his auspitiis quæ ab Euaristo præscribuntur exorse. Quid ergo futurum existimamus, si clandestino id fiat essensu, remotis arbitris? cum facile cuique esset, quod recepisset uxori inficiari, aut pro re nata excludere omnino quam habuisset usurariã. Oblationum uero eiusmodi quæ fiebant nuptiarum die, meminit etiam Tertullianus in eo libello cui titulum fecit, de corona militis, cum scilicet quædam conferrent in mensam, quæ in ecclesia tum publice pauperibus ser- L
uiebat, ut & ad illos tanquam partes celebritatis huius peruenirent, unde reficerentur. Eius nimirum rei sunt in hunc usque diem, nisi fallor, in Germania, ex ipsa uetustate durantia uestigia. A sacro enim ut primum fuerint cum noua nupta reuersi domum, pro ipsis foribus, missilia quædam in cõfluentem turbam, quæ officij gratia comitatur, pro cuiusque facultatibus mittunt.

PRIMA EVARISTI EPISTOLA ad Ecclesiam Africanam.

DILECTISSIMIS fratribus, vniuersis Africæ regionis episcopis, Euaristus. Consulentibus vobis fratres charissimi, quid super his M
quæ in vestris continebantur scriptis, visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid à beatis apostolis nobis traditum, aut
custoditum remaneret, optantes, vt retulistis, nostris instrui documentis. Siquidem dilectio vestra normam sequuta prudentium, ad
VII. diaconi in qualibet ciuitate. sedem apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire, potius quàm vsurpatione præsumere. Diaconi, qui quasi oculi videntur esse episcopi, in vnaquaque ciuitate, iuxta

apostolorum

A apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut
ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis, aut verba diuina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat feruore, pax prędicata labiis, animi cum voluntate concordet. Similiter custoditum & traditum habemus, Coniugia quæ sint legitima.
vt vxor legitime viro iungatur: aliter enim legitimum, vt à patribus accepimus, & à sanctis
apostolis, eorumq; successoribus traditum inuenimus, non fit coniugium, nisi ab his qui super
ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à
parentibus, propinquioribus, sponsetur, & legibus detur, & suo tempore sacerdotaliter, vt
mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, & à paranymphis, vt con-
B suetudo docet, custodita, & sociata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & so-
lenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generentur, & domino suis in actibus placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter
filij charissimi, & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse coniugia: aliter vero præsumpta, non coniugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut
stupra, vel fornicationes, potius quàm legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas
propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima: nam fructus diuinus est, præcepta
diuina custodire, ea quoque deferere præsumptionem fieri nulli dubium est. Cur ergo indi-
C gnũ est vnitatẽ ecclesiæ custodire, cum idem omnes pariter & sentiamus & pronunciemus?
Si aliter enim præsumpta fuerint, perdunt profecto ipsi transgressores seipsos, qui semetipsos decipiunt. Hæc cuncta, recitanda per omnes Africanas ecclesias, scripta dirigite, & istis connectite quas adiunximus literas præfectorum, vt de his quæ inique laudantur, si quid tale probari poterit, iudicium fiat, & inhibita coërceantur, & præterita mala, & illicita coniugia si doceantur admissa, digna seueritate corripiantur. De cætero vero caueantur talia
per omnes ecclesias, ne ecclesiæ sanctitas, per nostram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quæ est per viros venerabiles cõsequuta. De his vero quibus ab insidiatoribus fatigamini, vnde & nos consulere, & à nobis edoceri inter cætera voluistis, eo quod sint quidam
qui arbitrantur de patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem Hæresis de luce inaccessibili.
D habitat inaccessibilem, ita eos apostolicis repercutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. Non enim solus pater sine filio, lucem inaccessibilem habitat, quia vbi pater est, ibi
etiam filium esse indubitabili fide credendum est: nam si solus pater sine filio, quod dicere
nefas est, lucem habitat inaccessibilem, necesse est vt sequestratam pater à filio habeat mansionem. Quod si ita est, quonam modo idem filius ad dexteram patris stans à beato martyre
Stephano dicitur conspici? si secundum eos solus dicitur sedibus lucis contineri. Absit hoc à Acto. 7.
sensu fidelium, Christo in vnitate fidei adhærentium: quoniam sicut non obest filio, cum so-
lus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare, ita non obest patri, cum sapientia, quæ est fi-
lius, gyrum cœli sola dicitur circuire. Pater itaq; cum sit inuisibilis, & ingenitus in se, in filio
E lius, gyrum cœli sola dicitur circuire. Pater itaq; cum sit inuisibilis, & ingenitus in se, in filio
visus apostoli testimonio comprobatur, & in filio, à se inenarrabiliter genito, manifisse ac requieuisse monstratur, ipso filio in propheta loquente: Qui genuit me, requieuit in tabernacu- Eccli. 24.
lo meo. Et in euangelio: Pater in me manens facit opera hæc. Et: Deum nemo vidit vnquam, Ioan. 14.
nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Si in sinu patris erat filius ab initio, & ex corde pa- Ioan. 1.
tris verbum bonum eructatum est, quomodo non ex corde paterno cõsistens, lucem cum eo- Psalm. 44.
dem inaccessibilem habitasse credendus est? Nunquid pater absq; vlla luce in filio potuit com
manere, aut in tabernaculo filij sine eadem potuit requiescere? cum idem filius candor sit æternæ lucis, & speculum sine macula deitatis, quam Salomon super salutem suam dilexisse se
F dicit, in cuius specie semper delectari gestiuit: Super salutem & speciem, inquit, dilexi illam, Sapien. 17.
& pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem
Dauid propheta desiderans, anxius proclamabat dicens: Emitte lucem tuam & veritatem Psalm. 42.
tuam. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In huius igitur luminis claritate, filius se- Ioan. 17.
ipsum in monte tribus discipulis præostẽdit, qui metu mortis perterriti, prostratiq; in faciem
finem sibi vitæ adesse senserunt. Hanc inquam, lucem in se fuisse demonstrans filius procla-
mabat, & vt in eadem incederent, discipulos præmonebat: Dum lucem habetis, inquit, ambu- Ioan. 12.
late in luce. Et iterum: Ego sum lux huius mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris,
sed habebit lumen vitæ æternæ. Et Euangelista: Erat lux vera quæ illuminat omnem homi- Ioan. 1.
nem venientem in hunc mundum. Si hæc lux quæ credentibus promittitur, in filio esse pro-

 batur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur, & cum æterno æterna esse dicitur, quomodo à vobis ab inaccessibili luce patris filius G
separatur? Si enim filius deus verus, & vita æterna est, sine dubio in hac luce simul cum patre
habitare credendus est, quam nullus modo nostrum, in hoc mortali corpore constitutus, potis est aliquatenus cõtueri, sed cũ apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui eius conspectibus dignus fuerit coaptari: & non sicut Moyses, cæteriq; prophetæ per ænigmata & figuram, sed ipsam veraciter in filio, secundum apostolum, contuebitur deitatis imaginem.
Nam si hunc eundemq; prophetæ testimonio subsequenter sereno mentis intuitu inuestigare
volueris, inuenies filium non posse ab hac luce patris penitus separari: quoniam cum solum
filium dixerit in terra cum hominibus conuersatum, patrem ab illo non est credendum fieri
alienum. Si testimonium enim hominum accipimus, testimonium dei maius est: quoniam H
1. Ioan. 5 hoc est testimoniũ dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiũ dei,
habet testimonium quod testificatus est de filio: & hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, vt sciatis, quoniam vitam æternam habebitis, qui creditis in nomine filij dei: & hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus, secundum voluntatem eius, audit nos, & scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulemus ab eo. Qui scit fratrẽ suum
peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est pec- I
catum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis: omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quia ex deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus
verum deum, & simus in vero filio eius: hic est verus deus, & vita æterna. Hæc vero fratres
prædicate, hæc omnibus nunciate, vos vero inuicem exhortamini, perfecti estote, semperq;
gaudete: pacem autem sectamini in omnes, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deo
autem & patri nostro gloria in secula seculorum, Amen. Data. IX. Calend. Aprilis, Valen-
Lego doctissimorũ virorũ iudicio, Viris clarissimis consulibus. te & Vetere V V. CC. COSS. K

IN ALTERAM EVARISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

Ecclesiæ, cuius sancti modulatissima inter se proportione membra sunt, Christum constituit hæc epistola caput & sponsum, cuius dicto ita per omnia iubet sponsam esse audientem, vt in animum nihil sibi facere inducat, nisi id ex summa mariti uoluntate fiat. Eius uero sponsæ paranymphos quodammodo, episcopos facit, quibus hoc datum est negotij, dent operam ne ullæ adulterij speciei obnoxia fiat. Adulterij autem tum de L
*se præbet suspitionem, cum præ nugis quibusdam hominum, segnius obit quod à uero marito in mandatis habet, aut cum pastorum partes his credas, quorum fidem in leuiusculis non sis ad plenum ante periclitatus. Qui cum hoc maxime spectare debebant, vt à procorum lenociniis tuta esset sponsa, uolentes accersunt discrimina, ex pernicie ouium, Christiq; coniuge constuprata precium, atq; si diis placet, popularem etiam plausum spe-
rantes. Cæterum accusationis episcoporum, quoniam nulla epistola non meminit, & propediem aliàs erit opportunior locus, quo id tractem exquisitius, satis fuerit si in præsentiarem ueluti suspensa manu attingam. Non quilibet temere est ad eorum insectationem admittendus, nisi illustria quædam bene actæ superioris uitæ extent exempla, ne litem aliqui malcuolentia non re ipsa adducti, intendere malint, quàm iusto sacramento contendere. Quod autem circa episcopos obseruari uult Euaristus, uelim posset eadem opera persuaderi omnibus iudi-* M
cibus: quemadmodum enim innocens esse nullus poterit, dicente Iuliano Cæsare, si accusasse sufficiet, ita tranquille uiuere nunquam satis licebit, si quibuslibet promiscue sit præbitum hoc accusationis tanquã telum, quod impune in optimos quosq; pro libidine detorqueant.

A

ALTERA EVARISTI EPISTOLA
ad fratres Aegypti.

B EVARISTVS vrbis Romæ episcopus, omnibus per Aegyptũ conglutinatis fratribus in domino salutem. Vnum nos fratres sentire oportet & agere, vt sicut legimus, in nobis vnũ cor, & vna anima esse probetur. Scimus nanq; sicut à patribus accepimus, Christum esse caput, cuius & membra sumus: ipse enim sponsus, & ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo vnum patrem habemus deum in cœlis. Sacerdotes vero vice Christi legatione funguntur in ecclesia: & sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est ecclesia, sic episcopi iunguntur ecclesiæ vnicuique proportione sua. Et sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere, & caste custodire, sic & episcopus debet ecclesiam suam & amare, atque prudenter regere. Et ve- Collatio episcopi & boni mariti.
C lut vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; amare, & diligere: ita debet etiam ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumq; amare, & diligere vt animam suã debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suã, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta apostolum, aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta: ita ecclesiæ non licet dimittere, aut ab ea segregare episcopum suum, vt alterum viuente eo accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo viuente accipiat, vt fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit, per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episco- Matth. 5
D po, aut innupta permaneat. Vnde & dominus in euangelio loquitur, dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo. Episcopum vero oportet opportune & importune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamq; prudẽter regere, & amare, vt à vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia, eius doctrinam debet suscipere, eumq; amare & diligere, vt legatum dei & prę-
conem veritatis: quia attestante veritate, quodcunque ligauerit super terram, erit ligatum & Matth. 16
in cœlo, & quodcunque soluerit super terram, erit solutum & in cœlis. Nimis timenda est fratres hæc sententia, & præuidendum vobis, ne offendatis eos, qui tantam à domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere sunt venerandi, non detrahendi, Lucæ. 10
vel lacerandi, aut eiiciendi, sed amandi, ipso dicente domino: Qui vos audit, me audit, & qui
E vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis omnibus fidelibus scribimus fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Audiuimus enim quosdam à vobis infamatos, & dilaceratos episcopos, à ciuitatibus propulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis, & alios in eis ipsis viuentibus constitutos: Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrime restitui debere: illos vero qui adulterina fœditate suas sponsas, quas & vxores eorum præfixo tenore esse intelligimus, tenent, eiici vt adulteros atque infames fieri, eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit & autoritate huius sanctæ sedis terminandum. Et ne omnia nunc singillatim di- Charitas optimus bonorum præceptor.
F camus, omne bonum, si ipsa per se in vobis fuerit, charitas facere vos docebit, sicut è contrario eos qui à salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Vnde & vos qui veri dei estis discipuli, abiicite à cordibus vestris ante omnia discordias, & animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente seruate. Veruntamen scitote cuncti, quia supra omnes vos laboret episcopus: quia vnusquisque vestrũm suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes pro eo summopere laborare debetis, in tantũ vt si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, ipso dicente saluatore: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vos vero obedite

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.10 ro obedite eis,& vigilate pro eis, quia ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris G
redditurí, vt cum gaudio hoc faciant,non gementes. Non est itaque à plebe, aut vulgaribus
hominibus arguendus, vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis
subditorum,disponitur à deo vita doctorum, exemplo Dauid peccantis,ad comparationem
principum, qui ex merito plebis præuaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata
populorum, & sagaci sollicitudine vnumquenque probare, iuxta testimonium domini ad
Hiere.6 Hieremiam dicentis: Probatorem,inquit,dedi te populo meo robustum,vt scias & probabis
viam eorũ. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet conuertere in malũ, & in ele-
ctis ponit maculam.Vnde si qui sunt vituperatores, aut accusatores episcoporum, vel reli-
quorum sacerdotum, non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri, ante quàm eorum discu- H
tiatur æstimationis suspicio,vel opinio,qua intentione, qua fide,qua veritate, qua conscien-
tia,quóue merito,si pro deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista
sumpserint nec ne.Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda,& diligenter pertractanda. Nam
sunt nonnulli qui præpositos suos peruerse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extite-
Marci.9 rint: idcirco recto oculo primatibus ecclesiarum præuidendum est, ne quisquam eorum in-
nocens vexetur, aut scandalizetur,intendentes sententiæ domini,quæ ait: Si quis scandali-
zauerit vnum de pusillis istis,melius est illi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-
mergatur in profundum maris, & reliqua. Deus omnipotens vt nos à præcipitatæ senten-
tiæ prolatione compesceret,cum omnia nuda & aperta sint oculis eius,mala tamen Sodomæ I
Gene.18 noluit audita iudicare, prius quàm manifeste agnosceret, quæ dicebantur.Vnde ipse ait: De-
scendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita,
vt sciam. Deus omnipotens cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam
ante quàm fiant,non ob aliud hæc & alia multa,quæ hic prolixitatem vitantes, non inseruí-
mus, per se inquirere dignatus est,nisi vt nobis exemplũ daret, ne præcipites in discutiendis
Ne sim⁹ ad iudicandũ præcipites. & iudicandis negotiis essemus, & ne mala quorundam prius præsumamus credere, quàm
probare.Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites si-
mus,aut temere,indiligẽtérque indiscussa quę́q; quoquomodo iudicemus,dicẽte veritatis vo
Matth.7. ce: Nolite iudicare,vt non iudicemini:in quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini.Nam K
mala audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam
credat,sed ante audita, diligenter inquirat, ne præcipitando quiddam aliquis agat. Si enim
dominus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum vsque peruenerat, omnia
sciens, prius nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligen-
ter inuestigans, quæ audierat, opere veraciter cognosceret: multo magis nos humani &
peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia dei, hæc præcauere, & nullum
ante veram iustámque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeste Apostolo
Roma.14 dicente Paulo, qui ait: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo enim domino stabit aut
Psal.74 cadet. Vnde per prophetã Dauid dominus loquitur,dicẽs:Nolite exaltare in excelsum cornu L
vestrũ,loquentes in ceruice veteri.Quia neq; ab Oriente,neq; ab occidente, neq; à solitudine
montiũ:sed deus iudex hunc humiliabit,& hũc exaltabit,quia calix in manu domini, & vino
meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Veruntamen feces eius potabunt bibentes
omnes impij terræ.Ego autem annunciabo in sempiternum,psallam deo Iacob. Et alibi idem
Psal.75 ait propheta: Ab increpatione tua deus Iacob,consopitus est & currus & equus. Tu terribilis,
& quis stabit aduersum te?extunc ira tua. De cœlo auditum fecisti iudicium, terra timuit &
tacebit.Cum surrexerit ad iudicandũ deus,vt saluos faciat omnes mites terræ. Et Apostolus
Rom.12 2.Cor.2 ait:Mihi vindictam,ego retribuam.Et alibi idem, inquit Apostolus: Sufficit vnicuiq; obiur-
gatio,quæ fit à pluribus,ita vt magis donetis & cõsolemini,ne fortè abundãtiori tristitia ab- M
Matth.22 sorbeatur is qui in angustia est.Propter quod obsecro vos,vt cõfirmetis in illo charitatẽ. Et
dominus in euangelio ait: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima
tua,& ex omnibus viribus tuis,& proximum tuum sicut teipsum: dilectio enim proximi ma
Roma.2 lum non operatur.Propter quod,iuxta Apostolũ, inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas:
in quo enim iudicas alterum,teipsum cõdemnas:eadem enim agis quę iudicas. Scimus enim
quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc
ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt,& facis ea,quia tu effugies iudicium dei?an di-
uitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam beni-
gnitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens
cor,thesau-

A cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique
secundum opera eius: his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & hono-
rem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam: his autem qui ex contentione, & qui
non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia
in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & ho
nor & pax omni operanti bonum. Et alibi idem Apostolus: Causati enim sumus omnes sub Roma.3
peccato esse, sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est
requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum,
non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant,
B venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est,
veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio & infœlicitas in viis eorum,
& viam pacis non cognouerunt, non est timor domini ante oculos eorum. Scimus autem
quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur &
subditus fiat omnis mundus deo, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro
coram illo: per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata
est,& testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi super omnes
qui credunt. Non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustifi-
cati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ in Christo Iesu, quem proposuit deus
C propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem
præcedentium delictorum in sustentationem dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tem-
pore, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Item idem: Quis accu- Roma.8
sabit aduersus electos dei? deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui
mortuus est, imò & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis.
Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fa-
mes,an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortifica-
mur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter
eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque
D principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo,
neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Chri-
sto Iesu domino nostro. Debemus autem nos (vt ait idem Apostolus) firmiores imbecil-
litates infirmiorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrũm proximo suo pla
ceat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est,
improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Benedictus deus & pater domini
nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos
in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt,per
exhortationem qua exhortamur ipsi à deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in no-
E bis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra ex-
hortatione & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione quæ operatur in vobis to-
lerantiam eorundem passionum quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis,sci-
entes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Fidelis autem deus qui
non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouen-
tum,vt possitis sustinere. Propter quod charissimi sectamini charitatem inuicem, & æmu-
lamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt deo semper in omnibus placere
valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen. Data Calend. Nouembris,Gal-
lio & Bradua Consulibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA PRIMA ALEXANDRI DE SACERDOTIBUS NON VEXANDIS, NEC SCRIPTIS AB EIS PER METUM AUT ALIQUAM FRAUDEM EXIGENDIS: DE PASSIONE DOMINI IN CONSECRATIONE CORPORIS EIUS MISCENDA: DE AQUA CUM SALE POPULIS BENEDICENDA: DE FIDE SANCTÆ TRINITATIS.

ALEXANDER episcopus omnibus orthodoxis per diuersas prouincias, Christo domino famulantibus. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimi, & post vitam hanc vnumquenq; prout gesserit recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis vobis loqui necessitas imperauit, dicēte propheta: Exalta vt tuba vocem tuam: & cui omnium ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audiam, domino dicente: Reiecistis mandatum dei, vt statuatis traditiones vestras. Quid enim aliud est reiicere mādatum dei, quàm priuato consilio, iudicio humano nouis rebus constituendis liberius delectari? Vnde & alibi scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerūt patres tui. Terminos indubitanter trāsgreditur qui statuta patrum postponit atque confundit. Peruenit nanque ad conscientiam apostolicæ sedis, quod nōnulli sunt tam stolidi qui dominica præcepta & Apostolorum, eorumq; successorum statuta minime obseruant, & eos de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli qui animas pro fratribus præcepit ponere, tamē eis pericula & perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica (quod absit) damnemur sententia, quæ ait: Si annunciaueris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti, Si autem non annunciaueris ei, sanguinem eius de manu tua requiram. Est etiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum (quod pudet dicere) & non solum sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicū, id est, quod nonnullos episcopos vel sacerdotes aut metu cōpellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alteram partem quàm debeant, aut pro suarum non requisitione rerum, aut quod deterius est alieni erroris secta, scripturas facere & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, vt saltem his territi insidiis deuient domini sacerdotes, & suis faueant voluntatibus. Relatum insuper est ad huius sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum & omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsoq; dicente principi Apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ecclesiam meam ædificabo: quod quidam æmuli Christi, eiusq; sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicos accusare præsumant, cum magis Apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati sunt in dominum suum, & non obediunt præceptis eius, de quibus dominus per prophetam Osee loquitur, dicens: Quasi vaccæ lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis. Et idem: Væ eis quoniam recesserunt à me, vastabuntur, quia præuaricati sunt in me, & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia, & non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis, super triticum & vinum ruminabant & recesserunt à me. Ego erudiui & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abiiciet eos dominus (ait idem propheta) quia non audierunt eū, & erunt vagi in nationibus. De his enī clericis vel laicis qui episcos vel reliquos sacerdotes prius tā ad primates eorū quàm ad reliquos accusant iudices, quàm auribus eorū à quibus se læsos æstimāt, inculcent, vt ab eis aut ius suum aut iustam recipiant apologiam. Item per eundem ait dominus prophetam: Audi domus Israël, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobiscum iudicium est, quoniā laqueus facti estis speculationi & rete expassum super Thabor, victi-

Esaiæ. 40
Matth. 15
Prouerb. 22
Zach. 2
Ezech. 3
Matth. 16
Osee. 4 Cap. 7
Cap. 5

A victimasq; declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium vestrūm. Et alibi: Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia deuoratis iudices vestros. Ipsi autem declinant victimas domini in profundum, qui eos deuorant vel iniuste lacerant, quia oculi domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis secularis oculos laceraret aut amoueret, esset reus maiestatis an non? profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro seculi potestatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis, de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Proculdubio hi qui eos persequuntur & amouere nituntur iuste, contra apostolicam autoritatem, si à morte prohibentur, dicente domino, Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iu- Cap. 5
B dicantur finitimo, de quibus à temporibus Apostolorum & infra ista tenemus, atque decreta habemus, eorum accusandi episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos nō humanis sed diuinis actibus mortuos esse scimus: de quibus dominus loquitur per eundē prophetam: Calumniam patiens Ephraim fractus est iudicio, quoniam cœpit abire post sordem, Cap. 5
& ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephrain languorem suum & Iudas vinculum suum, & abiit Ephrain ad Assur, & misit ad regem vltorem, & ipse nō poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. Qui enim sacrilega persequuntur perterit suasione, & lacerare nituntur episcopos, vel eos qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur & dilaniant cuius vice funguntur, vt ait dominus per Iohel prophetam: Cap. 3
C Nunquid vltionem reddidistis mihi? Et si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddā Osee. 14
vicissitudinem vobis super caput vestrum. Et per Osee prophetam dominus, inquit: Quis sapiens, & intelliget ista, intelligens & sciet ea? Quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in Lucæ. 10
eis, prævaricatores vero corruent in eis. Et ipsa per se veritas ait: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. His & aliis fulti quamplurimis dominicis præceptis vetantes hominum perditiones, cum omnibus huius sanctæ sedis, quam dominus caput totius ecclesiæ constituit membris, talia fieri prohibemus, ne confundatur populus domini in æternū. Nam & à prædecessoribus nostris inhibitum legimus, vt nemo contristet doctores, neque accusationem aduersus eos suscipiat. Ipse nanque Apostolorum princeps in ordinatione beati Cle-
D mentis populum instruens ait: Quicunque contristauerit doctorem veritatis peccat in Chri- Gala. 6
stum, & patrem omnium exacerbat deum, propter quod vita carebit. Et doctor gentium inquit: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum, in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris: alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Has considerantes pietates, & pericula vitantes animarum, vnà cum omnibus domini sacerdotibus, qui vobiscum in hanc sacram conuenerunt vrbem, & cū omnibus huius capitis membris, sicut à beatis Apostolis, & à reliquis sanctis patribus, & à successoribus eorum accepimus, statuentes decreuimus, omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amouere, vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, & alienos à liminibus ecclesiæ, vs-
E que ad satisfactionem fieri: quia sic odit deus eos, qui aduersus patres armantur, vt patrū inuasores, vel destructores: qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos episcopos vocamus) propter eorum scelera aduersantur, quanto magis eis, qui eos infestant, nec cōsentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inueniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt faciē-
tibus rei sunt. Vnde & beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti prædecessoris nostri Clementis instruens clerum & populum ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque communicatione obsecundare, & auerterevos ab eo cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque
F qui in culpa est, dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cū obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est, & est multo nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, & ecclesiam dispergit, ac vastat. Similiter si huiusmodi personis, quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possent, quocunque modo ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudiciū,

aut no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut nocumentum peruenire censemus,neque vllam eius infamiam,vel calumniam,aut à suis G
sequestrationem bonis vnquam,autore domino & sanctis Apostolis eorumq; successoribus,
sustinere permittimus.Confessio vero in talibus non compulsa,sed spontanea fieri debet,ip-
Matth.15 so attestante qui ait: Ex corde enim procedunt homicidia,adulteria,fornicationes,blasphe-
miæ,& cætera quæ sunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda sunt quæ fiunt, quãtum
quo animo fiant: quorum exempla,si omnia scribere cœperimus, antè dies quàm exẽpla de-
ficient.Vnde & illud est quod dominus ad munera Abel respexit,& non ad Cain,quia magis
intendit ad offerentes animum,quàm ad ea quæ offeruntur.Inde & dominus per Prophetam
Psal.53 Cap.8 inquit: Dominus scit cogitationes hominum. Et per Osee ait: In gutture tuo sit tuba quasi a-
Matth.6 quila super domum domini.& reliqua.Et dominus,inquit,in euangelio: Tu autem cum ora- H
Rom.10 ueris,intra in cubiculum,& clauso ostio ora patrem tuum. Omnis enim confessio quæ fit ex
necessitate,fides non est.Et Apostolus ait: Corde enim creditur ad iustitiam,ore autem cõfes
sio fit ad salutem. Amplius autem respicit deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates,
quàm ad actus qui per simplicitatem,aut per necessitatem fiunt. Confessio enim non extor-
queri debet in talibus,sed potius spõte profiteri: pessimum est enim de suspitione, aut extor-
ta confessione quenquam iudicare,cum magis inspector cordis sit dominus quàm operis,&
Esaiæ.29 potius requirit dominus cogitationes puras,& voluntates bonas,quàm labia mendacia. Vn-
de & dominus per prophetam loquens ait:Populus iste labiis me honorat, cor eorum autem
longe est à me.Peius malum fore non æstimo,quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus. I
Nouit enim dominus qui sunt eius.Non potest autem humano condemnari examine, quem
deus suo reseruauit iudicio.Si omnia nanque in hoc seculo vindicata essent,locum diuina nõ
haberent iudicia. Quod autem ad alios iudices prius non debeant, quàm ad sacerdotes, vel
auditores ecclesiæ accusare, ita à tempore Apostolorum & infra obseruatum & definitum
inuenimus.Si quis erga episcopum vel actores ecclesiæ quamlibet querelam aut actionem iu
ste habere crediderit,ipse redemptoris sui (cuius actio nostra est institutio) viarum non im-
memor,sed sectator egregius,qui cum malediceretur,non maledicebat,sed tanquam ouis co
ram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens apud patrem inter-
cessit,non prius primates,superiores,aut alios iudices adeat,quàm ipsos à quibus se læsum æ- K
stimat conueniat familiariter,& non semel,sed sæpissime, vt ab eis aut suam iustitiam acci-
piat,aut iuste excusationem.Boni nempe & vere Christiani hominis est rem ipsam omnibus
amicitiæ,ac pacis legibus prius tentare quàm in iudicio (vbi frequenter amarissimus animæ
rancor innascitur)suum ius pertinaciter experiri. Si quis enim cum deo, qui pacis est autor,
habitare cupiat,ei necesse est vt pacem inquirat.Si ergo secus egerit, ab ipsis & ab aliis com-
munione priuetur,tanquam Apostolorum,patrumq; aliorum contemptor,de quibus ait pro-
pheta: Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis. In sacramentorum
quoque oblationibus,quæ inter missarum solennia domino offeruntur,passio domini misce-
da est,vt eius,cuius corpus & sanguis conficitur,passio celebretur: ita vt repulsis opinionibus
superstitionum,panis tantum & vinum aqua permixtum,in sacrificio offerantur.Non debet L
enim,vt à patribus accepim⁹,& ipsa ratio docet,in calice domini aut vinum solum, aut aqua
sola offerri, sed vtrunque permixtum,quia vtrunque ex latere eius in passione sua profluxis-
se legitur.Ipsa vero veritas nos instruit calicem & panem in sacramento offerre,quando ait:
Accepit Iesus panem & benedixit,deditq; discipulis suis,dicens: Accipite & manducate, hoc
est enim corpus meum,quod pro vobis tradetur. Similiter postquam cœnauit, accepit cali-
cem,deditque discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic est calix san-
guinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim atque pec-
cata,oblatis his domino sacrificiis delentur: idcirco & passio eius in his commemoranda
est,qua redempti sumus,& sæpius recitanda,atque hæc domino offerenda: talibus hostiis de- M
lectabitur,& placabitur dominus,& peccata dimittet ingẽtia.Nihil enim in sacrificiis maius
esse potest quàm corpus & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes
præcellit. Quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab
omnibus veneranda.Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli & venerari debet. Aquam
enim sale conspersam populis benedicimus,vt ea cuncti aspersi sanctificẽtur ac purificentur,
quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus san-
guine populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua sale aspersa diuinisque
precibus sacrata, populũ sanctificat atque mundat. Et si sale aspersо per Helisæum prophe-
tam,ste-

A rilitas aquæ sanata est,quanto magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert hu
manarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cætera bona multipli-
cat, & insidias diaboli auertit,& à phantasmatis versutiis hominum defendit. Nam si tactu
fimbriæ vestimenti saluatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis virtute
sacrorum eius verborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & ani-
mæ humana percipit fragilitas. His ergo & aliis instructi documentis, vota singulorum do
mini sacerdotes respicite,& in virtute spiritus sancti diuinis precibus, per ministerium vo-
bis diuinitus collatum perficere certate. Elementa quoque tam ea quæ prædiximus, quàm
cætera diuinis apta vsibus & humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate, &
B cætera quæ ad vos pertinent diligenter perficite, ipse enim saluator tribuendo nobis exem-
plum, discipulis suis ait: In nomine meo dæmonia eiicite, infirmos curate, ægros sanate, le- Lucæ.10
prosos mundate & cætera. Super infirmos etiam manus imponite & bene habebunt. Fidem
quoque sanctæ trinitatis sic docendam à patribus accepimus, vobisque tradendam subditis
destinamus. Esaias nanque propheta ait: Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum Esaiæ.6
excelsum, & seraphim stabant in circuitu eius, sex alæ vni', & sex alæ alteri, duabus vela-
bant faciem, duabus autem velabant pedes, & duabus volabant, & clamabant ad alteru-
trum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Si trinitas non est, quare
tertio sanctus dixerunt? Aut si vnitas non est, quare sub trina repetitione vnum deum ac
C dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in Genesi dicitur, dixit deus, fecit deus,& be
nedixit deus? Si vnitas non est, quare tertio deus, & deos plurali numero non commenda-
uit: Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: Domine, domine, domine misе- Exod.34
rator & misericors? Si vnitas non est, quare dum tertio domine diceret, postea miserator
& misericors, singulariter dicit, & non miseratores, vt plures ostenderet, intimauit? Si tri
nitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambræ sedens, tribúsque occurrens,vni domine di Gene.18
xit,& non vt viderat,tribus salutationis obsequium reddidit?Si vnitas non est,cur cũ Moy-
si deus Abraham,deus Isaac, & deus Iacob tertio diceretur, vnitatem ostendens, hoc mihi
nomen est dixit, non hæc sunt nostra nomina designauit? Si trinitas non est, quare Dauid
tertio dixit: Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus? Si vnitas non est, quare Psal.66
D cum deum tertio nominasset, benedicat dixit, & non benedicant adiunxit? Si trinitas non
est, cur Esaias denuo dicit, dominus deus sabaoth, deus Israël, qui sedes super cherubim? Si
vnitas non est, quare qui sedes dixit, & non qui sedetis astruxit? Si trinitas non est, quare in
Regnorum libro dicitur, dominus deus omnipotens, dominus deus Israël, sermones tui fi-
deles sunt? Si vnitas non est, quare tui dicitur, & non vestri potius intimatur? Si trinitas
non est,cur in psalmo cantatur: Domine deus virtutum deus Israël, intende ad visitandas Psal.59
omnes gentes? Si vnitas non est, quare intende posuit, & non intendite intimauit? Si trini-
tas non est, quare in Apocalypsi tertio dicit, sanctus dominus deus omnipotens, qui est,
& qui erat? Si vnitas non est, quare non qui sunt, & qui erant pluraliter designatur? Si tri-
E nitas non est, quare in Deuteronomio dictum est: Dominus deus tuus misericors est, & au- Deut.4
diet vocem tuam? Si vnitas non est, quare audiet,& non audient intimauit? Si trinitas non
est, quare in Hiesu dicitur libro, deus deus eorum est? Si vnitas non est, quare est dixit, &
non sunt,more loquutionis induxit? Si non trinitas est, quare Helias adorando, domine do 3.Reg.18
mine deus Israël, ostende quia tu es deus meus, dixit? Si vnitas non est, quare ostende, &
non ostendite posuit: Si trinitas non est, cur Mardochæus orando domine domine deus
omnipotens,omnia in potestate tua sunt,dixit? Si vnitas non est,quare in tua posuit, & non
in vestra significauit? Si trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit, domine domine Iudith.6
F deus omnipotens omnium virtutum respice in orationem meam? Si vnitas non est, quare
respice, & non respicite designauit? Si trinitas non est, quare in Hieremia dicitur, dominus Hiere.10
deus vester deus verax est? Si vnitas non est,quare verax est dixit, & non veraces potius in-
timauit? Si trinitas non est, cur in Apocalypsi scriptum est, dominus deus & spiritus pro- Apoca.1
phetarum misit angelum suum,ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito?Si vnitas non est,
quare cum patrem & filium & spiritum sanctum nominasset, misit dixit, & non miserunt,
sub prætaxato trium personarum & nominum numero introduxit? Si trinitas non est,qua-
re in Deuteronomio dicitur, dominus deus vester hic est deus? Si vnitas non est, quare hic Deut.6.
est,& non hi sunt, plurali numero designauit? Si trinitas non est, quare in eodem dicitur li-
bro,dominus deus tuus, deus magnus & potens est? Si vnitas non est, quare magnus & po-

tens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tob.7 tens singulariter nominantur: Si trinitas non est, cur Tobias cum filium suum in Rages ci- G
uitatem,cum Raphaële angelo mitteret,benedicens eos ita dixisse docetur: Deus Abraham,
deus Isaac, deus Iacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis? Si vnitas non est, quare
ipse impleat dixit, & non ipsi impleant intimauit? Postremo si trinitas non est, quare
Matth.vlt. dominus discipulos suos in nomine patris, & filij & spiritus sancti vniuersas gentes misit ba
ptizare? Si vnitas non est, quare in nomine dixit, & non nominibus præcipiendo perdocuit?
Roma.11 Si trinitas non est, quare Apostolus Paulus ait: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia?
Si vnitas non est,quare ex ipso posuit, & non ex ipsis astruxit? Si enim certo certius volueri-
tis vnitatem trinitatis agnoscere, à sæpe dicto doctore gentium Apostolo poteritis vniuer-
2.Cor.vlt. sa condiscere,& sequi catholicam fidem, & horum respuere prauitatem. Gratia domini no- H
stri Iesu Christi,inquit,& charitas dei, & communicatio spiritus sancti, ipse est patris & filij
& spiritus sancti gratia, & sic fidē sanctæ trinitatis,& intelligere,& discere, domino adiuuā-
te, pleniter potestis. Idcirco ergo charissimi, fidei regulas iuxta huius epistolæ finem posui-
mus, vt in eius confessione fideliter perseueremus, & domino auxiliante bonam fidem ha-
bere mereamur. Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constitui-
tur. Aut putatis, quia inaniter scriptura dicit? Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habi-
1.Pet.5 tat in vobis, maiorem autem dat gratiam: propter quod dicitur: Deus superbis resistit, hu-
milibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote deo, resistite autem diabolo,& fugiet à vo- I
bis. Appropinquate domino, & appropinquabit vobis: & mundate vobis manus peccato-
res,& purificate corda vobis duplices animo. Miseri estote, & lugete,& plorate, risus vester
in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu domini, & ex-
Iacobi.4 altabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. quia qui detrahit fratri,aut qui iudicat
fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem: si autem iudicat legem, non est factor legis,
sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare: tu autem quis
Iacobi.5 es qui iudicas proximum? Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ ad-
uenient vobis: diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.
Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, &
manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ec- K
ce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis clamat,
& clamor eorum in aures domini Sabaoth introibit. Epulati estis super terram, & in luxu-
riis enutristis corpora vestra, in die occisionis condemnastis & occidistis iustum,& non re-
sistit vobis. Væ fratres his qui tribulant, vos vero quanto amplius tribulamini, tanto purga-
tiores atque beatiores efficiamini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Vnde
Matth.5 & ipsa veritas per se dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et alibi:
Beati eritis cum vos oderint homines, & persequuti fuerint, & eiecerint nomen vestrum
tanquam malum: gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo.
DATA IX. CAL. AVGVSTI, Traiano & Eliano VV. CC. COSS. L

IN SECVNDAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

*ORationum quanti sint fructus, declarat hæc epistola, ad quas magnopere nos inuitat: eam tamen magis celebrat, quæ communi multorum inter se adfectione fit. Si enim Christianis debent omnia esse communia, uotis etiam communibus, quibus impetremus quod uolumus, opus esse docet. Si qui ucro, ut necesse est in promiscua multitudine aliquando accidere, episcopos in ministerio importunius inter- M
pellant, aut turbant, eos arcendos aliquandiu à Christianorum commercio ducit, ut uel isthoc pacto ad cor
reuersi, Christo lucrisiant. Proinde ad dilectionem mutuam hortatur, cum alios, tum ipsos maxime episco-
pos, ut communibus auxiliis, scuto fidei, & gladio uerbi hostes profligant, aut in ditionem redigant. In eo
certamine, ut humanitus fermè fit, si quem ex fratribus uiderint durius acceptum, aut ab aduersariis præ-
ualentibus proscriptum, iubet eos qui integri etiam dum sunt condolere, ut ethnicos, si nullis aliis machi-
nis debellare possint, patientiæ tamen & concordiæ inter se glutino labefactent. Non enim raro patientia
plus proficitur, quàm si uel omnia omnium generum tormenta adhibeas, præsertim si animus nullius mali si-
bi conscius, innocentia pro muro uti poterit.*

A

SECVNDA ALEXANDRI EPISTOLA omnibus fratribus scripta.

B Dilectissimis fratribus,omnibus episcopis, per diuersas constitutis regiones, Alexander episcopus. Nulli fratres dubiū est,quia boni à malis semper persecutionē patiuntur & tribulantur, propter quod nos humiliari oportet sub potēti manu dei,vt liberet nos in tēpore tribu- 1.Pet.5
lationis: Nā sicut leo rugiēs circuit,quærens quē deuoret,sic diabolus nō cessat circuire & quērere,quos ex fidelib⁹ perdat,& maxime illos, quos ardētiores in seruitio saluatoris,eiq; familiariores inuenerit. Fa miliariores dico eos quos sibi sacrari,& in ordine apostolatus cōstituti voluit. Ipsi enim pro populo interpellant,& peccata populi comedunt, quia suis precib⁹ & oblationibus ea delent atq; consumunt: qui quanto digniores fuerint,tanto facilius pro neces Iacobi.5
sitatibus quibus clamant exaudiuntur. Multum enim, vt ait beatus apostolus Iacobus, valet deprecatio iusti assidua: qui enim vos persequitur,ipsum,cuiusvice legatione fungimini,persequitur. Quia sicut ipse filius dei mediator fuit dei & hominū,ita & vos eius vice,in ecclesia estis constituti,vt inter deum & homines legatione fungimini. Si quis autem vestrā legationem impedit,non vnius,sed multorum profectum auertit. Et sicut multis nocet, ita à multis
C arguendus est,& bonorum societate coërcendus: & quia dei causam impedit, & statum con- Excommu-
turbat ecclesiæ,ideoq; ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus hominibus quoq; talis est ca- nicatio.
uendus,& non in cōmunionem fideliū,vsq; ad satisfactionē recipiendus. Est enim statutum olim,vt qui statum cōturbat ecclesiæ,ab eius liminibus arceatur, nec cum fidelibus cōmunicet,qui eorū bona auertit. Vos ergo si dilectionē habueritis ad inuicem,& vnanimes fueritis, Canino dē-
facile tales superare poteritis. Si vero,quod absit,discordes fueritis, & canino dente vos de- te arrodere.
rodere cœperitis,nō solum eos nō superabitis,sed & vobis ipsis nocebitis,atq; ab eis superabimini,& innocēter fortè peribitis. Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se
D subtraxerit,magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce,inquit,propheta, quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Illi vero non in vnum habitant, quia fratrum se solatio subtrahunt,& quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos ponūt. De his enim & eorum similibus dominus per Oseam prophetam loquitur dicēs: Pro- Osee.4
pter vos lugebit terra,& infirmabitur omnis qui habitat in ea. In ea bestiæ agri, & volucres cœli,sed & pisces maris congregabuntur. Veruntamen vnusquisq; non iudicet, & nō arguatur vir. Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti,& corrues hodie,& corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam,conticuit populus meus,eo quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam repulisti,repellam te,ne sacerdotio fungaris mihi. Et quia oblita es legis dei tui,obliuiscar filiorum tuorum qui peccauerunt mihi: gloriam eorum
E & ignominiam commutabo, peccata populi comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabūt animas eorum, & erit sicut populus,sic sacerdos, & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei, & comedent, & non saturabuntur,fornicati sunt,& non cessauere, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Hæc cauete fratres, & bona semper agere festinate,quia in hoc cognoscent omnes,dicit dominus,quoniam mei estis discipuli, si Ioan.13
dilectionem habueritis ad inuicem. Bonum est nanque proculdubio, & omnibus timentibus deum desiderabile,cohibere dissensiones & altercationes,fratribusq; subuenire,& inuicē non ridere,sed adiuuare. Nos ergo qui discipuli domini, & dici & esse cupimus, portare crucem Christi,& compati fratribus debemus, & non quascunque eis insidias aut foueas præparare,
F quia tale nomen nō meretur,qui fratribus foueam parat. Nolite errare fratres quia deus non Gala.6
irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit ecclesiam suam,vt pro omnibus laboretis,& cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per prophetam loquitur dicens: Hæc dicit dominus,iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressos de manu ca- Hiere.22
lumniantis,ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea,& succendatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à domino constituti estis,attendere eos,& opprimere oportet,qui inter fratres seditiones & scandala excitant,ne simul cū eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborāt in euangelio Christi,& iuste gubernant nauem eius,ne cohabitantes in ea mergantur,aut suffocentur. Salutat vos omnis apostolica ecclesia in domino. Amen.
DATA IX CAL. NOVEMB. Traiano & Eliano VV. CC. COSS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN TERTIAM ALEXANDRI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM. G

QVale debeat esse episcoporũ officium, docet hæc Alexandri epistola, nẽpe ut omne uitæ tempus in cognitione diuinarum scripturarũ collocent, atq; ex ea leges uitæ hominibus præscribant. Sicuti enim ut credã facile adducor, ex inscitia scripturarũ quædam in ecclesiã reũdasse, nõ ita ex præscripto Christi, ita in spem uenio rem Christianã & melius & cõstantius habituram, si id studiũ quod in prophanis quibusdã rebus cõsenescit, incipiãt episcopi atq; presbyteri legi diuinæ addicere, ut qui Christi legatiõe fungũtur, eius etiã mandata in procinctu habeãt, cuius titulo præ cæteris apud homines cõspicui sũt. H

TERTIA ALEXANDRI EPISTOLA
omnibus presbyteris scripta.

1.Cor.15 ALEXANDER episcopus omnibus diuino sacerdotio fungentibus, pax & misericordia multiplicetur, & sapientia atq; bona voluntas in omnibus augeatur, & fructificetur à domino. Gratia dei sumus, fratres charissimi, id quod sumus, idcirco nobis prouidendũ est, & oppido decertandũ, ne in ea vacui inueniamur, sed eadem nobis cooperante gratia, fructũ domino plurimũ reportemus: quod aliter fieri nõ potest, nisi sapientiã scrutando, eiusq; præcepta lectionibus & hymnis meditando, atq; eo adminiculante implendo, orando, vigilando, & volũtatem eius in quantum ipse largitus fuerit, perficere studeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse & apparere debet: quia omnis qui odit fratrem suũ, homicida est: qui vero diligit eum, in deo manet, & deus in eo. Vnde Apostolus ait: nolite iudicare fratres in inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratribus vel scandalum. Et dominus inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Et alibi: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et Salomon ait: Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Summa enim iniquitas est fratres, detrahere & accusare. Vndę scriptũ est: Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, & omnis homicida nõ habet partem, aut hæreditatem in regno dei. Et alibi: Cauete vos fratres charissimi, ne participes efficiamini, quod absit, malis eorũ: & non solum vos cauete à talibus, sed & alios cauere ab eis, & auertere docete. De his enim dominus ait per prophetã Michæam: Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud, quoniam contra deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virũ & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum, cum suauitate dicẽtium: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei cõmutata est. Quomodo recedet à me cum reuertatur qui regiones nostras deuorat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit domus Iacob. Nũquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur? Et è contrario populus meus in aduersarium consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis, eos qui transiebant simpliciter, conuertistis ad bellum. Et contrà de his qui accusantur vel tribulantur, per Naum prophetam confortans eos, sic loquitur dominus? Et confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius, & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium. Consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque attondentur & pertransibit. Afflixi te, & non affligam te vltra. Facile est fratres verbo fallere hominem, sed non deum: sapiens non est qui nocet, nec vir linguosus in malum se dirigit in

Rom.14 Ioan.13 1.Ioan.3 Ephe.5 Mich.1 Naum.1 I K L M

A riget in terra. Nihil vero mali vult qui fidelis est, malo enĩ & prauo ingenio fides aliena est. Ait apostolus de infideliũ ignorantia: Si enim cognouissent, nunquã dominum gloriæ crucifixiissent: crucifigunt enim dominũ qui eũ in sacerdotibus suis persequũtur: quia crux à cruciatu dicitur: magnũ vero cruciatũ sustinet qui vim patitur. Sed tamẽ beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiã, ecce, ait Iudas apostolus, veniet dominus in sanctis millibus suis facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum. Hæc fratres valde timenda sunt, & perpendenda, ne veniens vnusquisque ad iudicium, pœnã cum impiis recipiat, sed cum iustis gloriam: quod pius dominus præstare dignetur, qui viuit & regnat per secula cuncta: DATA CAL. MAII. Eliano & B Vetereo VV. CC. COSS.

IN XISTI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM.

XIstus ab apostolis sextus Rom. episcopus, trinitatis mysteriũ paucis attingit uerius quàm tractat, cui tanquam rei peruulgatæ, & quæ extra controuersiæ aleam esse debeat, ab omnibus, quotquot Christiano censemur uocabulo, assentiendum docet, aperte hoc præ se ferens, ut de rebus quarum agnitio C *non ad plenum nostræ imbecillitati constare possit, potius pie & liberaliter suspicemur, quàm ut curiosius & ob id incautius inuestigemus. Quod enim nostræ salutis interest, id fermè totum sitũ est loco illustri, ut nec possit ignorari etiã ab his qui uel huius professionis limen ingressi fuerint. Trinitati autem sacrosanctæ, indiuiduam coniungit unitatem, ita ut tantũdem deferatur filio, quantum patri, nec sit quicquã honorificum patris, quod non idẽ filio cõpetat: quod usq; adeo uisum est indignũ Ebionitis, ut gradibus aliquot superiorẽ fecerint patrem, filiũ autem interuallo quodã sequẽtem. Porrò nec desunt alij, qui dum anxiè magis quàm pie huic rei insudant, in admirabilem illam trinitatem, tanquã in scopulos impegerunt. Iudiciorum uero quia hucusq; ex industria nõ meminimus, & nulla est omnino epistola, quæ non obiter saltem eorum mentionem iniiciat, dicam semel, sed prolixius paulò. A secularibus, ita enim loquũtur, non donant alicuius criminis insimulari episcopũ, nisi de accusatoris iam antea fide, integritate, sit apud nos testatum. Est hoc equidem uel maximum ueteris in-* D *nocentiæ argumentum, quod cum à bonorum essent criminationibus suapte innocentia satis munìti, secularibus uero tantum occurrendum ducerent. Ne uero hic quenquam secularium nomẽ torqueat, uideo eos hoc uocabulo dicere uoluisse, quos ferè sycophantas hodie appellant, qui cum à fide Christiana essent remoti, magni quiddam se consequutos existimabant, si confecto pro tempore crimine, negocium episcopis facesserent, & tãquam remoram iniicerent, quo minus possent ex animi sententia ministerio uerbi inseruire.*

Ebionitarũ hæresis.

Seculares qui appellentur.

XISTI EPISTOLA DE VNITATE
dei omnibus fratribus scripta.

E

OMNIBVS in deo patre & domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus, in charitate domini nostri Iesu Christi, Xistus Romanæ vrbis archiepiscopus, salutem. Charissimi fideliter agite in omnibus, vt fideles & non infideles inueniamini. Nolite imitari malum, sed quod bonum est agite, quia qui bene agit ex deo est, qui autem male, non ex deo, sed ex diabolo est. Fidem enim rectam vos tenere oportet, vt dissentientes ab Apostolica non sitis doctrina. Vnum enim verum deum, patrem & filium à prophetis & Apostolis ostendimus prædicatum, à quibus etiam spiritum sanctum credimus non esse discretum, Esaia propheta dicente: Ego sum deus, & non est alius præter me. Et per meipsum iuro, quia exiuit ex ore meo veritas, & sermo meus non reuertetur, quia mihi inclinabitur, omne genu, & omnis lingua confitebitur per dominum, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet. Et vt in hoc testimonio patrem simul & filium fuisse cognoscatis, Paulum Apostolum audite dicentem: Vt in nomine Iesu omne, inquit, genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei omnipotẽtis. Quod si secundum aliquos filius minor est patre suo, ergo minorata est & gloria patris in filio. Et vbi est quod in Salomone scriptura loquitur, dicẽs: Sicut etiam in cõspectu eorum,

F

Esaiæ.45 Philipp.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscãt G
te sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus præter te domine. Diligenter attende, & a-
Esaiæ.46 gnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare.
Itẽ Esaias: Audite domus Iacob & residui domus Israël, qui egredimini ex vtero, & erudimini
à puero vsque ad senectutem, ab initio ego sum, & quousq; senescatis ego sum, ego vos feci, &
Esaiæ.41 ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam dicit dominus. Et iterum: Ego sum deus, præter me
non est alius deus, annuncians nouissima priusquam fiant. Audite me Iacob & Israël quem e-
go feci, ego sum dominus deus tuus, & non est alius præter me. Item alibi: Ego sum dominus
primus, & ego nouissimus, & in ea quæ superuentura sunt in nouissimo ego sum. Item ibi: Ego
Esa.43 sum deus qui te creaui, qui te adiuui, & communiui dextera mea. Et vnitatem patris & filij H
assignas, loquitur dicens: Ego testis vester dicit dominus deus, & puer meus tu quem ego e-
legi, vt sciatis & credatis, quia ego sum, & ante me non fuit alius deus, & post me non erit.
Vnum hi, qui non sanè sapiunt, eligant è duobus: aut fateantur patrem & filium vnum deum,
aut si solum patrem deũ esse contendunt, ergo illis dominus Iesus Christus deus filius, nõ erit
deus, quia scriptum est: Ante me nõ est alius deus, & post me nõ erit. Si secundũ tales ita est,
cur Apostolus talia prædicat, & eundem filium deũ super omnia benedictũ insinuat? quorũ pa-
Roma.9 tres, inquit, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sẽ-
cula. Item Esaias dicit: Dominus deus Israël qui liberauit eum de Aegypto: ego sum primus, &
I
ego post hæc, & præter me nõ est deus sicut ego sum, qui stet & vocet, & præparet mihi, ex quo
hominem feci in seculo. Item alibi: In te est deus, & nesciebamus, & nõ est alius præter te. Tu
enim es deus, & nesciebamus, deus Israël saluator. Vnus deus nõ sunt pater & filius? Quis est
hic deus, in quo esse dicitur deus pater, quẽ alium deum nõ esse propheta sæpenumero prote-
statur? Et Hieremias: Hic deus noster, ait, & nõ adplicabitur alter ad eum, qui inuenit omnem
viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo, post hæc in terris visus est,
Eccli.36 & inter homines cõuersatus est. Et in Salomone habetur: Miserere nobis deus omniũ, & o-
stende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuũ super gentes, quæ nõ exquisierunt
Deut.4 te, vt cognoscant quoniã non est alius deus, nisi tu. Item alibi: Domine deus Israël, nõ est tibi
Psal.17 similis in cœlo sursum. Et in psalmo: Quoniã quis deus præter dominũ, aut quis deus præter K
Gene.19 deum nostrũ? Et in Genesi: Et pluit dominus à domino ignẽ & sulphur super Sodomã & Go-
morrham, & euertit ciuitates illas. Si solus pater deus est, quis pluit ignem & sulphur à domi-
Deut.32 no super prædictas ciuitates, vel eas euertit? quæso respondeat. Et in Deuteron. Dominus solus
Roma.3 deducebat eos, & non fuit cum illis deus alienus. Et Paulus apostolus: Vnus deus qui iustificat
2.Cor.5. circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Et ad Corinth. Deus erat in Christo, mundũ
Gala.3 reconcilians sibi. Et iterum: Non est deus nisi vnus. Et ad Gal. Mediator autem vnius nõ est,
Ephe.4 deus autem vnus est. Et vnitatẽ patris & filij & spiritus sancti demonstrans, Ephesiis scribẽs,
ita cõfirmat: Sufferentes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pa-
cis, vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus domi- L
nus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Si nõ sanè sapientes, vnitatẽ fidei voluerint simpli-
ci corde recipere, ex hoc itaq; testimonio, in vno spiritu poterunt simul patris & filij vnitatẽ
condiscere. Patrẽ igitur, vt superius cõprehensum est, in diuinis literis genitum proprie posi-
tum, nec legere possunt penitus, nec probare: sed quia idipsum fides exigit Christiana, absq; vl
la dubitatiõe ingenitus creditur, qui tamen secundũ seriem scripturarũ, in filio à se genito† vi
†vnus In accusantibus quæ sunt spectãda. sus esse mõstratur. Cæterũ placuit propter malorũ hominum infestationẽ, vt in accusatione
domini ministrorũ, primo persona, fides, vita, & cõuersatio blasphemantiũ enucleatim per-
scrutetur. Nã fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis est, nec
eis omnino est credendũ, qui veritatis fidẽ ignorant, nec recte cõuersationis vitam ducunt, M
quoniã tales facile & indifferenter lacerãt, & criminãtur recte & pie viuentes. Ideo suspicio
eorum discutienda est primũ & corrigẽda, neq; accusatoribus suspectis vel de inimicorũ do-
mo prodeuntibus est credendũ. Erãt enim quidã qui prius videbantur esse ex nobis, sed non
Psal.31 erãt ex nobis: si vero essent ex nobis, mãsissent vtiq; nobiscũ, & nõ conturbassent fratres. Exa-
cuerunt enim, vt ait propheta, linguas suas sicut serpẽtes, venenũ aspidũ sub labiis eorũ. Qua-
propter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne domino decipiant fa-
mulantes. State ergo dilectissimi super vias, aspicientes & interrogantes de semitis domini
antiquis, & videte quæ est via domini bona & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiem
animabus vestris. DATA XVII. CAL. MAII. sub Adriano & Vero.

IN

A IN EPISTOLAM HYGINI ARGVMEN-
TVM PER IO. SICHARDVM.

COmmendaturus nobis humilitatem, animique submissionem Hyginus, ut auspicatius id faciat, à capite Christo rem repetit, qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est, ut esset deo similis, sed se-
metipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut ho-
mo, humiliauit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: dicente diuo Paulo ad Philip-
penses: Eius autem cum omnis uita, rerumque gestarum series, sit nobis ad imitationem proposita, tamen æ-
gre reperies aliud, in quo propius erga nos diuinæ uoluntatis affectum agnoscas, quam quod extra omnem
B *huius mundi iniuriam positus, uolens tamen pro hominum salute, omnes calamitates subierit, suo nos exemplo*
inuitans, ut quo simus superiores, hoc nos geramus submissius.

PRIMA HYGINI EPI-
stola catholica.

C HYGINVS in Christi nomine almæ vrbis Romæ episcopus, cunctis Apostolica fide & doctrina vigentibus, salutem. Charissimi, Deus filiũ suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato dãnauit pec catum in carne, vt iustitia legis impleretur. Filius non secundũ deita-tem solam à patre missus est, sed secundum carnẽ, quam clementer & pie pro nobis assumere nõ dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita maiestatis suæ potentia) id est, se filius miserit, Apostolus testatur, qui ait: Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, & humilia- Philip.2
uit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Et Esaias: Non legatus neq; Esaiæ.35
angelus, sed ipse dominus veniet, & saluabit eos. Item alibi: Palàm apparui nõ quærẽtibus me. Esaiæ.65
Hiere.20
Et Hieremias: Dereliqui domum meam, & dimisi hæreditatem meam, veni & factus sum il-
D lis in obprobrium. Et in Michæa: Ecce dominus veniet, & commouebuntur montes sub eo. Et Zach.1
in Zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce venio ego, & cõmorabor in medio tui, dicit 1.Timo.1
dominus. Et Apostolus ad Timoth. Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam
Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et Michæas: Ecce subito ve-
niet in templo sancto suo dominus quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vul- Lucæ.5
tis. Et in euangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Item alibi: Quid Matth.8.
nobis, & quid tibi Iesu fili dei, venisti ante tẽpus perdere nos? Item alibi: Ego veni vt vitam Ioan.10
habeant, & abundantius habeant. Item alibi: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo de-
scendit, filius hominis qui est in cœlo. Nunquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se
E filius dei à semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, & non à semetipso ve-
nisse? dum manifestum est eum qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie & non
ab alio missum aduenisse: nam qui in patre manens, vbique potentia sua consistit, quò à patre
mitteretur omnino non habuit. Quoniam nulla pars cœlorũ ac terræ, à cõspectu patris exci- Ephe.4
pitur, vbi secundũ vos à patre filius mitteretur. Et Paulus: Renouamini, inquit, spiritu mẽtis
vestræ, & induite nouum hominẽ, qui secundũ deum creatus est, in iustitia & sanctitate veri- Hebræo.2
tatis. Et ad Hebræos: In eo enim in quo passus est, ille tentatus est, nam potens est ei qui ten-
tatur auxiliari. Vnde sanctæ vocationis semper cœlestis participes, considerate apostolum, &
põtificem confessionis nostræ Iesum fidelem existentem ei qui creauit eũ. Et ad Coloss. Nunc Coloss.3
F autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiaq; ex ore vestro non procedat.
Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite no-
uum, eum qui renouatur in agnitione secundum imaginem eius qui creauit eum. Nunquid
is qui vniuersam creaturam, visibilia & inuisibilia, propria potestatis virtute procreauit ac fe-
cit, seipsum ante aut postmodum, quod dicere nefas est, creauit vel facere potuit? Et domi- Ioan.14
nus in euangelio ait: Qui me odit, & patrem me- Ioan.15
um odit. Et iterum: Vt omnes honorificent filium, sicut & honorificant patrem. Et iterũ: Vt Ioan.5
sint in nobis vnũ, sicut & nos sumus vnũ: tu in me, & ego in eis. Et iterũ: Omnia mea tua sunt. Ioan.14
Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pater in me manens, facit opera hæc. Et Ioan.1
Ioannes euangelista ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Ioan.5 verbum.Et iterum ipse alio loco: Tres sunt,inquit,qui testimonium perhibent in terra,aqua, G
sanguis,& caro.Tres in nobis sunt qui testimonium perhibent in cœlo,pater,verbum,& spi-
ritus,& hi tres vnum sunt.Nos itaq; in natura deitatis,quia vnum sunt pater & filius & spi-
ritus sanctus,nec patrem credimus aliquo tempore præcessisse, vt maior sit filio, nec filium
postea natum esse,vt deitate patris minoretur.Cæterum fratres, saluo in omnibus Romanæ
ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absq; cæterorum omnium cõprouincialium epi-
scoporum instantia aliquorum audiat causas eorum,quia irritæ erunt aliter actæ quàm in cõ
spectu eorum omnium ventilatæ, & ipse si fecerit coërceatur à fratribus. Criminationes ma
iorum natu per alios non fiant,nisi per ipsos qui crimina intendunt,si tamen ipsi digni & ir-
reprehensibiles apparuerint,& actis publicis docuerint,omni se suspicione carere & inimici- H
tia,atque irreprehensibilem fidem ac cõuersationem ducere,necnon & peregrina negotia &
iudicia prohibemus: quia indignum est,vt ab externis iudicentur,qui prouinciales & à se ele
ctos debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte carpendo occasiones abscidimus.
Nos enim supernæ memores disciplinæ, quibuscunque cadentibus dexteram porrigimus,
& à ruinæ præcipitio quos possumus releuamus, & defensiones atque adminiculum to-
tis viribus præbere cupimus.Certe vel si mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui alij
existit causa periculi: qui vero innocentem vel fratrem quocunq; ingenio persequitur, ipse
in iugulum mortis impingit,vt ait diuinus & beatus præco: Noli detrahere ne eradiceris:no
li accusare, ne accuseris: noli iudicare,ne iudiceris: quia in quo iudicio iudicaueris, iudica- I
bitur de te.Nemo creditur nos odisse, quorum relatione non læditur. Dicit enim dominus:
Omne regnũ in se diuisum,nõ stabit:& omnis sciẽtia & regula aduersum se diuisa,nõ stabit.
Ideoq; necesse est vt cõcorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionẽ agentes,
sed ad omne studium deuotionis, vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis.
DATA XVII. CAL. OCTOB. Magno & Camerino COSS.

IN ALTERAM HYGINI EPISTOLAM ARGVMENTVM, PER IO. SICHARDVM. K

Athenienses, quos etiam dum circa idola pueriliter ineptire uidit,familiariter admonet Hyginus hac epistola,ut tandem dediscant idolorum cultum, & à putribus, ut Lactantius appellat,diis gentium, ad uerum deum animos adplicent.Quos uero eousque in fide promouisse cognouerat, ut præ uero deo idola contemnerent,certo consilio ab eorum commercio,qui admoniti ad ueri prophetæ cognitionẽ proficere nollent,sibi temperare iubet,ne mali huius contagio ex conuictus familiaritate clanculum serpens, eos etiam inficiat, qui Christum quidem amplexi, quauis tamẽ persuasione poterant aliorsum impelli.Si enim abluti baptismo,ex professionis præscripto cum illotis non uescebantur: etsi commissum est apostolis, ut prædicationis gratia uenientes in ciuitates,uideant qui sint digni apud quos cibum capiant: quanto magis conuenit, L ab eorum communione esse nos immunes,quibus gratum esse nihil planè potest, nisi quod morem suum resipiat? Et quia plerique Christianorum grauiter ob id audirẽt,atque asperius in idola loquuti,passim etiam exularent,iubet bono animo diem iudicij expectare,ut tanta mercedis spe,leuiora fiant,quæ ethnici,ridiculis suis diis excæcati,in Christiano statuebant.

ALTERA HYGINI EPISTOLA Athenienſibus ſcripta.

HYGINVS Episcopus Athenienſibus ſalutem. Multa mihi fiducia est M
apud vos fratres,& multa gloriatio pro vobis: repletus sum consola-
tione,superabũdo gaudio in omni tribulatione nostra. Tribulor enim
quando de vobis audio quod nõ oportet. Cõsolor vero quoties ea in-
ter vos fieri cognouero,quę bonos Christianos decet implere. Nolite
fratres iugum ducere cum infidelibus. Vnde doctor gentium loqui-
1.Cor.6 tur,dicens.Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quis autem tem-
plo dei consensus cum idolis? Vos enim estis templum dei viui, sicut
dicit dominus,quoniam inhabitabo in illis,& inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt
2.Pet.2. mihi in populos. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed catenis noctis in in-
fernum

A infernum detractos,in tartarũ tradidit ad iudicium cruciandos reseruari,& originali mun-
do non pepercit, sed octauum Noë iustitiæ præconem custodiuit, diluuiũ mundo impiorum
inducens,& ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorum in cinerem redigens,euersione damna-
uit,exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens:quid putatis iniquis & impiis perseueran-
tibus in nequitia eorum erit? Iustum vero Loth oppressum à nefandorum iniuria & conuer-
satione eruit,aspectu enim & auditu iustus erat,habitans apud eos qui in diem de die animã
iustam iniquis operibus cruciabant.Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero
in diem iudicij cruciandos reseruare, magis autem eos qui post carnem in concupiscentia
immunditiæ ambulant,dominationemq; contemnunt,audaces,sibi placentes, sectas nõ me-
B tuunt facere, blasphemantes. Vnde alieni erroris socium à sui proposíti tramite recedẽtem,
aut Apostolicæ sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus inter fideles,nec im-
pedire recte credentes,vel sanctorum patrum suorum iussionibus obtemperantes, permitti-
mus: quia inter fideles & infideles magna debet esse distinctio.Si deus,fratres,iustis non pe-
percit,quid de nobis peccatoribus fieri putatis?Custodite vos ab omni inquinamento carnis
& corporis vt salui sitis in aduentu domini. Illud autem hoc non lateat vos, vt ait Aposto- 2.Pet.3
lus, charissimi,quia vnus dies apud deum sicut mille anni,& mille anni sicut vnus dies: non
tardat dominus promissis,sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes
ad pœnitentiam reuerti.Adueniet autem dies domini vt fur, in qua cœli magno impetu trã- 1.Thess.5
C sient,elementa vero calore soluentur. Cum hæc igitur omnia dissoluenda sunt, quales opor-
tet vos esse in sanctis conuersationibus,& pietatibus? expectantes & properantes in aduentu
diei,per quem cœli ardentes soluuntur,& elementa ignis ardore tabescent. Nos vero cœlum
& nouam terram,& promissa ipsius expectamus,in quibus iustitia habitat. Deus autem om-
nis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse
perficiet, confirmabit,solidabitque, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.
DATA X. CAL. MAR. Magno & Camerino COSS.

D

IN SOTERI EPISTOLAM, ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

Diuersitas naturarum in Christo efficit,ut proprie loquentes alio atque alio modo de humana natura,atque diuina dicant. Eo enim quod deus est,in scripturis genitus,homo uero factus dicitur.Ea autem prædicata,ut scholasticorum more loquar,maxime huc conducunt, ut intelligamus de rebus diuinis circumspecte pronunciandum esse. Sunt enim omnium professionum usque ad carbonariam,solennes dicendi ritus,quos miscere graue sit piaculum. Etsi quælibet ars etiam mechanica consecrata quædam & peculiaria habet nomina,quibus inter se iisdem artibus initiati utuntur, multo religiosius profecto obseruandum E *est in sacris,ne dum illoto de tantis rebus ore loquimur,ipsis uideamur etiam cerdonibus stultiores,qui de artis suæ mysteriis,non nisi uerecunde loqui consueuerunt.*

SOTERI EPISTOLA EPISCOpis Campaniæ ſcripta.

F SOTER Apostolicæ sedis archiepiscopus, Campanis omnib⁹ salutem
in domino.Gaudere vos oportet fratres, quod diuina largiente gra-
tia,familiares domini vocamini,eiusq; sacerdotij dignitate fungimi-
ni. Nunc autem rogo vos, vt circa plebes vobis commissas laborare
Rom.1 lus enim Apostolus de fide loquitur, ita dicens: Quod ante promise-
rat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,qui factus est ei
Gala.4 ex semine Dauid secundũ carnẽ.Item ipse ad Galatas:postquã autẽ ve-
Philip.2 nit plenitudo tẽporis,misit deus filiũ suum,natũ ex muliere,factũ sub lege. Et ad Philippẽses:
Pſal.30 In similitudinem hominũ factus,& habitu inuentus vt homo.Et psalm.Infirmata est in pau-
pertate virtus mea,& ossa mea cõturbata sunt,& super oẽs inimicos meos factus sum obpro-
brium.Item:Obliuioni traditus sum tanquã mortuus à corde,factus sum tanq̃ vas perditum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.70 Psal.72 Psal.86 Psal.87 Psal.109 Psal.101 Ioan.1 Hebræo.1 2.Cor.13 Psal.118 Ioan.6. Ioan.8 Esaiæ.48 Hiere.51

Et idem: Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et idem: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et idem: Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et idem: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Et idem: Et factus sum obprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. Et idem: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et in euangelio: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Filius igitur secundum carnem dicitur factus: nam secundum diuinitatem, à patre nusquam legitur factus, sed genitus. Dum enim pater loquitur, filius loquitur, & cum filius loquitur, pater in illo loquens documentis cœlestibus comprobatur, Paulo attestante, qui ait: Multis partibus, multisque modis olim deus loquutus est patribus in prophetis, nouissime autem loquutus est nobis in filio. Et vt eundem filium, excepto patris præcepto, doceam fuisse locutum, ex Esaiæ prophetæ volumine proferimus documentum. Hæc dicit dominus, in illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse qui loquebar in seruis meis prophetis, euangelizans auditum pacis, & ecce adsum. Item alibi: Cogitaui & locutus sum, & adduxi, & creaui, & feci. Et Apostolus: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi? Et in psalmo: Loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar. Et ipse dominus in euangelio cæco à se inluminato dicit: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Et Samaritanæ mulieri ait: Ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos inquit: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Et ad patrem: Ego ad te venio, & hoc loquor in mundo. Et iterum Iudæis dicit: Loquor vobis, & non audistis, si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum: Hæc loquutus est dominus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus quæ superius iam enarrata sunt, non docetur filius præcepto patris fuisse loquutus, sed multomagis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Esaias quoque propheta ait: Hæc dicit dominus, ego feci terram sensu meo, & hominem super eam, ego solidaui cœlum manu mea, ego omnibus sideribus mandaui vt lucerēt in cœlo. Item ibi: Ego omne consilium meum statui, & omnia quæcunque cogitaui, ego feci. Item ibi sic dicit dominus: Qui constituit cœlum & terram, & fecit eam, & fundauit eam. Item alibi: Ego primus, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit cœlum. Item ibi: Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Et in Hieremia: Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia & prudentia sua, extendit cœlum & posuit sonum aquæ in cœlo. Defendite charissimi rogamus contra maleuolos homines inconcussum ecclesiæ statum, vt vos Christi dextera defendat in æuum. DATA NON. MAII, Rustico, & Aquilino IIII. VV. CC. COSS.

G H I K

IN EPISTOLAM VICTORIS ARGVMENtum per Io. Sichardum. L

DE sacramentorum administratione non satis conuenerat Episcopis Africæ, ob id post longas eásque capitales dissensiones, res uidebatur in apertum bellum eruptura. Necesse est enim quotiescunque de rebus summis controuertitur, & quæ uenerari nos decebat, scurriliter deridenda propinemus, ut quod mutuæ inter nos concordiæ causa donatū sit, simultatum fiat seminariū. Nam cum per baptismi, corporisque dominici, atque aliarum rerum cōmunionem, Christus amicitias uellet coalescere, atque in omnē posteritatem propagari, accidit ut inexpiabilium odiorum fierent initia. Quod tum maxime solet contingere, quando de administratione pugnatur, & usus rei in dubio est. Quamobrem eos qui proprium sibi quendam administrationis sacramentorum modum excogitauerant, abhorrentem ab euangelij regula, hortatur uictor, ueluti in nullam orbis partem, pro hominum salute non intentus, ut depositis contentionibus in gratiam redeant, potiúsque cogitent sacramentorum commoda, quàm litium studiosi aucupentur causas, quibus ex industria dissideant. M

VICTORIS EPISTOLA EPISCOpis Africanis scripta.

A

VICTOR Romanæ ecclesiæ & vrbis Archiepiscopus, vniuersis episcopis per Africam constitutis, in domino salutem. Semper enim in æterno consilio dei mansit, humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per dominum Iesum Christum temporaliter gerendarum, dispositione diuini verbi sumpsit exordium. Quapropter oportet vos fratres vnanimes esse & adminiculum vicissim ferre: in recta ergo fide, & in sacramentis diuinis non discrepare, sed concordes esse: quia licet pauci sitis, malorum comparatione, si tamen concordes fueritis, facile auxiliante domino vestros insidiatores superabitis: si vero discordes, quod absit, fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad nostram sedem aliquos vestrûm nocere fratres velle, & vt cadant decertare, similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri: à quibus dissensionibus vos auertere & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ cōmunione vos pellere non dubitetis. Nec adtenditis charissimi, qualiter dominus talibus per Esaiā prophetam cōminatus est, dicens: Dominus enim loquut⁹ est verbū hoc: luxit & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ, & terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia trāsgressi sunt leges, mutauerūt ius, dissipauerunt fœdus sempiternū. Propter hoc maledictio vorabit terrā, & peccabunt habitatores eius. Ideoq; insaniēt cultores eius & relinquētur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabātur corde. Cessauit gaudiū tympanorū, quieuit sonus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introëunte, clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, & translatum est gaudium terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, & in medio populorum. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remāserunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam atq; laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus hinnient de mari. Propter hæc in doctrinis glorificate dominum, in insulis nomen domini dei Israël. Et dominus in oratione quam discipulos suos docuit orare ait: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. In bonis & iustis hominibus sanctificatur nomen domini, & in malis blasphemat̄. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum. Nullis vero liceat doctrinam euangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Data Calend. Septemb. Laterano & Rufino XIIII. VV. CC. COSS.

B C D E

Esaiæ.24 Matth.6. Matth.5.

IN ZEPHYRINI EPISTOLAM ARGVMENtum per Io. Sichardum.

F

IN legibus non solum ueteribus, sed & nostratibus cautum est, ne quicquam nobis aut in rem, aut in dignitatem hominis permittamus liberius, prius quàm sit iudicio de his pronunciatum. Et cum in primis hoc sit legum ingenium, ut uno ore omnibus loquantur, erant qui Christianis hoc negari contenderent, tanquam his quos, cum nouam & in speciem ridiculam religionem inuecherent, merito suo dij homines q; odissent. Atq; ob id à nummariis quibusdam iudicibus, prædæ inhiantibus, conductitij quidam accusatores, & circunforanei allegabantur, qui simul atq; in uulgus absurdum aliquod commentum, domi per insidias cōfictum, sparsissent delatabantur, in eorum fortunas mox fiebat impetus, qui non modo criminum non feruant conuicti, sed ne litis Christianis, quidem esset dies denunciata. Appellat Zephyrinus leges diuinas ac humanas, quibus tanquam uinculis cum publica tranquillitas confirmetur, non licere ait, ut eiiciantur malis modis, mulctentur fortunis, coniiciantur in carceres, quales quales fuerint professione, nisi de criminibus iam ante constiterit. Et quia tot essent ubiq; paratæ insidiæ presbyteris etiam innocentibus & eruditis, facile suspicans quid demum esset futurum de indoctis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

actis,& quorum uita ratio non constaret, admonet idem ut in electione nouorum presbyterorum sint circunspecti,adhibeantq; iudicium,ne parum eruditos huc loci prouehant,aut indignos. Vellem equidem uel serò paterentur sibi episcopi nostræ tempestatis persuaderi,ut aduigilarent quoad fieri posset,ne sine delectu obuiũ quenq; in presbyterorum numerum referrent,quibus,dicam libere, cum debemus optimarum quarumq; rerũ interitum,tum & ipsi episcopi contemptũ,durius hoc fortassis est,at uerum,in quem,dum gratiosi student uideri & clementes nimium,inciderunt. Quod ergo pro temporis ratione à Zephyrino de eruditione & uitæ innocentia est dictum,quid prohibet quo minus nostri seculi rationem considerãtes,de numero statuatur? Quis enim non uidet ministrorum numerum:hoc enim est eorum nomen in sacris receptum, propemodum creuisse ultra eorum numerum quibus inseruire debebant. At hic interim usquaqueo nihil est uidere seruile,ut ipsis sint aliquando tyrannis nocentiores,mentiar uero nisi satis hoc ille status rerũ per se clamet. Olim multitudo principum Cariam,hodie sacrificulorum indoctorum,totum ferme orbem in bella coniecerat,à quibus ita nos asseruit bonus quidam genius,ut uideatur de integro capitalius exoritura,nisi tandem episcopi hoc esse incipiant, quod nomine præ se ferunt.

ZEPHYRINI EPISTOLA DE PATIENTIA CATHOLICA.

EPHYRINVS Romanæ vrbis archiepiscopus, omnibus fratribus per Aegyptum in domino militantibus,salutem. Tantam à domino huius sanctæ sedis & apostolicæ ecclesiæ fundatore, & à beato Petro principe apostolorum,accepimus fiduciam,vt pro vniuersali,Christi sanguine redempta ecclesia,impigro laboremus affectu,& omnibus domino famulantibus succurramus,& cunctis pie viuentibus apostolica authoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt pie viuere, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria,& despiciantur tanquam stulti & insani,vt meliores & purgatiores efficiantur,qui temporalia bona perdunt, vt percipiant æterna. Eorum vero despectio & irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt,& contumeliis afficiunt, cũ & abundantia eorum in egestatem,& superbia transierit in cõfusionem. Nunciatum est enim nobis per apocrysiarios vestros,quosdam fratrum nostrorum,episcoporum videlicet,ab ecclesiis & sedibus propriis pelli, suaq; ab eis auferri supellectilia, & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari,quod omni ratione caret,cum statuta apostolorum, eorumq; successorum, & præcepta imperatorum,ac constitutiones legum idipsum prohibeant,& apostolicæ sedis authoritas idipsum fieri nolit. Præceptum est ergo in antiquis statutis,episcopos electos atq; suis rebus expoliatos in ecclesiis propriis recipi, & primo sua omnia eis reddi, & demum si quis eos iuste accusare voluerit,æquo periculo facere:Iudices esse decernentes episcopos recta sapientes,& in ecclesia conuenientes,vbi testes essent singulorum qui oppressi videbantur, nec prius eos respondere debere, quàm omnia sua eis & ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum fratres,si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum dominum nostrum,vsq; ad mortem sint persequuti:ipse tamen persequutiones patiẽter portandæ sunt, vt eius discipuli esse cognoscamini,pro quo & patimini. Vnde & ipse ait:Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. His suffulti suffragiis non multum debemus timere obprobrium hominum, neq; eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nos dominus iubet, per Esaiam prophetam dicens:Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere obprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Considerantes quod in psalmo scriptum est:Nónne deus requiret ista?ipse enim nouit abscondita cordis,& cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autem loquuti sunt vnusquisq; ad proximum suum,labia dolosa,& in corde loquuti sunt mala,sed disperdet deus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam. Qui dixerunt labia nostra à nobis sunt,quis noster est dominus?Nam si hæc in Memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim propter probabilem & paternam doctrinam hoc faciunt, sed vt suam exerceant in seruos dei vindictam. Scriptum est namq;:Via stulti recta in oculis eius, & sunt viæ quæ videntur homini iustæ,nouissima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim qui hæc patimur iudicio dei,hæc reseruare debemus, qui reddet vnicuiq; secundum opera eius, qui etiam

Accusandi, sunt in integrũ restituẽdi.

March.5.

Esaiæ.51.

Psalm.43.

Prouerb.12.

qui etiam per ministros suos intonuit dicens: Mihi vindictam,ego retribuam. Vos enim in recta fide & operibus, bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis à supplemento fratri subtrahat manum,quoniam in hoc,ait dominus, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vnde & ipse per prophetam loquitur dicẽs: Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Spiritali dico habitaculo, & concordia quæ in deo est & vnitate fidei, huius delectabilis secundum veritatem inhabitaculi, qui videlicet in Aaron magis decorabatur, atq; sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut vnguentum super caput principalem intellectum irrigans, & vsq; ad ipsam extremam scientiã deducens. In hoc enim habitaculo benedictionis æternam vitam promisit dominus. Huius igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam syllabam exposuimus,nostra propter charitatem minine quærentes,aut quæsituri,non enim detrahentibus bonum est detrahere,aut palo,secundum vulgarem fabulam, excutere palum. Absit,non sunt nostra ista,hæc enim auertat diuinitas. Iusto iudicio dei plerunq; datur peccatoribus potestas,qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu dei iuuantur & aguntur, fiant per laborem exercitia clariores,ipsis tamen qui eos persequuntur,atq; detrahunt,erit proculdubio,vę vę illis qui detrahunt seruis dei, quia detractio eorum ad eum pertinet,cuius ministerium agunt & vice funguntur. Oramus autem,ostium circunstantię,qui neminem perire,aut labiis suis pollui volumus,eorum moribus imponi,& verbum minime nociuum concipere,nec ore proferre. Vnde & dominus per prophetam loquitur,dicens:Dixi custodiam vias meas vt nõ delinquam in lingua mea. Dominus omnipotens,& huius vnigenitus filius,& saluator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, quibuscunq; tribulationum molestiis laborantibus,viribus quibus potestis succurratis, & eorum, vt dignum est, iniurias,vestras æstimetis,maximum adminiculum eis verbis & factis præbeatis, vt eius discipuli inueniamini veri,qui fratres vt se,omnibus diligere præcepit. Ordinationes vero presbyterorum & leuitarum tempore congruo, & multis coram astantibus solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus constituite, vt de eorum societate & adiumento plurimum gaudeatis. Ponite indesinenter corda vestra in virtute dei, & enarrate hæc & cætera diuina verba in progenies alteras,quoniam hic est deus noster in æternum, & ipse reget nos in secula. DATA VIII. CALEND. NOVEMB. Saturnino & Gallicano CC.

Ioan.13

Psalm.38

IN VRBANI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

IN hunc usq; diem fuere Christianis inter se omnia communia,eo modo quem Acta apostolorum præscribunt, nempe ut uendentes agros ac possessiones, id precij quod ex rebus diuenditis conflauerant, pro se quisque in medium proferret,ne esset uspiam gentium quod cogitationes Christo per omnia destinatas auerteret. Ausus est Vrbanus,quàm feliciter ipse uiderit,nonnihil immutare hic, id tamen quod existimauit bono futurum Christianis,& non precium agrorum in communem usum,ut solitum est fieri,deferri,sed agros ipsos satius putat incorporari,hoc enim uerbo utar, ecclesiis, ut non solum diurnos ex his caperent fructus, sed & contra ingruentem rerum penuriam,quod fortè poterat accidere,essent annuo prouentu securi. Episcopos autem tanquam patresfamilias constituerunt,qui diuiderent ea quæ annuò prouenirent pro cuiusq; usu. Hic, ut opinor,non est difficile coniectatu,qui factum fuerit ut sensim ueteri obliterato more,omnia illa apud paucos quosdam subsederint,atque eiusmodi plerunque ad quos si recte agerentur omnia,ne quidem eorum minima portio peruenire debebat. Apparet & hic,nisi fallor,ratio,quæ spes fiat posse quædam longe lateq; à ueteri instituto delapsa,reuocari ad frugem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VRBANI EPISTOLA DE RE- G
rum communione.

VRBANVS Episcopus,omnibus Christianis in sanctificatione spiritus in obedientiam & aspersionem sanguinis Christi,salutem . Decet omnes Christianos,charissimi,vt eum imitentur cuius nomen sortiti sunt.Quid prodest,fratres mei,ait apostolus Iacobus,si fidem quis dicat se habere,opera autem non habeat?Nolite plures magistri fieri fratres mei,scientes,quoniam maius iudicium sumpturi simus: in multis H
Iacobi.3. enim offendimus omnes.Qui sapiens & disciplinatus est inter vos,ostendat ex bona conuersatione operam suam in mansuetudine sapientiæ.Scimus vos non ignorare quia hactenus vita communis inter bonos Christianos viguit,
Acto.4. & adhuc gratia dei viget,& maxime inter eos qui in sorte dei sunt electi,id est clericos, sicut in actibus legitur apostolorum : Multitudinis autem credentium erat cor & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat,aliquid suum esse dicebat,sed erant illis omnia communia, & virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini,& gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant , vendentes afferebant precia eorum quæ vende- I
bant,& ponebant ante pedes apostolorũ.Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Ioses autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis,quod est interpretatum, filius consolationis,Leuites,Cyprius genere,cum haberet agrum,vendidit illum,& attulit precium,& posuit ante pedes apostoli,& reliqua.Videntes autẽ sacerdotes summi,& alij,atq; leuitę,& reliqui confideles,plus vtilitatis posse afferre,si hæreditates & agros quos vendebant, ecclesiis, quibus præsidebant episcopi,traderent,eo quod ex sumptibus eorũ,tam præsentibus q̃ futuris temporibus,plura & elegantiora possent ministrare fidelibus,communem vitam ducentibus, quàm ex precio ipsorum,cœperunt prædia & agros,quos vendere solebant,matricibus eccle- siis tradere,& ex sumptibus eorum viuere.Ipsæ vero res in ditione singularum parœciarum K
Episcopi dispensatores erant rerum cõmunium. episcoporum,qui locum tenent apostolorum, erant & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi & fideles dispensatores eorum, omnibus communẽ vitam degere volentibus,ministrare cuncta necessaria debent,prout melius potuerint,vt nemo in eis egens inueniatur. Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur,quia domino offe runtur. Non ergo debent in aliis vsibus quàm ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum,vel indigentiũ conuerti,quia vota sunt fidelium,& precia peccatorum,ac patrimo-
Res ecclesiarũ quo de beãt insumi. nia pauperum,atq; ad prædictum opus explendũ domino tradita.Si quis aũt,quod absit,secus egerit,videat ne damnationem Ananiæ & Sapphiræ percipiat,vt reus sacrilegij efficiatur,si-
Acto.5. cut illi fuerunt,qui precia prædictarum rerum fraudabant,de quibus legitur in Apostolorum actibus:Vir autem quidã nomine Ananias,cum Sapphira vxore sua,vendidit agrum & frau- L
dauit de precio agri,conscia vxore sua,& afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.Dixit autem Petrus Ananiæ: Cur tentauit satanas cor tuum mentiri spiritui sancto,& fraudare de precio agri ? Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? non es mentitus hominibus,sed deo.Audiens autem Ananias hæc verba,cecidit & expirauit, & factus est timor magnus in omnes qui audierant.Surgentes autem iuuenes amouerunt eũ, & efferentes sepelierunt . Factum est quasi horarum trium spacium , & vxor ipsius nesciens quod factum fuerat,introiuit.Respondit autem ei Petrus: Dic mihi,si tanti agrum vendidi- stis?At illa dixit:Etiam,tanti.Petrus autem ad eam: Quid vtiq; conuenit vobis tentare spiri- M
tum domini?Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium,& efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius & expirauit.Intrãtes autem iuuenes,inuenerunt illam mortuam, & extulerunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in vniuersam ecclesiam,& in omnes qui audiebant hæc.Hæc fratres valde cauenda sunt & timenda,quia res ecclesiæ nõ quasi propriæ,sed vt communes,& domino oblatæ,cum summo timore non in alios quàm in prę- fatos vsus sunt fideliter dispensandæ,ne sacrilegij reatum incurrant,qui eas inde abstrahunt quò traditæ sunt,ne pœnam & mortẽ Ananiæ & Sapphiræ incurrant. Et quod peius est,anathema maranatha fiant,& si non corpore vt Ananias & Sapphira,qui mortui ceciderũt,anima tamen quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium cadat, & in profundum

A fundum barathri labatur. Vnde attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius vsurpationis contumelia depellenda, ne prædia vsibus decretorum cœlestium dicata , à quibusquam inruentibus vexentur . Quod si quis fecerit, post debitæ vltionis sacrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est,perpetua damnetur infamia,& infernali carceri tradatur,aut exilio perpetuæ deportationis vratur: quoniam iuxta Apostolum, tradere oportet 1.Cor.5.
huiusmodi hominem satanæ,vt spiritus saluus sit in die domini. Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum ecclesiæ , quibus episcopi præsident , domino adminiculante creuerunt,& in tantis maxima pars earum abundat rebus,vt nullus sit in eis commuuem vitam agens indigens , sed omnia necessaria ab Episcopo , suisq; ministris percipit . Ideo si ali-
B quis extiterit,modernis aut futuris temporibus, qui hoc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur de sede episcopi.Quod autem sedes in episcoporum ecclesiis excelsæ constitutæ & præparatæ inueniuntur in throno,speculationem & potestatẽ iudicandi & soluendi atq; ligandi,à domino sibi datam materiem docent. Vnde ipse saluator in euangelio ait : Quæcunq; ligaueritis super terram , erunt ligata & in cœlo.Et alibi : Accipite spiritum sanctum, Episcoporũ sedes quia altiores sunt admoneant eos speculæ.
quorum remiseritis peccata,remittuntur eis,& quorum retinueritis, retenta erunt . Ideo ista prætulimus charissimi,vt intelligatis potestatem episcoporum vestrorum,in eisq; dominum veneremini,& eos vt animas vestras diligatis: & quibus illi non communicant , non communicetis: & quos eiicerint , non recipiatis . Valde enim timenda est sententia episcopi , li-
C cet iniuste liget aliquem,quod tamen summopere præuidere debet.Vos autem hortantes monemus omnes qui Christianitatem suscepistis,& à Christo vocabulum Christianum suscepistis,ne in aliquo christianitatem vestram irritam faciatis, sed desponsionem, quam domino in baptismo feciſtis,firmiter teneatis,ne reprobi,sed condigni coram eo inueniamini.Et quicunq; vestrũm communem vitam susceptam habet,& vouit se nihil proprium habere,videat Votũ paupertatis hinc habet à presbyteris originẽ
ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod domino est pollicitus, fideliter custodiat,ne damnationem,sed præmium sibi adquirat:quoniam satius est non vouere, quàm votum prout melius potest,non perficere: grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt,aut fi-
dem perceperunt,& votum non perfecerunt,aut male vitam finierunt,quàm illi qui sine vo-
D to aut fide mortui sunt,& tamen bona egerunt opera.Ad hoc enim sensum rationabilem naturæ munere & secundum natiuitatis reparationem suscepimus , vt secundum Apostolum, Coloss.3.
magis quæ sursum sunt sapiamus,non quæ super terram,quia sapientia huius mundi, stultitia est apud deum.Quid autem suadet,charissimi,sapientia huius seculi,nisi nocitura quærere,& Sapientia carnis.
amare peritura,negligere salutaria,pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem commendat, de qua dicitur,radix omnium malorum est cupiditas,quæ in primis hoc malum habet, quod dum ingerit transitoria,abscondit æterna,& dum foris posita conspicit, intra se latentia non introspicit,& dum aliena quærit,sectatori suo semetipsum reddit alienum. Ecce quid suadet seculi sapientia?viuere in delitiis.Vnde dicitur: Vidua quæ in delitiis est, viuens mortua est. 1.Tim.5.
E Suadet ergo mollissimis suauitatibus,peccatis,vitiis,& flammis nutrire carnem, cibi & vini intemperantia animam premere, ac vitam spiritus intercludere, & contra se hosti suo de se gladium ministrare.Ecce quid suadet seculi sapientia?vt qui boni facti sunt,mali esse malint, & per errorem mentis, fieri etiam studeant peccatores, & non cogitant illam terribilem dei vocem,cum exurentur peccatores sicut fœnum . Omnes enim fideles per manus impositionem episcoporum,spiritum sanctum post baptismum accipere debẽt, vt pleni Christiani inueniantur.De spiritu sancto accipimus vt spiritales efficiamur, quia animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei,quia cum spiritus sanctus infunditur,cor fidele ad prudentiam, ad constantiam dilatatur. De spiritu sancto accipimus, vt sapiamus inter bonum malumq; discernere,iusta diligere,iniusta respuere, vt malitiæ ac superbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac
F diuersis illecebris,& fœdis indignisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus, vt amore & gloriæ ardore succensi,erigere è terrenis mẽtem ad superna & diuina valeamus.

DATA NONIS SEPTEMB. Antonio & Alexandro VV. CC. COSS.

IN EPISTOLAM PONTIANI ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

PAcis cõmoda enumerat in hac epistola Pontianus,atque ad eam nos summo studio hortatur,eò quod angelorum hanc fuisse uocem in sacris legamus, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis,ut quam Christus uoluerit nobis unicè cõmendatam.Præterea de officio episcopi in fine pauca quædam dicit,quæ abunde declarant,q̃ sint alia ingressi uia ueteres illi & germani pontifices,atq; nostri.

Pon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PONTIANI EPISTOLA catholica.

PONTIANVS ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, omnibus recte deum colentibus,& diuinum cultum amantibus, ſalutem. Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc verba,chariſſimi,non hominum ſunt,ſed angelorum,& non humano ſenſu excogitata,ſed ab angelis in ortu ſaluatoris adnunciata.Quibus indubitanter ab omnibus intelligi poteſt, quod non malæ voluntatis, ſed hominibus bonæ, pax ſit à domino data. Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: Quàm bonus deus Iſraël, his qui recto ſunt corde.Mei autem penè moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei,quia æmulatus ſum contra iniquos pacem impiorum videns.De bonis vero ipſa per ſe veritas ait: Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt.Mundi enim non ſunt corde,qui mala cogitant,aut nociua aduerſus fratres ſuos,quia nihil mali vult qui fidelis eſt. Fidelis ergo homo magis amat audire quæ oportet,quàm dicere quæ non oportet.Et ſi quis fidelis eſt, videat ne maleloquatur,aut cuiquam inſidias ponat. In hoc ergo diſcernuntur filij dei, & filij diaboli: filij namq; dei,ſemper cogitant & agere contendunt quæ dei ſunt, & fratres indefinenter adiuuant, & nulli nocere volunt: & filij diaboli econtra mala & nociua ſemper meditantur, quia opera eorum mala ſunt.De quibus loquitur dominus per Hieremiam prophetam,dicens: Loquere iudicia mea cum eis ſuper omni malitia eorum,propterea iudicio adhuc vobiſcum, ait dominus,& cum filiis veſtris diſceptabo. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.Hæc,fratres,valde ſunt timenda,& ab omnibus cauēda, quoniam ſuper quem iudicium dei ceciderit,non exiet impunitus. Et ideo vnuſquiſq; præuideat, ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipſe pati noluerit, & nec in ſuſpicionem veniat homo fidelis,vt dicat aut faciat ea quæ pati non vult.Vnde ſuſpectos aut inimicos, aut facile litigātes, & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem accuſatores, & anteceſſores noſtri apoſtolica repulerunt autoritate, & nos ſubmouemus,atque temporibus futuris excludimus,ne libenter labi poſſint, quos nos tenere & ſaluare debemus,ne,quod abſit,prædictum dei iudicium, non tantum ſuper vtroſq; veniat,ſed nos eorum vitio, quod deus auertat, pereamus. Scriptum eſt enim: Rectorem te poſuerunt,curam illorum habe,vt lxteris propter illos,& ornamentum gratiæ accipias,coronam,& dignationem conſequaris correctionis:verbum enim nequam immutabit cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix eſt aſſidua lingua.Pro talibus prædicti vitandi admodum ſunt,& priuſquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones,& ab eis alieni inueniantur,non ſunt ſuſcipiendi:quoniam ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis,& diſcedere ab omni iniquitate:beneplacitum eſt domino recedere ab omni iniquitate,& laudatio,recedere ab iniuſtitia. Quoniam ſcriptum eſt:Dilige proximum,& cōiūge fidem cum illo,quoniam ſi denudaueris abſconſa illius, non proſequēris poſt eum.Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui,Et ſicut qui dimittit auem de manu ſua,ſic qui dereliquiſti proximum tuum,& non eum. capies.Non illum ſequaris,quoniam longe abeſt:effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniā vulnerata eſt anima illius. Vltra eum non poteris colligare, & maledicta eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infidelis. Annuens oculo fabricat iniqua,& nemo eum abiiciet. In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur.Nouiſſime autem peruertet os ſuum,& in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa audiui,& non cœquaui ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadit, & plaga doloſi diuidet vulnera. Qui fodit foueam, decidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendit in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde aduenat illi.Illuſio & improperium ſuperborum & vindicta, ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu iuſtorum: dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia, & vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, à deo inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo

Luc.2.
Pſal.72.
Matth.5.
Hier.18
Eccl.32
Eccl.27
Eccl.27
Eccl.28

mo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homini ſeruat iram, & à deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe dum caro ſit, ſeruat iram, & propitiationem petit à domino? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari, tabitudo enim & mors imminent in mandatis. Memorare timorem domini, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti altiſſimi,& deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te à lite,& minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos,& in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſyluæ,ſic ignis exardeſcet,& ſecundum virtutem eius hominis iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam.Certamen feſtinatum incendit ignem,& lis feſtinans effundit ſanguinem,& lingua teſtificans adducet mortem. Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit, & ſi ſpueris ſuper illam extinguetur,& vtraq; ex ore proficiſcuntur.Suſurro & bilinguis maledictus,multos enim turbauit pacem habentes.Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem.Ciuitates munitas diuitum deſtruxit,& domos magnatorum effodit.Virtutes populorum concidit,& gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres †vira- †vnitas
tas eiecit,& priuauit illas de laboribus ſuis. Qui reſpicit illam non habebit requiem, nec habebit cum quo requieſcat.Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuit oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij,ſed non ſic quomodo qui interierit per linguam ſuam.Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, & qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non adtraxit iugum eius,& vinculis illius non eſt ligatus,iugum enim illius iugum ferreum.Quia & vinculum illius vinculum æreum eſt,mors illius mors nequiſſima,& vtilis potius infernus quàm illa. Perſeuerantia illius nō permanebit ſed obtinebit vias iniuſtorū,& flamma ſua non comburet iuſtos.Qui derelinquunt deū incidunt in illam,& exardeſcet in illis,& nō extinguetur, & immittetur in illos,quaſi leo,& quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo fac oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum conflа,& verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & adtende ne fortè labaris in lingua tua,& cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ diſperdet te.Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis,nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via,ſic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via dei,& in veritate ſenſus tui & ſcientia, & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum vt intelligas,& cum ſapientia fer reſponſum verum. Si eſt tibi intellectus,reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris.Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua imprudentis ſubuerſio ipſius.Non appelleris ſuſurro,& in lingua tua ne capiaris,& confundaris, ſuper furem enim confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odium & inimicitia & contumelia,iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter.Noli fieri pro amico inimicus proximo,improperium enim & contumeliam malus hæreditabit,& omnis peccator inuidus & bilinguis. Non extollas te in cogitatione animæ tuæ ſicut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam,& folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum,& deducet in ſortem impiorū.Chariſſimi oppreſſos erigere ſtudete,& neceſſe habentes ſemper adiuuare:quoniam qui fratrem derelictum leuat,adprehenſum eripit,mœrentem conſolatur,ab illo ſibi retribui cui totum impendit non dubitet,qui ait: Quod vni ex Matth.25
minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Talia enim bana indefinenter agere ſtudete, vt fructum boni operis & hic cōſequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatenus cœleſtis regni aulam introire poſtea mereamini. DATA III. CALEND. MAII. Seuero & Quintiano VV.CC. COSS.

IN ANTHERI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

QVemadmodū nō eſt ſitum in cuiuſuis poteſtate,ſeipſum ultro pro epiſcopo eccleſiis obtrudere, ita ſi uitæ ſanctimonia,& eruditionis adiumento, demum populi ſuffragiis fretus quiſpiam in hunc locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum peruenerit,non poterit,integra saltem officij semel susceptí dignitate, statione ista ueluti deserta, miseriarum satietate,aut amplioris spe lucri solicitatus,aliam ambire ecclesiam,nisi id publicæ utilitatis ratio,cui tota episcopum uita seruire debet, suaserit. Quæ si adparet re ipsa,non modo abitionis donanda erit gratia,ucrumetiam nostrapte uoluntate,si uel nullum ea de re præceptum Euangelij extaret,id agere debemus, ut si nos feliciter iam in Christo adoleuerimus,eum per quem in tantum profecerimus cognitionis profectũ, æquissimis animis patiamur aliò etiam properare,præsertim si causa sit,cur speremus,non uulgare alibi posse eius præsentiam operæprecium adferre:id est,ubi messis iamiam maturescens,plena spei,manus operariorum nobis desiderare uideatur.Eius enim rei non desunt exempla grauissimorum uirorum, quandoquidem inter omnes constat,D.Petrum ab Antiochia,cui annis aliquot egregiam operam nauasse uisus sibi erat,Romam iter instituisse,ut & isthic pro uirili sua aliquot Christo lucrificaret. H

ANTHERI EPISTOLA DE TRANSlatione episcoporum.

CHARISSIMIS atq; dilectissimis fratribus per Beticam atque Toletanam prouincias episcopis cõstitutis,Antherus episcopus in domino salutẽ. Optarem fratres charissimi semper dilectionis & pacis uestræ synceritatis gaudia audire, ita vt vicissim discurrentibus literis, sospitatis indicia iuuarentur, si quietos nos ab incursione sua uacare hostis antiquus sineret,qui ab initio mendax,inimicus ueritatis,æmulus hominis,quem vt deciperet,se antè decepit,pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister,crudelitate pascitur,abstinetia punitur, odit ieiunia, ministris suis prædicantibus quædam superflua,spem non habentibus de futuris,apostoli sen- I
1.Cor.15. tentia repercussit dicentis: Manducemus & bibemus,cras enim moriemur. O infelix audacia,ô desperata mentis astutia:ipse enim hortatur odia,& fugat cõcordiam, & quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volens magis per spatiosam uiam ambu- K
lare,quàm arctæ uiæ iter cum labore transire. Quare fratres dilectissimi sectamini meliora, & semper relinquite deteriora,bona agite,mala uitate, vt veri discipuli domini esse inuenia mini. De mutatione ergo episcoporum, vnde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis,scitote eam communi vtilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut
Petrus ab antiochia trãslatus Romã est. dominatione.Petrus sanctus magister & princeps apostolorum,de Antiochia vtilitatis causa trãslatus est Romam,vt ibidem potius proficere posset.Eusebius quoq; de quadã parua ciuitate, apostolica autoritate mutatus est Alexandriam.Similiter Felix, de ciuitate qua ordinatus erat,electione ciuium propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum,ac populorum consilio trãslatus est Ephesum. Non L
enim transit de ciuitate ad ciuitatẽ,qui non suo libitu aut ambitu hoc facit,sed vtilitate quadam aut necessitate,aliorũ hortatu & consilio potiorum transfertur.Nec transfertur de mipria sede pulsus,aut necessitate coactus,aut vtilitate loci,aut populi,non superbe,sed humili-
Psalm.93. minus per prophetam loquitur,dicens:Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanę sunt.Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, nec mutat ciuitatem qui non sua sponte,sed consilio & electione aliorum mutatur.Non igitur migrat de ciuitate ad ciuitatem,qui non auaritiæ causa,non sponte dimittit suam,sed,vt iam dictum est,aut pulsus à sua, aut ne- M
cessitate coactus,aut electione & exhortatione sacerdotum & populorum trãslatus est ad alteram ciuitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes,sic quoties vtilitas aut necessitas expoposcerit, supradicto modo & mutare & inthronizare potestatẽ habẽt. Hæc vt petistis,licet vobis ignota nõ sint,tenenda man
Matth.23. damus,ne ignorantia quorundam,meliora & vtiliora vitentur,& inutiliora sumantur,sicut in sancto legitur euangelio:Væ vobis hypocritæ,quia decimatis mentam,& anethum,& cyminum,& reliquistis quæ grauiora sunt legis,iudicium,& misericordiam,& fidẽ.Hæc oportuit facere,& illa non omittere,duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes:
Exod.7. quod licet,non licet, & quod non licet, licet. Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt

A runt veritati,sic & illi mente reprobi,amantes voluptatem magis quàm deum,quod licet,do-
2.Tim.3. cent non licere,id est,episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem,prætaxato modo. Et quod non licet,docent licere,id est,misericordiam non agere circa patientes necessitatem. Hoc tamen eis qui episcopum nõ habent,& sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui, & episcopis persequutionem aut necessitatem patientibus,aliam cathedrã dari negant.Contradicunt etiã sacræ scripturę,quæ testatur mal-
Osee.6. le deum misericordiam quàm sacrificium. Quæ precor maior charitas, aut efficacius pietatis patrocinium potest à quoquam alicui impendi, quàm si ignorantiæ tenebras, & imperitiæ caliginem ab eo repellat:Demum vere fidei doctrinæ pabulo,non ad quæstum,non ad ambi-
B tionem,sed eruditionem,& ædificationem reficere:tanquam enim mutilo fit manus, claudo pes,oculus cæco,qui ignorantiæ tenebris obuoluto sapientiæ & scientiæ thesaurum reserat &
Osee.6. candorem lucis,viasq; domini benigniter aperit.Vtrisq; autem,id est,& famem verbi dei patientibus, & episcopis necessitatem quandam, quando inthronizantur propter communem vtilitatem in aliis ciuitatibus,non modica exhibetur misericordia.Negantes autem hæc,licet speciem habeant pietatis,virtutem tamen eius abnegant:nam in tali negotio prosapiam non agnosco.Si quis tamen sapientium,quos insipientibus tempestatis huius procella sociauit,aliis autoribus facinorum participatione maculatur, splendor sapientis etsi communionem criminum incurrit,nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia est quoque causa vtilita-
C tis & necessitatis,& alia auaritiæ & præsumptionis,atque propriæ voluntatis. Auaritiæ vero causa & præsumptionis,aut propriæ voluntatis,non sunt Episcopi mutandi de ciuitate ad ci-
Esaiæ.28. uitatem,sed vtilitatis & necessitatis,quod nemo negat,nisi hi de quibus scriptum est:Errauerunt in ebrietate,nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Nam si enarrando conarer aperire transacta, ostenderem vobis nullum euenire solatium de comparatione factorum. Cæterum state charissimi super vias,aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis & videte quæ est bona & recta via,& ambulate in ea,& inuenietis requiem animabus vestris.
Sapien.1. Et vt iuxta Sapientiæ vocem dicamus:Diligite iustitiam qui iudicatis terram, sentite de do-
D mino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illũ, apparet aũt eis qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à deo,probata autem virtus corripit insipientes.Quoniam in maleuolam animam nõ introibit sapientia,nec habitabit in corpore subdito peccatis.Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis suis, quoniam renum illius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latêre, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonum autem
E illius auditio ad dominum veniet,& ad correptionem iniquitates illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione,quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, os quod mentitur occîdit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ,neq; adquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione viuorum.Creauit enim vt essent omnia,& sanabiles esse voluit nationes orbem terrarum.Non est in illis medicamentum exterminij, nec infero rum regnum in terra viuentium.Iustitia perpetua est & immortalis, iniustitia autem mortis est adquisitio.Impij autem manibus & verbis accersierunt illam,& æstimantes illam amicam
F defluxerunt,& sponsiones posuerunt ad illam,quoniam morte digni sunt qui sunt ex parte illius.Dixerunt enim apud se cogitantes non recte:Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ,& non est refrigerium in fine hominis,& nõ est qui agnitus sit reuersus ab inferis.Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus & flatus est in naribus nostris,& sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum.Quia extinctum est velut cinis cor nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aër. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula diffundetur, quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata. Et nominis nostri obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertetur. Propterea vni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuique præuidendum est,vt summopere se custodiat,& vtiliter se præuideat,vt cum dies extrema finisq; vitæ aduenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam. G
Facta enim subditorum iudicantur à nobis, nostra vero iudicantur à deo.Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi deprauantur,quatenus procliuius cadant qui sequuntur:capite langueſcente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt,his qui substantias aliorum,prædiaq; diripiunt. Caueat vnusquisque,ne aut linguam, aut aures habeat prurientes: id est,ne aut ipse aliis detrahat,aut alios audiat detra-
Psalm.49. hentes. Sedens,inquit,aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo,& aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c. Parcant singuli detractioni linguæ, custodientes sermones suos, & sciant,quia cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo in- H
uito auditori libenter refert officij ministerium:sic dilectissimi non solum oculos castos seruate,sed & linguam: nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per eos vnquam nouerit.Habeant omnes simplicitatem columbæ, ne cui machinentur dolos: & serpentis astutiam,ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis meæ neque mensuræ iudicare de cæteris, & de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Absit vt quicquam sinistrum de his loquar,qui apostolico gradu succedentes,Christi corpus sacro ore conficiunt,per quos nos etiam Christiani sumus,qui claues regni cœlorum habentes,ante iudicij deum iudicant.
Deute.17. Veteri quidem lege habetur,quicunque sacerdotibus non obtemperasset,aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contentum expiabant cruorem.Nunc I
vero inobediens spirituali animaduersione truncatur, aut eiectus de ecclesia rabido dæmonum ore decerpitur. Oportet enim, vt qui deum hæreditate possident, absque vllo impedi-
Sapien.12. mento seculi deo seruiant, vt dicere possint: Dominus pars hæreditatis meæ. O quàm bonus & suauis est spiritus tuus domine in omnibus: parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine qui animas amas. Ideóque hos qui errant ex partibus corripis, & de quibus peccant
Sapien.15. admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te domine. Tu autem deus noster suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia: etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam, & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati: spiritus timentium deum quærentur ab eo, & in respectu illius benedicen- K
tur. Quapropter fratres charissimi omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est spectet ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus.Et nolite contristari spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira,& indignatio, & clamor,& blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi,& ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit vos,& tradidit semetipsum pro nobis,oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia non nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed L
magis gratiarum actio.Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propterea enim venit ira dei in filios diffidentiæ: nolite ergo effici participes eorum.Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate.Fructus enim lucis est in omni bonitate,& iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo.Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere.Omnia aũt quæ arguuntur à lumine manifestantur,omne enim quod manifestatur lumen est:propter quod dicit,surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Christus.Videte itaq; fratres,quomodo M
caute ambuletis,non quasi insipientes,sed vt sapientes,redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.Propterea nolite fieri imprudentes,sed intelligentes quæ sit voluntas dei:& nolite inebriari vino,in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis,hymnis,& canticis spiritualibus,cantantes & psallentes in cordibus vestris domino,gratias agẽtes semper pro omnib⁹,in nomine domini nostri Iesu Christi,deo & patri,subiecti inuicem in timore Christi. State itaq; fratres,& tenete traditiones apostolorũ & apostolicæ sedis, vt dominus noster Iesus Christus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & in sermone bono.De cætero fratres orate pro nobis vt sermo domini currat & clarificetur

A ficetur sicut & apud vos,& vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides.Fidelis autem deus est qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Quapropter ponite indesinenter corda vestra in virtute dei,& resistite semper malis,& enarrate hæc,iuxta vocem prophetæ,in progenies alteras,quoniam hic est deus deus noster in æternum,& ipse reget nos in secula. Vnde vos qui in specula à domino estis constituti, comprimere & repellere eos summopere debetis,qui fratribus insidias præparant,aut in eos seditiones,& scandala excitant: facile est enim hominem verbo fallere, sed non dominum. Ideo hos reprehendere, & ab his vos auertere oportet, quatenus extincta funditus huiusmodi caligine Lucifer eis resplendeat,& lætitia oriatur in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis fra-
B tres in domino, quoniam quæ præcepimus & facitis,& facietis. Quanto enim beneficia vestra his amplius exhibetis,tanto maiorem vicissitudinem ab omnipotenti deo, cui seruiunt, expectatis.Omnipotens deus sua vos protectione custodiat, honoremq; præceptumq; seruare concedat,& gloria honorq; deo patri omnipotenti, eiusq; vnigenito filio saluatori nostro cum spiritu sancto sit in secula seculorum,Amen.

IN EVTYCHIANI EPISTOLAM ARGVMENTVM PER IOAN. SICHARDVM.

C

SVb Felice pontifice Rom.quem mox Eutychianus secutus est,orta est Manichæorum hæresis,nescio furiosior ne an stultior,de Christi diuinitate,& permixtione naturarum. In quos quantum est perexiguum illud uitæ tempus,quo præfuit Rom.ecclesiæ licitum, quod fuit,Eusebio teste. X.mensium, ita Eutychianus inuehitur,ut appareat hoc quæsisse maxime optimum uirum, ut abiecto pristino errore, ad unitatem ecclesiæ reuerterentur,docens quædam à Christo ita dici,ut uidcantur magis nostro captui adcõmodata, quàm quod ratio diuinitatis in eo ita tulerit.

D

EVTYCHIANI EPISTOLA BETICAE prouinciæ scripta.

E CHARISSIMIS fratribus Ioanni,& omnibus per Beticam prouinciam cõstitutis episcopis, Eutychianus episcopus in domino salutem. Hortatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere,& consultis tuis breuiter respondere. Et quamuis dilectionem tuam sciam ad omne opus bonum esse deuotam, vt tamen efficacior fiat,ad illos qui sanè non sapiunt, qualiter de incarnatione saluatoris nostri informare debeas,mandamus. Vnum igitur hoc im-
F mobile fundamentum,vna hæc felix fidei petra Petri ore confessa,Tu Matth.16.
es,inquit Christus,filius dei viui,tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ peruersitatis quæstiones & infidelitatis calumnię mouebuntur.Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit erga partus & corpus,postquam crux,mors,inferi,salus nostra est.Humani enim generis causa,dei filius natus ex virgine est & spiritu sancto,ipso sibi in hac operatione famulante,& sua,dei videlicet inumbrante virtute,corporis sibi initia conseuit,& exordia carnis instituit,vt homo factus ex virgine,naturam in se carnis acciperet,per quam huius admixtionis societatem,sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret.Et quemadmodum omnes in ipso per id quod corporeũ se voluit conderentur,ita rursum in omnes ipse per id quod eius inuisibile erat, †reformaret. Dei igitur imago inuisibilis,pudorem humani exor- †referretur
dij non recusauit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnesq; naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tanto dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis à deo ergo originis vnus vnigenitus deus, in corporis humani formam sanctæ virginis vtero insertus,adcreuit:qui omnia continet,intra quem,& per quem cuncta sunt,humani partus lege profertur:ad cuius vocem archãgeli tremunt,cœlũ & terra, & omnia huius mundi resoluuntur elementa. Vagitus infantiæ auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est,non visu,sensu, tactuq; moderandus, cunis est obuolutus. Hæc si quis indigna

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo recolit,tanto se maioris officij obnoxium confitetur,quanto minus hæc dei conuenerunt G
maiestati.Num ille indiguit homo effici,per quem homo factus est?sed nos eguimus, vt deus
caro fieret,& habitaret in nobis:id est,assumptione carnis, vnus interna vniuersæ carnis in-
Humilitas Christi nostra nobilitas est. coleret:humilitas eius nostra nobilitas est: contumelia eius,honor noster . Quod ille deus in
carne consistit,hoc nos vicissim in deum ex carne renouati:nam is planè vitam suam nescit,
qui Christum Iesum vt verum deum,ita & verum hominem ignorat:& eiusdem periculi est
Iesum Christum, vel spiritum sanctum deum,nõ credere, vel carnem nostri corporis dene-
gare.Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus,confitebor & ego eum coram patre
Matth.10 meo,qui in cœlis est.Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram
patre meo qui est in cœlis.Hæc verbum caro factum loquebatur,& homo Iesus Christus,do- H
minus maiestatis docebat.Mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & ipso illo in-
ter deum & hominem mediatoris sacramento vtrinque vnus existens , ex vnitis in idipsum
naturis.Naturæ vero vtriusque res eadem est,ita tamen vt neutra careret in vtroque, ne for
tè deus esse,homo nascendo desineret,& homo rursum deus manendo non esset.Hæc itaque
humanæ beatitudinis fides vera est,deum & hominem prædicare, verbum & carnem confi-
teri,neque deum nescire quod homo sit,neque carnem ignorare quod verbum sit.Natus igi-
tur vnigenitus deus ex virgine homo , & secundum plenitudinem temporum in semetipso
profuturus in deum hominem,hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit,vt se dei
filium credi doceret,& hominis filium prædicaret & admoneret , loquens & gerens homo I
quæ dei sunt, loquens & gerens deinde deus vniuersa quæ hominis sunt,ita tamen vt in ipso
illo vtriusq; generis sermone , nunquã nisi cum significatione & hominis loquutus & dei sit.
Hæc itaque fallendi simplices atque ignorantes,hæreticis occasio est,vt quæ ab eo secundum
hominem dicta sunt, dicta esse secundum diuinæ naturæ infirmitatem mentiantur . Et quia
vnus idem est loquens omnia , quæ loquitur de semetipso , omnia eum de diuinitate loquu-
tum esse contendant. Nec sanè negamus,totum illum, qui ei manet , naturæ suæ esse ser-
monem. Sed si Iesus Christus, & homo & deus,& neque cum homo sit, tum primum deus, neq;
tum cum & homo sit & deus,tum non etiam deus, neque per hominem in deo,non totus ho
mo,totus deus vnum atque idem est , necesse est dicatur eius sacramentum esse totius gene- K
ris.Et cum in eo secundum tempus discernis hominem à deo, dei tunc atque hominis discer
ne sermouem:& cum deum atq; hominem in tempore confiteris, dei atque hominis in tem-
pore dicta diiudica.Cum vero ex homine & deo rursum totius hominis, totius iam dei tem
pora intelligis, si quidem illud ad demonstrationem temporis dictum est, tempori coaptato
quæ dicta sunt, vt cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo & deus, aliud sit post ho
minem & deum, totus homo & totus deus, non confundas temporibus & generibus dispen
sationis sacramentum , cum pro qualitate generum, ac naturarum , alium cum sacramento
hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium etiam & non.
Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus gerens , & corporis nostri homo natus, secun- L
dum consuetudinem naturæ nostræ loquutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse quod
deus est.Nam etsi in partu, & passione, & morte, naturæ nostræ rem peregerit,res tamen om
nes virtute naturæ suæ gessit. Videsne ita deum & hominem prædicari,vt mors homini,deo
vero carnis excitatio deputetur?Non tamen vt alius sit qui mortuus est,& alius sit per quem
mortuus resurgit.Spoliata enim carne Christus est mortuus , & rursum Christum à mortuis
excitans,idem Christus carne se expolians . Naturam dei in virtute resurrectionis intellige,
dispensationem hominis in morte agnosce.Et cum sint vtraque suis gesta naturis,vnum ta-
men Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est . Hæc igitur demonstranda à me
paucis fuere , vt vtriusque naturæ formam tractari in domino Iesu Christo meminissemus: M
quia qui manens in forma dei,formam serui susceptt,ipse diuinitatẽ nequaquam amisit. Cæ-
Eccl.5 terum fratres hortamur vos,vt moneatis eos conuerti ad deum:vnde scriptum est:Fili non
tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem . Subitò enim veniet ira illius, &
in tempore vindictæ disperdet te.Noli anxius esse in diuitiis iniustis, nihil proderunt tibi in
die obductionis & vindictæ.Non ventiles te in omnem ventum,& non eas in omni via . Sic
enim peccator probatur duplici lingua.Esto firmus in via dei,& in veritate sensus tui & sci-
entia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.Esto mansuetus ad audiendum verbum dei,
vt intelligas,& cum sapientia proferes responsum verum.Si est tibi intellectus responde pro-
ximo:sin autem,sit manus tua super os tuum,ne capiaris in verbo indisciplinato, & confun-
daris.

A daris.Honor & gloria in sermone sensati,lingua imprudentis subuersio illius . Non appelle-
ris susurro,& lingua tua capiaris & confundaris.Super furem enim est confusio & pœniten-
tia,& denotatio pessima super bilinguem . Susurratori autem odium & inimicitia & contu-
melia,Iustifica pusillum,& magnum similiter.Noli fieri pro amico inimicus proximo,impro Eccl.6.
perium enim & contumeliam malus hæreditabit , & omnis peccator inuidus & bilinguis.
Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus ,ne fortè elidatur virtus tua per stul-
titiam , & folia tua comedat , & fructus tuos perdat , & relinquaris velut lignum aridum in
eremo.Anima enim nequam disperdit qui se habet,& in gaudium inimici dat illum,& dedu
cit in sortem impiorum.Talibus vos exhortationibus fratres vicissim monete,& bona sem-
B per sectamini, malàque vitate. Magnis enim studiis,secundum beatum apostolum,præcauen
dum est,ne fides & disciplina domini blasphemetur, etsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ
si cæterorum constet integritas , sola nocere non valeant , illa tamen sunt magnopere præ-
cauenda quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt . Et si ea ipsa quæ nullo detri-
mento aliquoties indulgenda creduntur , rerum temporumq; cogit intuitus , vel acceleratæ
prouisionis respectus accusat,quanto magis illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nec vlla ne-
cessitas,nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas?Idcirco fratres ista prætulimus,vt hæ spe
cies quas non licet offerri super altare iuxta constitutionem Apostolorum,eorumq; succesio-
rum,ad domum sacerdotum deferantur , & à sacerdotibus benedicantur, & per simplicem
C benedictionem benedicta demum populis sumantur.Fabæ tantum & vuæ, & cætera quæ A-
postoli constituerunt,super altare offerantur.Optamus igitur fratres charissimi,& totis om-
nipotentem dominum precibus exoramus , vt dilectionem vestram in amoris sui constan-
tiam faciat magis magisq; feruescere , atque in pace Ecclesiæ in vna vos concedat manere
concordia.Admonemus etiam fraternitatem vestram, vt in commissis vobis animabus,so-
lerter inuigiletis, animarumq; magis lucris, quàm commodis vitæ præsentis intendatis . In
continendis vero ac in disponendis rebus ecclesiasticis diligentes custodes existatis, vt om-
ni ex parte,susceptum vos condigne gessisse pastoris officium , venturus iudex cum ad iudi-
candum venerit,debeat approbare . Omnipotens autem deus sua vos protectione custodiat,
D honoremq; à domino vobis collatum,moribus seruare concedat, atque cum multiplici fru-
ctu animas vobis commissas ad pascua æterna adducere,& sibi condigne repræsentare adiu-
uet,vosq; inter sanctos & electos suos collocare dignetur. DATA pridie idus Aprilis,Au-
reliano & Marcello VV.CC. COSS.

IN CONSTANTINI IMPERAT. CONFESSIONEM ARGVMENTVM PER IO. SICHARDVM.

E

SVperuacaneum est hic , post tot egregios rerum sacrarum scriptores , admonere cuiusmodi antiquitus
fuerit confessio : tamen quod huius loci est, obiter uelut digito ostendam . Solebant enim & Imperato- Confessio.
res palàm testari sententiam suam, id quod ex Euangeliis agere iubemur . Qui enim, inquit Christus,
me confitebitur apud homines, & ego confitebor eum apud patrem meum,qui est in cœlis. Fiebant autem ab
Imperatoribus maiore adparatu, ut quo longius illud emanaret, hoc essent plures qui non dubitarent huic fi-
dei nomen dare , quam uidissent iam Imperatorem ipsum amplexum . Et quia in aliis tales ferè sumus , qua-
les uidemus principes qui rebus præsunt , fecit hic quoque illa de fide Christiana professio uulgo animum, ut
esse principibus quam simillimi uellent , impunitate præsertim iam data , & præeunte ipso Imperatore . Ita
F passim in antiquis bibliothecis licet uidere confessiones Iustiniani , Carli Magni , & Friderici tertij , qui- Carlus ma-
bus tanquam signo dato, ad fidem Christianam uocarentur, quibus per principum tyrannidem hoc non satis gnus.
tutò antea licebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONFESSIO CONSTANTINI Imperatoris.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris ſcilicet, & filij, & ſpiritus ſancti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus, in Chriſto Ieſu, vno ex eadem ſancta trinitate, ſaluatore domino deo noſtro, fidelis, manſuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Goticus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor, ac triumphator ſemper auguſtus, Sanctiſſimo ac beatiſſimo patri patrum Syluestro vrbis Romæ epiſcopo, atq; omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede beati Petri vſq; in finem ſeculi ſeſſuri ſunt pontificibus, necnõ & omnibus Reueren. & deo amabilibus catholicis epiſcopis eidẽ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, per hanc noſtrã Imperialem conſtitutionẽ ſubiectis, in vniuerſo orbe terrarũ, nunc & in poſterũ cunctis retro temporibus cõſtitutis, Gratia, pax, charitas, gaudiũ, longanimitas, miſericordia à deo patre omnipotẽte, & Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritu ſancto cũ omnibus vobis. Ea quæ ſaluator & redẽptor noſter dominus noſter Ieſus Chriſtus altiſſimi patris filius, per ſuos ſanctos apoſtolos Petrũ & Paulum, interueniente patre noſtro Syluestro ſummo põtifice, mirabiliter dignatus eſt, liquida narratione per huius noſtræ Imperialis inſtitutionis pagi nam, ad indaginẽ omnium populorũ, in vniuerſo orbe terrarũ, noſtra ſtuduit propagare manſuetiſſima ſerenitas. Primũ quidẽ fidem noſtrã, quã à præfato beatiſſimo patre & oratore noſtro Syluestro vniuerſali pontifice edocti ſumus, intima cordis cõfeſſione, ad inſtruendas omnium veſtrũm mentes, proferẽtes, & ita demum miſericordiã dei ſuper nos diffuſam annunciantes. Nos enim vos ſcire volumus, ſicut per anteriorẽ noſtram ſacram pragmaticã iuſſionem ſignificauimus, nos à culturis idolorũ, ſimulacris mutis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atq; ab omnibus ſatanæ pompis receſſiſſe, & ad integrã Chriſtianorũ fidem, quæ eſt vera lux, & vita perpetua, pueniſſe: credentes, iuxta id quod nos idẽ almificus ſummus pater & doctor noſter Syluester inſtruit pontifex, in deũ patrem omnipotentẽ, factorem cœli & terræ, viſibiliũ omnium & inuiſibiliũ, & in Ieſum Chriſtũ filium eius, vnicum dominũ noſtrum, per quẽ omnia facta ſunt, & in ſpiritũ ſanctum dominũ & viuificatorẽ vniuerſæ creaturæ: hoc eſt, patrem, & filiũ, & ſpiritũ ſanctum confitemur, ita vt in trinitate perfecta, & plenitudo ſit diuinitatis, & vnitas poteſtatis, pater deus, filius deus, & ſpiritus ſanctus deus, & tres vnũ ſunt in Chriſto Ieſu: tres itaq; formæ, ſed vna poteſtas. Nam deus ſemper ſapiens, edidit ex ſe per quod eſſent gignenda ſecula verbũ. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ verbo, vniuerſam ex nihilo formauit creaturã, cum eo erat, cuncta ſuo arcano cõponens myſterio. Igitur perfectis cœlorũ virtutibus, & vniuerſis terræ materiis, pio ſapientiæ ſuæ nutu, ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam primum de limo terræ fingens hominem, hunc in paradiſo poſuit voluptatis, quẽ antiquus ſerpens, & hoſtis inuidens diabolus, per amariſſimũ ligni vetiti guſtum, exulem ab eiſdem effecit gaudiis, eoq; expulſo non deſinit ſua venenoſa multis modis protelare iacula, aut à via veritatis humanũ abſtrahens genus, idolorũ culturæ, videlicet creaturæ & non creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per hoc eos quos ſuis voluerit irretire inſidiis, ſecum æterno afficiat cõcremandos ſupplicio. Sed deus noſter miſertus plaſmæ ſuæ, dirigens ſuos ſanctos prophetas, per quos lumẽ futurę vitæ ad aduentũ videlicet filij ſui domini dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians, miſit eundem filium ſuum vnigenitum, & ſapientiæ verbũ, qui deſcendens de cœlis, propter noſtrã ſalutem, natus de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. Deum perfectum, & hominẽ perfectum, vt deus, mirabilia perficiens, & vt homo, humanas paſſiones ſuſtinens: ita verum hominem, & verum deum, verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electiſq; duodecim apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruſcauit. Confitemur eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & impleſſe legem & prophetas, paſſum, crucifixum ſecundũ ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atq; ſedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra orthodoxa, à beatiſſimo patre noſtro Syluestro ſummo pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum, & diuerſas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere, ac prædicare, & in ſanctæ

ſanctæ trinitatis nomine baptiſmi gratiam conſequi, & dominum Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrũ, qui cũ patre & ſpiritu ſancto per infinita viuit & regnat ſecula, quẽ Syluester beatiſſimus noſter pontifex in vniuerſali prædicat, corde deuoto adorare. Ipſe enim dominus deus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos apoſtolos adviſitandũ nos, & lumẽ ſui ſplẽdoris infulſit nobis, & abſtractũ à tenebris, ad verã lucem & agnitionem veritatis me peruenire gratulamini. Nã dum valida ſqualloris lepra totã mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorum medicorũ conuenientium cura adhiberetur, nec vnius quidẽ promerui ſalutẽ. Ad hæc aduenerũt ſacerdotes Capitolij, dicentes mihi debere fieri fontẽ in Capitolio, & cõpleri hunc innocentiũ ſanguine calente, & in eo loco me poſſe mundari. Et ſecundum eorũ dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent ſacrilegi paganorũ ſacerdotes eos mactare, & ex eorũ ſanguine fontẽ repleri, cernens ſerenitas noſtra lachrymas matrũ eorũ, ilico exhorrui facinus, miſertuſq; eis, proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datisq; vehiculis, & donis conceſſis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadẽ igitur tranſacta die, nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tẽpus adueniſſet, adſunt apoſtoli, ſanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniã flagitiis poſuiſti terminum, & effuſionẽ ſanguinis innocentis horruiſti, miſſi ſumus à Chriſto domino deo noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſiliũ. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunq; indicamus tibi. Syluester epiſcopus ciuitatis ad montẽ Soracten perſequutiones tuas fugiens, in cauernis petrarũ cũ ſuis clericis latebras fouet, hunc cũ ad te adduxeris, ipſe tibi piſcinã pietatis oſtẽdat, in qua dum te tertio merſerit, omnis te valetudo iſta deſerat lepræ: quod cũ factum fuerit, hanc viciſſitudinẽ tuo ſaluatori compenſa. Te autem ipſum in hac parte purifica, vt relicta omni ſuperſtitione idolorũ, deum viuũ verum, qui ſolus eſt & verus, adores & excolas, & ad eius voluntatẽ attingas. Exurgens igitur à ſomno protinus iuxta id quod à ſanctis apoſtolis admonitus ſum peregi, aduocatoq; eodẽ præcipuo & magnifico patre, & illuminatore noſtro Sylueſtro, omnia à ſanctis apoſtolis mihi præcepta dixi verba, percunctatiq; eũ ſumus, qui iſti dij eſſent. Petrus & Paulus. Ille vero ait, non eos deos vere dici, ſed apoſtolos ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et rurſus interrogare cœpimus eundem Syluestrũ, vtrum ipſorum apoſtolorũ imaginem expreſſam haberet, vt ex pictura diſceremus, hoc eſſe quod reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundẽ apoſtolorũ per diaconem ſuũ exhiberi præcepit, quas dum aſpicerem, & eorũ quos in ſomno viderã figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem vultus, ingenti clamore corã omnibus ſatrapibus meis confeſſus ſum eos eſſe, quos in ſomno videram. Ad hæc beatiſſ. Syluester indixit nobis pœnitentiæ tẽpus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quę à nobis impie peracta, atq; iniuſte diſpoſita fuerant, vigiliis, ieiuniis, atq; lachrymis, & orationibus apud ſaluatorẽ noſtrum Ieſum Chriſtũ impetraremus. Deinde per manus impoſitionẽ clericorũ vſq; ad ipſum præſulem veni, ibiq; abrenuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere in deũ patrem omnipotentẽ, factorem cœli ac terræ, viſibilium & inuiſibiliũ, & in Ieſum Chriſtũ filium eius vnicum dominũ noſtrum, qui natus eſt de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine, ſpontanea voluntate corã omni populo profeſſus ſum. Beneq; dictoq; fonte illic me trina merſione vnda ſalutis purificauit. Leuatoq; me de venerabili fonte, indutus veſtibus candidis, ſeptiformis ſpiritus ſancti conſignationẽ adhibuit, beati chriſmatis vnctione, & vexillũ ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens: Signat te deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, in conſignationẽ fidei. Cunctusq; clerus reſpondit, Amen. Et adiecit præſul: Pax tibi. Prima itaq; die poſt perceptũ ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationẽ corporis mei à lepræ ſquállore, agnoui non eſſe aliũ deum, niſi patrem, & filium, & ſpiritũ ſanctum, quem beatiſſ. Syluester prædicat, trinitatẽ in vnitate, vnitatem in trinitate. Nã omnes dij gentiũ, quos vſq; hactenus colui, dæmonia, opera hominũ manufacta cõprobantur. Etenim quantã poteſtatem idem ſaluator noſter ſuo apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſſime nobis idẽ venerabilis pater edixit, dum fidelẽ eum in ſua interrogatione inueniẽs, ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & dominus ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens: Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Et dum hæc prædicante beato Syluestro agnoſcerem, ex beneficiis ipſius beati Petri integræ me ſanitati comperi redditum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET Synodo Nicena.

NEMO qui scripturas diuinas legit,ignorat,quod in principio nascentis ecclesiæ discipulis in vnum congregatis cum multitudine credentium,in quibus erat cor vnũ,& anima vna, quiq; vendentes prædia & possessiones suas afferebant,& diuidebatur singulis prout cuiq; opus erat.Futuram nanq; ecclesiã in gentibus apostoli præuidebãt,maximeq; quia dominus illis prædixerat,euntes in mundũ vniuersum prædicate Euangeliũ. Vel quia expellendi erant à Iudæa,nouerant se in gentibus dispergendos,ecclesiamq; congregandã ex rudi populo.Idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti,sed precia tantũmodo ad fouendos egentes. At vero cum inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, eousq; peruenit vt non solum gentes, sed etiam Romani principes (qui penè totius orbis monarchiam tenebant)ad fidem Christi & baptismi sacramenta cõcurrerent. Ex quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidẽ veritatis patenter adeptus, licentiã dedit per vniuersum orbẽ suo degentes imperio non solum fieri Christianos,sed etiã fabricandas ecclesias,& prædia tribuenda cõstituit.Deniq; idẽ præfatus princeps donaria immẽsa,& fabricã templi primæ sedis beati principis apostolorũ instituit,adeò vt sedem imperialẽ quam Romani principes possederãt,relinqueret, & beato Petro suisq; præsulibus profuturã concederet. Idem vero præsidens in sancta synodo quæ apud Nicenum congregata est,cum querelam quorundã conspiceret coram se deferendã, ait: Vos à nemine diiudicari potestis,quia solius dei iudicio reseruamini,dij etenim vocati estis: idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tẽpore & deinceps viri religiosissimi non solũ possessiones,& prædia quæ possederant, sed etiã semetipsos domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorũ martyrum,per ciuitates ac monasteria innumera,in quibus cœtus domino seruientiũ conueniret. Deniq; reges & præsides ac magistratus non solũ hanc licentiam tribuere,sed etiã ipsi propria largiti sunt per vniuersa regna terrarum,vnde alerentur egentes qui nihil in mundo possidebant, ecclesiæq; dei fabricarentur atq; restaurarentur, deoq; & ecclesiæ eius rite famulantibus seruisq; illius supplemẽta (vt absq; necessitate essent) tribuerentur, vt hæc accipientes possent secundũ monita apostoli orationes,postulationes,obsecrationes,gratiarũ actiones facere pro omnibus hominibus,pro regibus,& qui in sublimitate sunt,vt quietam & tranquillã vitam habeant. Et hoc bonũ & acceptum esse coram deo idem magister gentiũ protestatur, cui solicitudo omnium ecclesiarũ incumbit,quiq; episcopos regere per spiritũ sanctum constituit ecclesiam dei.Quibus ait:Pascite qui in vobis est gregem dei,prouidentes nõ coacte sed sponte secundũ deum,neq; turpis lucri gratia,sed voluntarie.Cum enim dicat:Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus:quæ enim sunt negotia secularia sancti canones manifestant,& inhibẽt perspicue,quod quidam qui in clero videntur electi,propter lucra turpia conductores alienarũ possessionum fiant,& secularia negotia sub cura sua accipiant,domini quidem ministeriũ paruipendentes, secularium vero discurrentes domos,& propter auaritiam patrimoniorũ solicitudinem sumentes:decreuit sancta synodus,nullum deinceps clericũ aut possessiones conducere.aut negotiis secularibus se miscere,præter pupillorũ & orphanorum, aut si fortè episcopus ciuitatis ecclesiasticarũ rerum solicitudinem habere præcipiat,vt liquidò patet,quia alia sunt negotia secularia alia ecclesiastica. Nõne Moyses in seculo erat cum crebro tabernaculum intraret & exiret,qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis vrgebatur? intus dei arcana considerans,foris onera carnalium portabat? Cuius typũ sacerdotes in ecclesia agere debent,vt dũ foras exeunt ad exequenda negotia pro necessitatibus subditorũ,intus ad se redeant per contemplationẽ mandatorũ:sicut Paulus qui cœlestibus secretis inseritur,& tamen per cõdescensionis viscera carnaliũ cubile perscrutatur. Sic & Iacob ascendentes & descendẽtes angelos vidit,quia videlicet rectores ecclesiæ non solũ deo contẽplando superna appetunt,sed deorsum quoq; ad mẽbra illius miserando descendunt. Et dum sacerdotes horũ facta imitantur,& se custodiunt,& subditorũ onera portant,videntur tales esse,quales idem egregius prædicator dicit, vt qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, & qui gaudent tanquam non gaudentes,& qui emunt tanquam non possidentes.

1.Petri.5.
2.Tim.2.

Edictum

EDICTVM DOMINI CONstantini Imperatoris.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ trinitatis,patris scilicet & filij, & spiritus sancti,Imperator Cæsar Flauius Constantinus in Christo Iesu vno ex eadem trinitate sancta saluatore domino deo nostro,fidelis, mansuetus,beneficus,alemanicus, gothicus, sarmaticus, germanicus, britannicus,vnicus, pius, fœlix,victor, ac triumphator semper augustus, sanctissimo ac beatissimo patri Syluestro vrbis Romæ episcopo & Papę,atque omnibus eius successoribus qui in sede beati Petri vsque in finem seculi sessuri sunt pontificibus, necnon & omnibus reuerendissimis & deo amabilibus catholicis episcopis,eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ per hãc nostram imperialem constitutionem subiectis, in vniuerso orbe terrarum nunc & in posteris cunctis retro temporibus constitutis,gratia,pax,charitas, gaudium, longanimitas, misericordia à deo patre omnipotente,& Iesu Christo filio eius,& spiritu sancto, cũ omnibus vobis.Ea quæ saluator & redemptor noster dominus noster Iesus Christus altissimi patris filius per suos sanctos Apostolos Petrum & Paulum, interueniente patre nostro Syluestro summo pontifice & vniuersali Papa,mirabiliter dignatus est operari,liquida narratione per huius nostræ imperialis institutionis paginam ad cognitionem omnium populorum in vniuerso orbe terrarum studuit propagare nostra mansuetissima serenitas.Primum quidem nostram fidem quam à præfato beatissimo patre & oratore nostro Syluestro vniuersali pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrũm mentes proferentes, & ita demum dei misericordiam super vos diffusam annunciantes. Nosse enim vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam iussionem significauimus,nos à culturis idolorum,simulacris mutis & surdis,manufactis,diabolicis compositionibus, atque ab omnibus satanæ pompis recessisse,& ad integram Christianorum fidem quæ est vera lux & vita perpetua peruenisse,credentes,iuxta id quod nos idem almificus summus pater & doctor noster Syluester põtifex instruxit,in deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in Iesum Christum filium eius vnigenitum dominũ nostrum,per quem creata sunt omnia. Et in spiritum sanctum dominum & viuificatorem vniuersæ creaturæ.Hos patrem & filium & spiritum sanctum confitemur ita,vt in trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis & vnitas potestatis:pater deus,filius deus, & spiritus sanctus deus,& tres vnum sunt in Iesu Christo.Tres itaque formæ,sed vna potestas. Nam sapiẽs retro semper deus,edidit ex se per quod semper erant gignenda secula verbum.Et quando eodem solo suæ sapientiæ verbo vniuersam ex nihilo formauit creaturam,cum eo erat, cuncta suo arcano componens mysterio.Igitur perfectis cœlorum virtutibus, & vniuersis terræ materiis,pio sapientiæ suæ nutu ad imaginem & similitudinem suam primum de limo terræ fingens hominem,hunc in paradiso posuit voluptatis.Quem antiquus serpens & hostis inuidẽs diabolus per amarissimũ ligni vetiti gustum, exulem ab eisdem fecit gaudiis, eoq; expulso non desinit sua venenosa multis modis protelare iacula,vt à via veritatis humanum abstrahens genus,idolorum culturæ,videlicet creaturæ,& nõ creatori deseruire suadeat, quatenus per hos eos,quos suis voluerit irretire insidiis,secum æterno efficiat concremãdos supplicio. Sed deus noster misertus plasmatis sui, dirigens sanctos suos prophetas,per quos lumen futuræ vitæ,aduentum videlicet filij sui domini dei & saluatoris nostri Iesu Christi annunciãs, misit eundem vnigenitum filium suum & sapientiæ verbum. Qui descendens de cœlis propter nostram salutem,natus de spiritu sancto,ex Maria virgine, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat.Deum perfectum & hominem perfectum,vt deus mirabilia perficiens,& vt homo humanas passiones sustinens, ita verbum hominem & verbum deum prædicante patre nostro Syluestro summo pontifice intelligimus,vt verum deumverum hominem fuisse nullo modo ambigamus.Electisq; duodecim Apostolis,miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscauit.Confitemur eundem dominum Iesum Christum adimplesse legem & prophetas,passum, crucifixum secundum scripturas,tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos,atque sedentem ad dexteram patris,inde venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperij nõ erit finis.Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis. Hæc est enim fides nostra catholica & orthodoxa, à beatissimo patre nostro Syluestro G
summo pontifice nobis prolata. Exhortans idcirco omnem populum & diuersas gentium na
tiones hanc fidem tenere, colere, & prædicare, & in sanctæ trinitatis nomine aptissime gra
tiam consequi, & dominum nostrum Iesum Christum saluatorem, qui cum patre & spiritu
sancto per infinita secula viuit, & regnat, quem Syluester beatissimus pater noster vniuersa
lis pontifex prædicat, corde deuoto adorare. Ipse enim dominus noster misertus mihi pec
catori, misit sanctos suos Apostolos ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit no
bis, & abstractum à tenebris ad veram lucem & agnitionem me venisse gratulamini. Nam
dum valida squalloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorũ
conuenientium cura adhiberetur, nec vllius quidem cura promeruissemus salutem. Ad hoc H
venerunt sacerdotes Capitolij dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri
hunc innocentium sanguine, & in eo calente loco me posse mundari. Et secundum eorum di
cta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdo
tes eos mactari, & ex eorũ sanguine fontem repleri, cernens serenitas nostra lachrymas ma
trum eorum, illico exhorrui facinus, miseratusq; eas proprios illis restitui præcepimus filios
suos, datisq; vehiculis & donis concessis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur
transacta die, nocturna nobis facta silentia, dum somni tẽpus aduenisset, assunt Apostoli san
ctus Petrus & Paulus dicentes mihi: Quoniã flagitiis posuisti terminum, & effusionem san
guinis innocentis horruisti, missi sumus à Christo domino deo nostro dare tibi sanitatis re- I
cuperandę consilium. Audi ergo monita nostra, & fac quodcunque indicamus tibi. Syluester
episcopus huius ciuitatis ad montem Soracten persecutiones tuas fugiens, in cauernis petra
rum cum suis clericis latebram fouet, hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis
ostendet, in qua dum te tertio merserit, omnis te valitudo ista deseret lepræ. Quod dum fa
ctum fuerit, hanc vicissitudinem tuo saluatori compensa, vt omnes iussu tuo per totum or
bem restaurentur ecclesiæ. Te autem ipsum in hac parte purifica, vt relicta omni superstitio
ne idolorum, deum viuum & verum, qui solus est & verus, adores & excolas, vt ad voluntа
tem attingas. Exurgens igitur à summo, protinus iuxta id quod à sanctis Apostolis admoni
tus sum, peregi: aduocatoq; eodem præcipuo & magnifico patre & illuminatore nostro Syl- K
uestro vniuersali Papa, omnia à sanctis Apostolis mihi præcepta dixi verba. Percõtati sumus
ab eo qui isti dij essent Petrus & Paulus. Ille vero non eos deos vere dici, sed Apostolos salua
toris nostri domini dei Iesu Christi respondit. Et rursum interrogare cœpimus eundem bea
tissimum Papam, vtrum istorum Apostolorum imagines expressas haberet, vt ex pictura di
sceremus hos esse quos reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundem
Apostolorum per diaconum suum exhiberi præcepit: quas dum aspicerem, & eorum quos in
somno videram figuratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingenti clamore coram
omnibus satrapis meis confessus sum eos esse quos in somno videram. Ad hæc beatissimus
idem Syluester pater noster vrbis Romæ episcopus indixit nobis pœnitentiæ tempus intra
palatium nostrum Lateranense, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis impie peracta atque in- L
iuste disposita fuerant, vigiliis, ieiuniis atque lachrymis & orationibus apud dominum no
strum Iesum Christum saluatorem impetraremus. Deinde per manus impositionem clerico
rum, vsque ad ipsum præsulem veni, ibiq; renuncians satanæ pompis & operib⁹ eius, vel vni
uersis idolis manufactis, credere me in deum patrem omnipotẽtem factorem cœli & terræ,
visibilium & inuisibilium, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum, qui
natus est de spiritu sancto, ex Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo pro
fessus sum. Benedictoq; fonte illic me trina mersione vnda salutis purificauit. Positoq; me in
fontis gremio, manum de cœlo me contingentem propriis oculis vidi: de qua mundus exur
gens, ab omni me lepræ squallore mundatum agnoscite, leuatoq; me de venerabili fonte, in- M
dutus vestibus candidis septiformis gratiæ sancti spiritus consignationẽ adhibuit beati chris
matis vnctione, & vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit dicens: Signet te deus sigillo
fidei suæ, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, in consignatione fidei. Cunctusq; clerus
respõdit, Amen. Et adiecit præsul, pax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptisma
tis mysterium, & post curationem corporis mei à lepræ squallore, agnoui non esse alium deũ
nisi patrem & filium & spiritum sanctum, quem beatus Syluester Papa prædicat, trinitatem
in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes dij gentium quos vsque hactenus colui, dæ
monia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam potestatem idem Sal-
uator

A uator noster suo Apostolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidissime nobis idem ve
nerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens ait: Tu es Petrus, &
super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eã.
Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magister & dominus suo discipulo
iniunxit, inquiens: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Mirum est
hoc valde & glorioſum, in terra ligare & soluere, & in cœlo ligatum & solutum esse. Et dum
hæc prędicante beato Syluestro agnoscerem, & beneficiis ipsius beati Petri integerrime sa
nitati me comperi restitutum. vtile iudicauimus vnà cum omnibus nostris satrapis & vniuer
so senatu, optimatibus meis, etiam & cuncto populo Romano glorię Imperij subiacenti, vt si
B cut in terris vicarius filij dei esse videtur constitutus, etiam & pontifices qui ipsius principis
Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem amplius quàm tẽrrena Imperialis nostræ
serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis nostroq; Imperio obtineant, eligẽ
tes nobis ipsum principem Apostolorum vel eius vicarios firmos apud deum esse patronos.
Et sicut nostra est terrena Imperialis potentia eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decre
uimus veneranter honorare & amplius quàm nostrum imperium, & terrenum thronum se
dem sacratissimam beati Petri glorioſe exaltari, tribuentes ei potestatem & gloriæ dignitatẽ
atque vigorem & honorificentiam Imperialem, atque decernentes sancimus, vt principatũ
C tenеat tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopoli
tanam, & Hierosolymitanam, quamq; etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum dei ec
clesias. Et pontifex qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ extiterit, celsior &
princeps, cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio quæq; ad cultum dei vel
fidei Christianorum stabilitatem procurandam fuerint, disponantur. Iustum quippe est, vt ibi
lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor saluator noster beatum
Petrum apostolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinens beatæ
mortis sumpsit poculũ, suiq; magistri & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Christi
nominis confessione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apostolus pro Christo
extenso collo martyrio coronatus est: illic vsque in finem quærant doctorem, vbi sanctum
doctoris quiescit corp⁹: & ibi proni ac humiliati cœlestis regis dei saluatoris nostri Iesu Chri
D sti famulentur officio, vbi superbi terreni regis seruiebant imperio. Interea nosse volumus
omnem populum vniuersarum gentium ac nationum per totum orbem terrarum, construxis
se nos intra palatium nostrum Lateranense eidem saluatori nostro domino Iesu Christo ec
clesiã à fundamentis, cũ baptisterio: & duodecim nos sciatis de eius fundamentis, secũdum
numerũ duodecim Apostolorũ, cophinos terræ onustatos propriis asportasse humeris, quam
sacrosanctã ecclesiã caput & verticẽ omniũ ecclesiarũ vniuerso orbe terrarũ dici, coli, vene
rari ac prædicari sancimus, sicut per alia nostra Imperialia decreta cõstituimus. Cõstruximus
itaque ecclesias beatorum Petri & Pauli primorum Apostolorum, quas auro & argento locu
pletauimus, vbi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipso
E rum ex electro, cui nulla fortitudo præualet elementorum, construximus, & crucem ex auro
purissimo & gemmis preciosissimis per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis cõ
fiximus. Quibus pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia contulimus, & reb⁹
diuersis eas ditauimus, & per nostram Imperialem iussionem sacram, tam in oriente quàm
in occidente, vel etiam septentrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia,
Thracia, Aphrica & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate eis concessimus, ea prorsus
ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Syluestri pontificis successorumq; omnia dispo
nantur. Gaudeat enim vnà nobiscum omnis populus & gentium nationes vniuerso orbe ter
F rarum, exhortantes omnes, vt deo nostro & saluatori Iesu Christo immensas vnà nobiscum
referatis gratias, quoniã ipse deus in cœlis desuper & in terra deorsum, qui nos per suos san
ctos Apostolos visitans, sanctum baptismatis sacramẽtum percipere, & corporis sanitate di
gnos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis Apostolis dominis meis beatissimis Petro &
Paulo, & per eos etiam beato Syluestro patri nostro summo pontifici, & vniuersalis vrbis Ro
mæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus qui vsque in finem mundi in sede beati
Petri erunt sessuri, atq; de præsenti concedimus palatium Imperij nostri Lateranense, quod
omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit palatiis, deinde diadema, videlicet
coronam capitis nostri, simulq; pallium, vel mitram phrygiam, necnõ & superhumerale, vi
delicet lorum quod imperiale circũdare assolet collum, verumetiam & chlamydem purpu-
ream

Universidad de Deusto
Biblioteca

ream atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumẽta,sed & dignitatem Imperia- G
lium præsidentium equitum,conferentes etiam & Imperialia sceptra, simulq; & cuncta signa
atque banna etiam,& diuersa ornamenta Imperialia,& omnem processionem Imperialis cul
minis & gloriam potestatis nostræ.Viris enim reuerẽdissimis, clericis diuersis ordinibus ei-
dem sacrosanctæ Rom.ecclesiæ seruientibus,illud culmen,singularitatem,potentiam & præ-
cellentiam habere sancim⁹,cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est,
patritios atq; consules effici,necnon & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgãtibus
decorari.Et sicut imperiales militia, ita & clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decerni-
mus.Et quemadmodum Imperialis potentia officiis diuersis , cubiculariorum nempe, ostia-
riorum,atque omnium excubiarum ornatu,ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari vo H
lumus.Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat,decernimus & hoc, vt clerici eiusdem
sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis & linteaminibus,id est,candidissimo colore decorari e-
quos, & ita equitari. Et sicut noster senatus calciamentis vtitur cum vdonibus,id est,candi-
do linteamine illustrati,vt sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem dei decorentur . Præ om-
nibus autem licentiam tribuentes ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro vrbis Romæ epi-
scopo & Papæ,& omnibus qui post eum in successum & perpetuis temporibus aduenerint bea
tissimis pontificibus , pro honore & gloria Christi dei nostri, in eadem dei magna catholica
& apostolica ecclesia, ex nostro iudicio, quem placatus proprio concilio clericare voluerit, I
& in numero religiosorum clericorum connumerare nullum ex omnibus præsumentem su-
perbe agere.Decreuimus itaque & hoc , vt idem venerabilis pater noster Syluester summus
pontifex,vel omnes eius successores pontifices diadema, videlicet coronam quam ex capite
nostro illi concessimus , ex auro purissimo & gemmis preciosis vti debeant , & eorum capi-
te ad laudem dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa super coronam
clericatus quam gerit ad gloriam beati Petri , omnino ipsa ex auro non est passus vti coro-
na. Phrygium quoque candido nitore splendidam resurrectionem dominicam designans e-
ius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus , & tenentes frenum equi illius pro re-
uerentia beati Petri,stratoris officium illi exhibuimus,statuentes eodem phrygio omnes eius
successores singulariter vti in processionibus,ad imitationem Imperij nostri . Vnde vt pon- K
tificalis apex non vilescat , sed magis amplius quàm terreni Imperij dignitas & gloriæ po-
tentia decoretur,ecce tam palatium nostrum,vt prædictum est,quámque Romanæ vrbis , &
omnes Italiæ seu occidentalium regionum prouincias , loca & ciuitates præfato beatissimo
pontifici nostro Syluestro vniuersali Papæ concedimus atque relinquimus , & successorum
ipsius pontificum potestati & ditioni firma Imperiali censura per hanc diualem nostram sa
cram potestatem & pragmaticum constitutum decernimus disponendum, atque iuri sanctæ
Romanæ ecclesiæ concedimus permansurum . Vnde congruum prospeximus nostrum Im-
perium & regni potestatem orientalibus transferri & transmutari regionibus, & in Byzan-
tiæ prouinciæ in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari , & nostrum illic con- L
stitui Imperium , quoniam vbi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput
ab Imperatore cœlesti constitutum est , iustum non est vt illic Imperator terrenus ha-
beat potestatem . Hæc vero omnia quæ per hanc nostram Imperialem sacram , & per alia
diualia decreta statuimus atque confirmauimus,vsque in finem mundi illibata & inconcus-
sa permanenda decernimus . Vnde coram deo viuo , qui nos regnare præcepit , & coram
terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum Imperiale constitutum , omnes nostros
successores, Imperatores, vel cunctos optimates, satrapas etiam, amplissimum senatum , &
vniuersum populum in toto orbe terrarum,nunc & in posterum , cunctis retro temporibus
Imperio nostro subiacentem , nulli eorum quoquo modo licere hæc quæ à nobis Imperia- M
li sanctione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ , vel eius omnibus põtificibus concessa sunt refra
gari aut confringere vel in quoquam conuellere.Si quis autem (quod non credimus) in hoc
temerator aut contemptor extiterit,æternis condemnationibus subiaceat innodatus,& san-
ctos dei principes apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti & futura vita sentiat cõ-
trarios,atq; in inferno inferiori cõcrematus cum diabolo & omnib⁹ deficiat impiis. Huius
vero imperialis decreti nostri paginã propriis manibus roborantes,super venerandum cor-
pus beati Petri principis apostolorum posuimus,ibiq; eidem cum apostolo spõdentes nos cũ-
cta iuuiolabiliter conseruare , & nostris successoribus imperatoribus conseruanda in man-
datis relinqui,patri nostro Syluestro summo pontifici & vniuersali Papæ, eiusq; cunctis suc-
cessoribus

A cessoribus pontificibus domino deo & saluatore nostro Iesu Christo annuente tradimus per-
enniter atque fœliciter possidenda . Et subscriptio imperialis , diuinitas vos conseruet per
multos annos sanctissimi ac beatissimi patres.Datũ Romę sub tertio die Calẽd.Apriliũ,domi
no nostro Flauio Cõstantino Augusto quarto,& Gallicano quarto,viris clarissimis cõsulib⁹.

Quo tempore actum sit Nicenum Concilium.

B CAnones generalium conciliorum à temporibus Constantini cœperunt.In præceden-
tibus nanque annis persecutione feruente docendarum plebium , nisi quæ à Romana
processerũt sede,minime dabatur facultas.Inde Christianitas in diuersas hæreses scis
sa est,quia non erat licentia episcopis in vnum conuenire nisi tempore supradicti Imperato-
ris,ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari . Sub hoc etiam sancti patres in
concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes, iuxta fidem euangelicam & aposto-
licam secundum post Apostolos symbolum tradiderunt.

NICENI CONCILII PRAEFATIO.

C BEATISSIMO Syluano in vrbe Roma Apostolicæ sedis antistite,
Constantino Augusto & Licinio Cæsare,consulatu Palini & Iuliani vi
rorum clarissimorum,ab Alexandro CCC.XXXVI. anno mense
Julio.XIII. Calend.Iulij,propter insurgentes hæreses fides catholica
exposita est apud Nicæam Bithyniæ,quam sancta & reuerẽdissima Ro
mana complectitur & veneratur Ecclesia , quippe quam trecenti de-
cem & octo patres,mediantibus Victore atque Vincentio religiosissi-
mis Romanæ sedis presbyteris,inspirante deo,ad obstruenda Arrij ve
nena protulerunt.Nam & nonnullæ regulæ subnexæ sunt,quas memorata suscipiens confir-
mauit ecclesia.Sciendum est sanè ab omnibus catholicis, quoniam sancta Ecclesia Romana
D nullis synodicis decretis prælata est,sed euangelica voce domini,& saluatoris nostri prima- Matth.16
tum obtinuit,vbi dixit beato Petro apostolo: Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo
Ecclesiam meam,& portę inferi non prævalebunt aduersus eam.Et tibi dabo claues regni cœ
lorum,& quæcunque ligaueris super terram,erunt ligata & in cœlo,& quæcunque solueris su
per terram,erunt soluta & in cœlo.Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe bea-
tissimi apostoli Pauli vasis electionis,qui vno die,vnoq; tempore gloriosa morte cum Petro
sub principe Nerone agonizans coronatus est,& ambo pariter.Ecclesiam sanctam Romanã
Christo domino consecrauerunt,aliisq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia
atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud dominum om-
E nium sanctorum fundatur oratio,his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis
proprio chirographo pollicetur,dicens: Testis enim mihi est deus,cui seruio in spiritu meo, Rom.1
in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis.
Prima ergo sedes cœlesti beneficio Romanæ ecclesiæ , quam beatissimi Petrus atque Paulus
suo martyrio dedicarunt.Secunda autem sedes apud Alexãdriam beati Petri nomine à Mar
co eius discipulo atque Euangelista consecrata est,quia & ipse in Aegypto primus verbũ ve-
ritatis directus à Petro prædicauit,& glorioſum susceperit martyrium.Cui venerabilis succes-
sit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri apostoli habetur hono-
rabilis,quia illic priusquam Romam veniret,habitauit,& Ignatium episcopum constituit, &
F illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est.Nam & Hierosolymitanus
episcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis, maxime quod illic pri-
mus beatissimus Iacobus qui dicebatur iustus,qui etiam secundum carnẽ frater domini nũ
cupatus est,à Petro,Iacobo,& Ioanne apostolis est episcopus ordinatus est . Itaque secundum
antiquorum patrum definitionem sedes prima in Hierosolymis esse minime dicitur,ne for-
tè ab infidelibus aut idiotis sedes domini nostri Iesu Christi(quæ in cœlo est)in terra esse pu-
taretur.Etenim sedes eius cœlum,terra autem scabellum pedum eius, quoniam ipse est , per
quem omnia facta sunt,& sine quo factum est nihil,quoniam ex ipso,& per ipsum , & in ipso
sunt omnia,ipsi gloria in secula seculorum,Amen. Apud Ephesum vero beatissimus Ioannes
apostolus & euangelista multo tempore post domini resurrectionem & ascensionem in cœ-
los,diuina

Universidad de Deusto
Biblioteca

los,diuina inſpiratione euangelium conſcripſit, atque requieuit. Et ob hoc epiſcopus Ephe- G
ſinus pro tanti Apoſtoli & Euangeliſtæ memoria, cæteris epiſcopis metropolitanis in ſy-
nodis honorabiliorem obtinet ſedem.

Sed quoniam de concilio Niceno diſſerendum eſt,quæ hæc fecit cauſa, vt poſt illum apo-
ſtolorum glorioſam prædicationem,quæ in omnem terram mirabiliter diffuſa eſt, ſub Con-
ſtantino Auguſto,tanti congregarentur epiſcopi? Rufini nobis decimus liber,qui coniunctus
eſt nouem libris Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quos vir eruditiſſimus Euſebius Cæſarienſis ædidit,
neceſſario profertur ad medium,vt pauca quæ eius inter initia de Arrij peruerſitate conſeri-
pta ſunt,memorentur: quia dubium non eſt, ideo trecentos decem & octo ſanctiſſimos pa-
tres ex vniuerſo orientali orbe in Nicæa Bithyniæ congregatos,vt Arrij impiũ dogma Chri H
ſti auxilio funditus damnaretur,& ſalubri prouidentia conſtituerent,quid in ſancta catholi-
ca eccleſia debeat obſeruari.Iam ad locum ex lib.x.Rufini: Igitur cum apud Alexandriã poſt
Achillem qui Petri martyrio ſucceſſit, ſuſcepiſſet Alexander ſacerdotium, quia pax noſtris
& quies à perſecutionibus erat,atque eccleſiarum gloria confeſſorum meritis gaudebat,pro-
ſperitas rerum noſtrarum domeſtica contentione turbabatur. Etenim presbyter quidã apud
Alexandriam nomine Arrius, vir ipſe & forma magis quàm virtute religioſus, ſed gloriæ
laudiſq; & nouitatis improbè percupidus,praua quædam de Chriſti fide proferre,& quæ arte
inquiſitionis inuenerat cœpit. Abſcindere enim ac ſeparare ab illa æterna & ineffabili dei pa
tris ſubſtantia vel natura, filium conabatur. Quæ res in eccleſia plurimos conturbabat, & à I
dulci mentis tranquillitate dimouebat.Sed cum Alexãder epiſcopus natura lenis, & quietus,
aſſidue commonitionibus Arrium cuperet à prauo incepto & aſſertionibus impiis reuocare,
nec tamen res ex ſententia procederet, & quod pleroſque quodam contagio peſtiferæ aſſer-
tionis infecerat,non ſolum apud Alexandriam,verum & per alias prouinciæ diſperſerat vr-
bes,pernicioſum fore credens,ſi diſſimularet à talibus,plurimis conſacerdotibus ſuis rem in-
dicat.Quæſtio laicis innoteſcit.Sermo vſq; ad aures religioſi principis(quippe qui omni ſtu-
dio & diligentia curaret quæ noſtra ſunt)peruenit. Tum ille ex ſententia ſacerdotum apud
vrbem Nicæam epiſcopale concilium conuocat,ibiq; Arrium trecentis decem & octo epiſco
pis reſidentibus adeſſe iubet,ac de eius propoſitionibus & quæſtionibus iudicare.Sed in eo cõ K
cilio admirabile factum principis non puto reticendum.Etenim cum ex omnibus penè locis
epiſcopi conueniſſent,&(vt fieri ſolet) diuerſis ex cauſis inter ſe quædam iurgia detuliſſent,
interpellabatur frequenter à ſingulis,offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad
hæc quàm ad id pro quo fuerat ventum,animos dabant. At ille videns quod per huiuſmodi
iurgia cauſa ſummi negocij fruſtraretur,diem certum ſtatuit quo vnuſquiſque epiſcoporum,
ſi quid querimoniæ habere videretur,deferret.Cum reſediſſet,ſuſcepit à ſingulis libellos:quos
ſimul omnes in ſinu ſuo continens, nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad epiſcopos:
Deus vos conſtituit ſacerdotes,& poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi:& ideo
nos à vobis recte iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod
dei ſolius inter vos expectate iudicium,vt & veſtra iurgia quæcunque ſunt,ad illud diuinum L
reſeruentur examen,vos etenim nobis à deo dati eſtis dij. Conueniens non eſt,vt homo iudi
Pſal.81. cet deos,ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum,in medio autem
deos diſcernit. Et ideo his omiſſis alia quæ ad fidem dei pertinent,abſque vlla animorũ con
tentione diſcutite.Cum hæc dixiſſet,omnes querimoniarum libellos iuſſit exuri, ne innote-
ſceret illi odium & ſuggillatio ſacerdotum. Verũ cum per dies multos in epiſcoporum con
cilio de fide quæſtio verteretur,& nonnulli diuerſa ſentirent ac vehementer cœptis Arrij fa
uerent,plures tamen erant qui impium execrarẽtur incœptum.Cumq; in eodem concilio eſ-
ſet confeſſorum magnus numerus ſacerdotum,omnes Arrij nouitatibus aduerſabantur. Fa- M
uebant vero ei viri in quæſtionibus callidi,& ob id ſimplicitati fidei aduerſabantur. Quantã
vero habeat virtutem fidei ſimplicitas, etiam ex his quæ ibi geſta ſunt,cognoſcimus. Etenim
cum pro ſtudio religioſi imperatoris ex omni terra ſacerdotes dei conueniſſent,opinione cõ
moti philoſophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatiſſimi conuenerunt. In quibus
quidam inſignis in arte dialectica per dies ſingulos conflictum ſummi certaminis cum epi-
ſcopis noſtris viris æque in dialectica non improbabiliter eruditis mouebat. Et fiebat ingẽs
ſpectaculum conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris, nec tamen vllo genere
philoſophus concludi à quoquam poterat aut conſtringi. Tanta enim dicendi arte obiectis
quæſtionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur aſtrictus, velut anguis lubricus elabere-
tur.

A tur.Sed vt oſtenderet deus,quia non in ſermone regnum dei,ſed in virtute conſiſtit, quidam
ex confeſſoribus ſimpliciſſimæ naturæ vir,& nihil aliud ſciens niſi Chriſtum Ieſum, & hunc
crucifixum,inter cæteros auditores epiſcopos aderat. Qui cum vidiſſet philoſophum inſul-
tantem noſtris,& callida ſe diſputationis arte iactantem, poſcit ab omnibus locum, velle ſe
paucis cum philoſopho ſermocinari. Tum vero noſtri qui ſimplicitatem viri & imperitiam
in ſermone duntaxat noſſent,pauere,& velut pudorem quendam pati,ne fortè apud callidos
homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſtitit tamen ſenior & hinc mouit ſermonis
exordium.In nomine,inquit,Ieſu Chriſti,philoſophe audi quæ vera ſunt.Deus vnus eſt qui fe
cit cœlum & terram,quiq; homini quem de limo terræ formauerat ſpiritum dedit, vniuerſa
B quæ videntur ſibi virtute verbi ſui creauit,& ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit: hoc verbũ
ac ſapientia quam nos filium dicimus,humanos miſeratus errores,ex virgine naſcitur,&per
paſſionem mortis à perpetua nos morte liberauit,ac reſurrectione ſua æternam nobis contu
lit vitam,quem expectamus iudicem omnium quæ egerimus eſſe venturum. Credis hæc ita
eſſe philoſophe? At ille ac ſi nunquam vllum ſermonem contradicendi didiciſſet, ita obſtu-
pefactus virtute dictorum mutus ad omnia hoc ſolum potuit reſpondere.Ita ſibi videri, nec
aliud verum eſſe quàm dixerat.Tunc ſenior:Hæc,inquit, ſi ita eſſe credidiſti,ſurge & ſeque-
re me ad dominicum,& huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Et ita philoſophus Chriſtianus effe-
ctus tandem ſe gratulatus eſt victum.

C In illo etiam concilio fuit Paphnutius homo dei epiſcopus Aegypti, in quo tanta virtute
inerat gratia,vt ſigna per eum non minus quàm dudum per apoſtolos fierent.Quo etiam in
tempore & Spyridion Cyprius epiſcopus inſignis habebatur. Tales igitur in illis adhuc tem
poribus multi viri in eccleſiis domini refulgebant,ex quibus plurimi in illo concilio fuerũt.
Interea per dies ſingulos agitabatur conuentus,nec facile aut temere tanta ſtatuere audebãt,
& vocabatur Arrius frequenter in concilium,& aſſiduo tractatu aſſertiones eius diſcutiebã-
tur,& quod aduerſum hæc tenere deberent ac ſtatui,ſumma cum deliberatione quærebant.
Verum poſt diutinum multumq; tractum, placuit omnibus ac velut vno cunctorum ore &
corde decernitur Homouſion conſcribi debere, id eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ filium
confiteri, atque firmiſſima omnium ſententia pronunciatur. Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſ
D ſe dicuntur quibus Arrij magis fides placeret,extrinſecus creatum dei filiũ ex nullis ſubſtan-
tibus,& non ex ipſa patris deitate progenitũ confirmantes.Defertur ad Conſtantinum ſacer
dotalis concilij ſententia,ille tanquam à deo prolatam veneratur.Cui ſi quis tentaſſet obniti,
velut contra diuina ſtatuta venientem,in exilium ſe proteſtatur acturum.

CANONES NICENI CONCILII QVOD actum eſt ſub Cõſtantino Imperatore,Paulino & Iuliano Conſulibus fratribus, CCCLXIII. III.Calendas Iulii.

E

F VM conueniſſet hoc ſanctum & magnum concilium apud Nicæam
ciuitatẽ prouinciæ Bithyniæ,ſtatuta ſunt ab eis hæc quæ infra ſcripta
ſunt,ex Græco in Latinum verſa ſermonem.

1 Si quis in ægritudine vel à medicis ſectº eſt,vel à barbaris caſtra-
tus,placuit vt iſte permaneat in clero. Si quis autem ſanus ſeipſum
abſcindat,etiam ſi eſt in clero,ceſſare debet, & ex hoc nullum talẽ o-
portet ordinari.Sicut autem de his qui vel affectauerint hæc, vel auſi
ſunt ſeipſos abſcindere,hæc quæ dicimus ſtatuta ſunt, ita ſi qui à bar-
baris vel à dominis ſuis ſecti & probabilis vitæ ſint,tales ſuſcipit eccleſiaſtica regula in clerũ.

2 Quoniam multa ſiue per neceſſitatem,ſiue ex quacunque cauſa contra regulã geſta ſunt,
ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc cathechizati,vel inſtituti, ſtatim ad ſpiritualem
baptiſmum veniſſent,& continuo cum baptizati ſunt,etiam ad epiſcopatum,vel ad presby-
terium prouecti ſunt.Recte igitur viſum eſt de cætero nihil tale debere fieri.Nam & tempo
re opus eſt vt ſit catechumenus,& poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens nanq;
eſt apoſtolicum præceptum dicens: Non neophytum,ne fortè elatus in iudicium incurrat &
laqueum

Universidad de Deusto
Biblioteca

laqueum diaboli. Si vero procedente tempore aliquod peccatum admiserit,& cõuictus duo- G
bus vel tribus testib⁹ fuerit,cesset à clero qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc facit tã-
quam contraria statutis sancti concilij gerens,ipse periclitabitur de statu sui cleri.

3 Omnibus modis interdixit sancta synodus, neque episcopo,neque presbytero,neq; dia-
cono,neq; vlli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi fortè ma-
ter,aut soror,aut auia,aut amita,vel matertera sit: in his nanque solis personis, & harum si-
milibus, omnis quæ ex mulieribus est suspicio declinatur: qui autem præter hæc agit, peri-
clitatur de clero.

4 Episcopum oportet ab omnib⁹ episcopis,si fieri potest, qui sunt in prouincia eius ordina-
ri. Si vero hoc difficile fuerit,vel aliqua vrgẽte necessitate,vel itineris longitudine,certe tres H
episcopi debent in vnum esse congregati,ita vt etiam cæterorum qui absentes sunt, consen-
sum literis teneant,& ita faciant ordinationem. Potestas sanè vel confirmatio pertinebit per
singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

5 Seruetur ista sententia, vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem
non recipiantur. Requiratur sanè si fortè aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet
commotione episcopi sui excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione per-
quiri, recte visum est per singulos annos in singulis prouinciis bis in anno episcoporum con
cilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex communi prouincia huiusmodi examinent
quæstiones, vt ita demum hi qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito con- I
traxerunt,digne etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousq; in cõmuni vel
ipsi episcopo suo visum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autẽ semel
concilium ante dies quadragesimæ,vt omnibus si quæ sunt simultatibus amputatis,mundum
solenne deo munus possit offerri. Secundum vero agatur circa tempus Autumni.

6 Mos antiquus perduret in Aegypto,vel Libya,& Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus
horum omnium habeat potestatem, quoniamquidem & Romano episcopo parilis mos est.
Similiter autem & apud Antiochiam cæterasq; prouincias honor suus vnicuiq; seruetur ec-
clesiæ. Per omnia autem manifestum est,quod si quis præter voluntatem & conscietiam me-
tropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & sanctum censuit non de- K
bere esse episcopum. Sanè si communi omnium consensu rationabiliter probato secundum
ecclesiasticam regulam duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, ob-
tineat plurimorum sententia sacerdotum.

7 Quoniam mos antiquus obtinuit,& vetusta traditio, vt Eliæ Hierosolymorũ episcopo
primus honor deferatur,habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ci-
uitatis propria dignitate.

8 Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam ex Nouatianis, placuit sancto concilio
vt ordinentur,& sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem quam
per scripturam exigi oportet, vt fateantur se communi consensu catholicæ ecclesiæ statuta
obseruaturos,id est communicaturos se & his qui fortè secundas nuptias experti sunt,vel his L
qui persecutionis tempore lapsi sunt,quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus & tempus asseri
ptum est, vt in omnibus sequantur ea quæ in ecclesia catholica obseruantur. Et sicubi iidem
ipsi fuerint inuenti siue in vicis seu in vrbibus clerici ordinati à catholicis, sic etiam in clero
persistant,vnusquisque tamen in suo ordine. Si vero episcopus vel presbyter catholicæ eccle
siæ fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus quidem catholicus suã
habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi vero qui ab istis veni-
unt,si fortè episcopus fuerit habeat sacerdotij dignitatem,nisi fortè placeat episcopo catholi-
co concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inueniat ei locũ
vt sit in parœcia coëpiscopus, aut in clero presbyter,& in ciuitate vna non videantur duo e- M
piscopi esse,& ille omnimode in clero permanere videatur.

9 Si qui examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati confessi sunt pec-
cata sua, & cum confessi fuissent contra regulam venientes, homines manus eis temere im-
posuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est
defendit ecclesia.

10 Quicunque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptum eorum qui
eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ ecclesiasticæ, cum enim compertum fuerit
deponantur.

Placuit

A 11 Placuit sanctæ synodo,licet indigni sint misericordiæ,tamen aliquid circa eos humani-
tatis ostendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si ta-
men fideles sunt,septem annis aliis inter pœnitentes sint,duobus autem annis iidem sine ob-
latione in oratione sola participent populo. Si qui vero per dei gratiam vocati primo quidẽ
ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum
reuersi sunt,vt & pecunias darent,& ambirent redire rursum ad militiã,isti decem annis sint
inter pœnitentes,post primum triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero il-
lud præcipue obseruetur,vt animus eorum & fructus pœnitentiæ obseruetur. Quicunque e-
nim cum omni timore & lachrymis perseuerantibus & operibus bonis conuersationem suã
B non verbis solis,sed opere & veritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab his fue-
rit impletum,& orationibus iam cœperunt cõmunicare, licebit etiam episcopo humanius cir
ca eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum,& sufficere sibi quod eccle-
siam introierunt arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

12 De his vero qui recedunt ex corpore,antiquæ legis regula obseruabitur etiam nunc, ita
vt si fortè quis recedit ex corpore necessario vitæ suæ viatico non defraudatur. Quod si de-
speratus aliquis recepta communione superuixerit, sit inter eos qui sola oratione communi-
cant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt,in tradendo eis communionem & cura
& probatio sit episcopi.

C 13 Placuit hoc sancto & magno concilio de catechumenis qui lapsi sunt, vt tribus annis in-
ter audientes verbum sint tantummodo,post hęc vero orent cum catechumenis.

14 Peruenit ad sanctum concilium quod in locis quibusdam & ciuitatibus, presbyteris sa-
cramenta diaconi porrigant,hoc neque regula,neque consuetudo tradidit,vt hi qui offeren-
di sacrificij non habent potestatem,his qui offerunt corpus Christi porrigãt. Sed & illud in-
notuit,quod quidam diacones etiam ante episcopos sacramenta sumunt. Hæc omnia ampu-
tentur,& accipiant secũdum ordinem post presbyteros ab episcopo vel à presbytero sacram
communionem. Quod si non fuerit in præsenti vel episcopus vel presbyter,tunc ipsi profe-
rant & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Si quis autem
D non vult his sufficiens esse,post hanc definitionem cesset esse diaconus.

15 Propter multas perturbationes & frequentes tumultus seditionum quæ fieri solent,pla-
cuit omnimodo istam abscindi consuetudinem quæ contra regulam est, sicubi tamen sit,id
est,ne de ciuitate in ciuitatem transeat vel episcopus,vel presbyter,vel diaconus. Si quis ve-
ro post hæc statuta sancti huius concilij tale aliquid agere tentauerit,infringetur omni gene-
re huiusce modi conatus,& restituatur propriæ ecclesiæ in qua ordinatus est.

16 Si qui vero timorem dei ante oculos nõ habentes,neq; ecclesiastica statuta custodiẽtes,
recesserint ab ecclesia sua,siue presbyter siue diaconus, vel in quocunque ecclesiastico ordine
positi fuerint,non debent suscipi in ecclesia,sed cum omni necessitate cogãtur vt redeant ad
ecclesiam suam: quod si permanserint,excommunicare eos oportet.

E 17 Si quis ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet ordinare in sua ecclesia,cum nõ ha-
beat consensum episcopi ipsius à quo recessit clericus,irrita erit huiusmodi ordinatio.

18 Quoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præce-
pti,quo dictum est,Qui pecuniam suã non dedit ad vsuram,fœnerantes centesimas exigant:
statuit hoc sanctum concilium, si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipe-
re,vel ex quolibet tali negocio turpia lucra sectari,vel etiam species frumentorum ad sextu-
plum dare,omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum deiiciatur à clero, & alienus ab
ecclesiastico habeatur gradu.

19 Si quis confugit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphygis,statutum est re-
F baptizari eos debere. Si qui vero clerici erant apud eos,si quidẽ inculpati fuerint, & irrepre-
hensibiles,rebaptizati rursus etiam ordinẽtur ab episcopo Ecclesiæ catholicæ. Si vero exami-
nati minus fuerint apti deprehensi,deponi eos oportet. Similiter autem & circa diacones, &
de omnibus qui in eodem clero inueniuntur,eadem forma seruabitur. Cõmemorauimus au-
tem diaconissas quæ in hoc ordine inuentæ sunt,quæ nec manus impositionẽ aliquam habe-
ant,vt omnimodo inter laicas habeãtur. Similiter autem diaconissæ quæ in catholico cano-
ne non habentur,simili loco,id est laicæ & tanquam non consecratæ deputentur.

20 Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus
pentecostes, propterea est itaque statutum à sancta synodo, quoniam consona & conue-

o niens

Universidad de Deusto
Biblioteca

niens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, vt stantes ad orationem domino vo- G
ta reddamus.

SYMBOLVM EIVSDEM NICENI CONCILII.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem, visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei, natum de patre vnigenitum, hoc est de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, natũ, non factũ, consubstantialẽ patri, id est vnius substantiæ cum patre (quod Græci homousion dicunt) per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra. Qui propter nos homines & H
propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, atque homo factus est, passus, mortuus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quod ex nullis existentibus factus est, aut ex aliqua substantia vel natura, eum dicentes esse mutabilem, & conuertibilem filium dei perhibendo, hos anathematizat & condemnat catholica & apostolica ecclesia. Hæc est fides quam exposuerunt patres primum quidem aduersus Arrium blasphemum, dicentẽ creaturam esse filium dei, & aduersus omnẽ hæresim, Sabellij, Fotini, Pauli Samosateni, Manichæi, Valentini, Martionis, & aduersus omnem omnino hæresim, si qua insurrexerit contra catholicam & apostolicam ecclesiam, quam I
omnes condemnauerunt Nicæa congregati episcopi trecenti decem & octo.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM, habitum ab CL. Episcopis, sub Theodosio maiore, Siagrio & Eucherio cons. era. CCCCXIX. aduersus Macedonium. K

HAE regulæ siue definitiones sunt expositæ ab Episcopis CL. qui in vnũ Constantinopolim conuenerunt, quando beatus Nectarius episcopus ordinatus est, damnato Maximo Cynico, quorum nomina & prouinciæ continentur in Græco.

1 Canon primus: Non spernendam esse fidem patrum trecentorum decem & octo, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam ratam oportet: & anathematizare omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, imò Anomianorum, qui Latine sine lege dicuntur, & L
Arrianorum siue Eudoxianorum semina Arrianorum, nec non Pneumatomachorum, id est qui contra spiritum sanctum pugnãt: & Sabellianorum & Marcellianorum & Fotinianorum & Apollinaristarum.

2 Episcopi qui extra diœcesim sunt, ad ecclesias quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant & permisceant ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandrię quidem episcopi solius Orientis curam gerant, seruatis honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ synodi continẽtur. Sed & Asianæ diœcesis episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tatummodo diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi, Ponticæ tantum diœcesis habeant curam. Thraciæ vero, ipsius tantũmodo Thraciæ. M

3 Non inuitati episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula quæ suprà scripta est, de vnaquaque diœcesi: manifestum nanque est, quod per singulas quasque prouincias prouincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundũ ea quæ sunt in Nicæa definita.

4 Ecclesias autem dei quę sunt in Barbaricis gentibus constitutæ, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quæ à patribus obtinuisse dinoscitur.

5 Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter quod sit noua Roma.

6 Propter totius indisciplinationis eius doctrinam quæ Constantinopoli orta est, vt neq; maximus

A maximus fuisse aut esse etiam putetur episcopus statutum est, neque hi qui ab eo sunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet quæ circa eum vel ab eo gesta sunt in irritum reuocatis.

SYMBOLVM EIVSDEM CONCILII CONSTANTINOPOLITANI.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibiliũ omnium & inuisibilium conditorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium dei B
vnigenitum ex patre natum ante omnia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum nõ factum, homousion patri, hoc est, eiusdem cum patre substãtię, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis, & incarnatus est de spiritu sancto, ex Maria virgine homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dextram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificatorem ex patre progredientem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per prophetas, vnam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem C
peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

Nomina CL. Sectarius Constant. Timotheus Alexandriæ, Dorotheus à Corintho, Cyrillus Hierosolymitanus, Calasius Cæsarien. Macer Hiericontius, Diony. Diospolitanus, Priscianus Nicopolitanus, Saturninus, Sebastien. Auxentius Ascalo. Elianus Ranienſis, Zenon Tyrius, Paulus Sydo. Deisbus à Ptolomaida, Philip. Damas. Varachus Peneaclensis, Timotheus, Basilides, Abbibo, Mochinius Araclensis, & cæteri.

D SYNODVS EPHESINA PRIMA DVCENTORUM Episcoporum, Habita aduersus Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui purum hominem ex sancta virgine Maria natum asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec vnũ Christum in verbo dei & carne sentiret, sed seperatim atque seiunctim alterum filium dei, alterũ hominis prædicaret. Conuenit autem hæc synodus Theodosio iuniore tertiodecimo, & Valentiniano ter-
E tio consulibus, era. CCCCLXVIII. Cui synodo præsedit beatis. quondam Cyrillus Alexãdriæ Episcopus, qui cum omni cõcilio ad eundẽ Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.

EPISTOLA EPHESINI CONCILIJ ad Nestorium.

RELIGIOSO & deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, vel qui-
F cunque sunt apud Ephesi synodum. Cum saluator noster aperte pronunciet, qui diligit patrem aut matrẽ super me, non est me dignus: & qui diligit filiũ aut filiam super me, nõ est me dignus: quid nos patiemur qui deposcimur à tua religione, vt te super Christũ saluatorẽ omnium diligamus? Quid enim nobis in die iudicij proderit, aut quam satisfactionẽ reperire poterimus propter tam diuturnũ silẽtium delatis à te cõtra eum blasphemiis? Et si quidẽ te tantũmodo læderes, docens ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. Cum vero totam scandalizaueris ecclesiam, & fermentum insolitæ prauitatis & nouæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed vbique consistentibus (nam tuarum expositionum libri per cuncta vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gati sunt)pro nostro silentio quæ oratio vltra vel excusationis sermo sufficiat? Aut quomodo G
nō neceſſe ſit meminiſſe Chriſti domini ſic dicētis:Nō putetis quod venerim pacem mitte-
re in terram:non veni pacem mittere ſed gladiū: veni enim ſeparare hominē aduerſus patrē
ſuum,& filiam aduerſus matrem ſuam.Nam cum læditur fides, parentum reuerentia velut
inutilis & periculoſa deſpicitur,& amor erga filios fratresq; vitatur,ad poſtremum etiam ſu
per ipſam vitam mors potius à piis viris eligitur,vt meliorem reſurrectionem (ſicut ſcriptū
eſt)conſequantur.Ecce itaq; te ſimul cum ſancta ſynodo quæ apud amplam vrbem Romam
congregata eſt,præſidente ſanctiſſimo & reuerendiſſimo patre & conſacerdote noſtro Cœ-
leſtino epiſcopo,his ſcriptis ſynodicis te etiam tertio conuenimus,conſilium dantes vt à tam
prauis abſtineas dogmatibus quæ & ſentire cognoſceris & docere: recipias vero fidem re- H
ctam eccleſiis per beatiſſimos apoſtolos & euangeliſtas ab initio traditam,qui & oculis inſpe
xerunt,& miniſtri verbi fuiſſe monſtrantur. Quod ſi hoc religio tua facere diſtulerit, iuxta
dilationem literis præfinitam ſanctiſſimi & reuerendiſſimi conſacerdotis noſtri Romanæ
præſulis eccleſiæ Cœleſtini, ſcias te nullam ſortem habere nobiſcū, nec locum aut cōuiuium
cum dei ſacerdotibus & epiſcopis obtinere.Nō enim fas eſt cōteri non ſolū eccleſias ita tur-
batas & ſcandalizatas populis,fidemq; rectiſſimā violatam diſſipatamq;, quinetiam gregem
quē cuſtodire debueras,ſi quidem iuxta nos amator recti dogmatis extitiſſes, ſanctorū patrū
veſtigia pia cōſectans.Omnes itaq; quos propter fidem tua religio à cōmunione remouit,aut I
ab ordine ſuo depoſuit laicos & clericos in noſtram cōmunionē recipimus,nō enim iuſtū eſt
eos tuis decretis opprimi qui nouerunt recta ſentire: qui etiā benefacientes tibi prudētiſſime
reſtiterunt, hoc idem nanq; in epiſtola quam miſimus ad præſulem amplæ Romæ ſanctum
& coēpiſcopum noſtrum Cœleſtinum ſignificare curaſti.Non autem ſufficit vel tuæ religio-
nis tantummodo fidei ſymbolum confiteri,quod expoſitum eſt per idem tempus, ſpiritu ſan
cto largiente,& venerando & magno concilio apud Nicæam congregato. Hoc enim non
intellexiſti,nec recte interpretatus es,quinimo peruerſe,licet ſonovocis eadem verba protu-
leris. Sed conſequēs eſt etiam iureiurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta
& prophana dogmata, ſentias autem & doceas quæ nos vniuerſi per orientem ſeu per occi- K
dentem epiſcopi & magiſtri,præſulesq; populorum credimus& docemus.Epiſtolis autem ab
Alexandria tuæ religionis directis eccleſia conſenſum præbuit,tam ea quæ apud vrbem Ro-
manam conuenit ſancta ſynodus,quàm etiam nos omnes velut recte irreprehenſibilitērque
conſcriptis. Subdidimus autem his noſtris quæ ſentire oporteat & docere, & à quibus abſti-
nere conueniat,hæc eſt enim fides catholicæ eccleſiæ, cui cuncti conſentiunt orthodoxi per
orientem occidentemq; pontifices.

CRedimus in vnum deum patrē omnipotentem, omnium viſibiliū & inuiſibilium cō-
ditorem,& in vnū dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium dei,natū de patre vnige-
nitū,hoc eſt,ex ſubſtātia patris,deum ex deo,lumē de lumine, deū verum ex deo vero,
natum nō factum,Homouſion patris,hoc eſt,vnius cū patre ſubſtātiæ,per quem omnia facta L
ſunt in cœlo & in terra,qui propter nos homines & propter noſtrā ſalutē deſcēdit de cœlis.
Et incarnatus eſt,& homo factus paſſus eſt,& reſurgēs tertia die aſcēdit in cœlos,inde vētu-
rus iudicare viuos & mortuos.Et in ſpiritū ſanctum.Eos autē qui dicūt, erat tēpus quando
nō erat,& antequā naſceretur nō erat,& quia ex nullis exiſtentibus factus eſt,aut ex alia ſub-
ſtantia vel eſſentia eſſe dicunt,aut cōuertibilem vel cōmutabilem dei filiū, anathematizat ca
tholica & apoſtolica eccleſia.Sequentes itaq; omnium ſanctorū patrum cōfeſſiones,quas lo-
quente in eis ſancto ſpiritu protulerunt,& intentioni quæ eſt in eorum intellectibus æquis ve
ſtigiis inhærentes,atq; iter ambulantes regium,profitemur quod ipſum vnigenitū dei verbū
natum ex ipſa patris eſſentia de deo vero deus verus, lumen de lumine, per quē omnia facta M
ſunt,ſiue in cœlis ſiue in terra,ſalutis noſtræ cauſa deſcendens ad exinanitionē ſeſe dignatus
eſt inclinare, natus autē & homo factus,id eſt,carnē de virgine ſancta ſuſcipiens,camq; pro-
priam faciens,natiuitatem noſtrā ex vulua ſuſtinuit,homo de muliere procedens, nec quod
erat abiiciens.Nam licet factus ſit in aſſumptiōe carnis & ſanguinis, tamen etiam quod erat
deus natura ſcilicet & veritate perſiſtens.Nec carnem itaq; dicimus in naturam deitatis eſſe
conuerſam,nec in ſubſtantiam carnis inſeparabilem dei verbi eſſentiam cōmutatam.Incon-
uertibilis eſt enim & incōmutabilis,idemq; ipſe iuxta ſcripturas iugiter permanens.Viſus eſt
autem & paruulus,poſitusq; in cunabilis,& ſinibus genitricis virginis conſtitutus vniuerſam
creaturam replebat vt deus genitori ſuo indiuiſus exiſteret. Quod diuinū eſt enim, ſine quā-
titate,

A titate,& ſine mole cognoſcitur. Nec vllis terminis contineri verbum dei ſecundū ſubſiſten-
tiam confitentes,vnū adoramus filium & dominum Ieſum Chriſtum, nō ſeorſum ponētes,
& determinantes hominē deum velut inuicem ſibi dignitatis & autoritatis vnitati coniun-
ctum,hoc enim nouitas vocis eſt,& nihil aliud:nec item Chriſtum ſpecialiter nominātes dei
verbū quod ex deo eſt,nec alterū ſimiliter Chriſtum ſpecialiter qui de muliere natus eſt, ſed
vnum ſolūmodo Chriſtum dei patris verbum cum propria carne cognoſcimus. Tunc enim
etiam iuxta nos vnctus eſt,quāuis ſpiritum dignis ipſe cōtulerit,& nō ad menſurā,ſicut bea-
tus Ioānes Euangeliſta aſſeruit.Sed nec illud dicimus,quod dei verbū velut hominem cōmu
nem qui de ſancta virgine natus eſt habitauerit,nec deum homo Chriſtus habitatorem poſ-
B ſidere credatur. Quanuis enim habitauerit in nobis,& dictum ſit in Chriſto habitare om-
nem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus verbum quod caro factum
eſt non ſicut in ſanctis habitare dicitur, nec talem in ipſo habitationem factam definire ten-
tabimus,ſed vnus iuxta naturam nec in carnem penitus cōmutatus talem ſibi fecit habitatio-
nem,qualem & anima hominis habere creditur,ad proprium corpus. Vnus igitur eſt Chri-
ſtus & dominus,non velut coniunctione qualibet invnitate dignitatis & autoritatis hominis
habentis ad deum.Non enim poteſt vnire naturam ſola dignitatis æqualitas.Deniq; Petrus &
Ioannes æqualis ſunt ad alterutrum dignitatis, propter quod Apoſtoli & ſancti diſcipuli eſſe
monſtrantur, veruntamen vterque non vnus eſt. Nec iuxta collationem vel connexionem
C modum coniunctionis aduertimus, hoc enim ad vnitatem non ſufficit naturalem: nec ſe-
cundum participationis effectum nos etiam ſicut adhærentes domino vnus cum eo ſpiritus
ſumus,imò potius coniunctionis nomen euitamus, tanquam non exiſtens idoneum quod ſi-
gnificat vnitatis arcanū.Sed neq; deum aut dominū Chriſti verbum dei patris aſſerimus, ne
iterum manifeſtius in duo diuidam⁹,vnū Chriſtum filium & dominum, & in crimen ſacri-
legij recidamus,deum illi ſeipſum facientes & dominum. Vnitus quippe ſicut ſuperius dixi-
mus deus verbum carni ſecundum ſubſtantiā,deus quidem eſt omnium & dominator vniuer
ſitatis.Verūtamen nec ſeruus eſt ſibiipſi nec dominus,quoniā ineptum eſt vel potius impium
hoc ſentire vel dicere.Quāuis enim dicat deū ſuum patrē, cum ſit deus & de ſubſtantia eius,
D tamen nullatenus ignoramus quod manens deus homo quoq; factus eſt,qui ſub deo debitam
legem naturæ humanitatis aſſumeret.Ipſe vero ſibi quomodo vel deus poterit eſſe vel domi
nus?ergo ſicut homo quantū decenter exinanitionis menſuræ cōgruit ſub deo eſſe,nobiſcum
eſſe decreuit.Hoc etiā quomodo ſub lege factus eſt,quāuis ipſe promulgauerit legē, & legiſ-
lator vt deus exiſteret,cauemus de Chriſto dicere.Propter aſſumentē veneror aſſumptū. Et
propter inuiſibilem adoro viſibilē.Horrendū vero ſuper hoc eſt etiā illud dicere, is qui ſuſce
ptus eſt cū eo qui ſuſcipit nūcupatur de⁹.Qui enim hæc dicit,diuidit iterum in duos Chriſtos
eum qui vnus eſt,hominem ſeorſum in parte,& deū ſimiliter in parte conſtituens.Euidenter
enim denegat vnitatē,ſecundum quam nō alter cum altero coadoratur,aut nuncupatur de⁹,
E ſed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus filius dei vnigenitus,vna ſeruitute cum propria carne ve
nerandus. Cōfitemur etiam quod idem ipſe qui ex deo patre natus eſt filius vnigenitus deus,
licet iuxta naturam ſuam expers paſſionis extiterit, pro nobis tamen ſecundum ſcripturas
carne percuſſus vel perpeſſus ſit, & erat in crucifixo corpore proprie carnis impaſſibiliter
ad ſe referens paſſionem.Gratia vero dei pro omnibus guſtauit mortem, tradens & propri-
um corpus,quāuis & naturaliter ipſe vita ſit,& reſurrectio mortuorū. Nam vt mortē ineffa-
bili potētia proculcaret,ac prius in ſua carne primogenitus deus licet iuxta naturam ſuā mor
tis expers,ex mortuis fieret primitiæ dormientiū,viamq; faceret humanæ naturæ ad incorru
ptionis recurſum,gratia dei ſicut ſuprà dictū eſt pro hominibus guſtauit mortē, & tertia die
F reſurgēs expoliauit infernū.Idcirco quāuis dicat quod per hominē facta ſit reſurrectio mor-
tuorum,tamē intelligimus hominē factum verbū quod ex deo eſt,& per ipſum mortis impe-
rium fuiſſe deſtructū.Veniet autē temporib⁹ præfinitis ſicut eſt vnus filius & dominus in glo
ria patris,vt iudicet orbē terrarū in æquitate,ſicut ſcriptura teſtatur.Neceſſario igitur & hoc
adiicimus:annūciantes enim ſicut ſecundū carnem mortē vnigeniti filij dei,id eſt,Ieſu Chri-
ſti & reſurrectionem eius,& in cœlis aſcenſionem pariter confitentes, incruentā celebramus
in eccleſiis ſacrificij ſeruitutem:ſic etiā ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctifica-
mur participes ſancti corporis & precioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum redemptoris
effecti,nō vt cōmunem carnē percipientes(quod abſit)nec vt viri ſanctificati & verbo cōiun
cti ſecundū dignitatis vnitatē, aut ſicut diuinā poſſidentes habitationē, ſed vere vinificatricē

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipsius verbi propriam factã. Vita enim naturaliter vt deus existens,quia proprie carne v- G
Ioan.6 nitus est,viuificatricẽ eam esse professus est.Et ideo quãuis dicat ad nos,Amẽ amen dicovobis,nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ non tamen eam vt hominis vnius ex nobis existimare debemus: quomodo enim iuxta naturã suam viuificatrix esse caro poterit hominis? sed vt vere propriam eius factã, qui propter nos filius hominis est factus & vocatus.Eas autemvoces,quas saluator in euangeliis protulit,non in duabus substãtiis aut personis omnino patimur.Non enim duplex est vnus Christus & deus solus,quanuis ex duabus diuersisq; rebus ad vnitatem cognoscitur indiuiduam conuenisse,sicut homo quoque ex anima constat & corpore, non duplex vnus, sed potius est ex vtroque. Humanas ergo & diuinas insuper voces ab vno Christo dictas animaduertentes recte sentimus. Cum e- H
nim de duobus dignissime loquitur de seipso: Qui me videt, videt & patrem: &, ego & pater vnum sumus: diuinam eius intelligimus ineffabilemq; naturam,secundum quam vnus est cum patre suo propter vnam eandemq; substantiam, imago & character splendor gloriæ eius existens. Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus ignorans Iudæos alloquitur: Nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem loquutus sum vobis: item non minus eum qui in similitudinem & æqualitatem patris est deumverum etiam in mensuris humanitatis eius agnoscimus.Si autem necessario creditur quod natura deus existens, factus sit caro,imò potius homo animatus anima rationali,quæ causa est vt in eius quilibet vocibus erubescat,si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abiicit, iux- I
ta nos hominem fieri quid coëgit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinauerit, quam ob causam dignos examinatione sermones effugerit? Vni igitur personæ cuncta eius in Euangelio ascribimus, vni substantiæ verbi scilicet incarnati, quia vnus est dominus Iesus Christus, vt scriptum est. Appellatum vero ab Apostolo pontificem confessionis nostræ tanquam sacrificantem deo & patri fidei nostræ confessionem, quæ à nobisipsis ipsi deo patri incessanter offertur, iterum ipsum esse dicimus ex deo secundum naturam filium vnigenitum,nec homini præter eum alteri sacerdotij nomen & officium deputamus, factus est enim mediator dei & hominum, & reconciliator ad pacem, semetipsum deo & patri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideóque dicebat:Sacrificium K
Psal.93 & oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfeciſti mihi, tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem deus voluntatem tuam.Obtulit enim proprium corpus non pro se, sed pro nobis in odorem suauitatis. Nam qua pro se vel oblatione vel sacrificio indigeret, omni peccato liber vt deus existens?Quod si omnes peccauerint,& egent gloria dei secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti peccatis ægrotauit humana natura. Ipse vero non ita: ideóque nos gloria eius egemus. Cur erit vltra iam dubium, quod agnus verus pro nobis sit immolatus? Qui autem dicit, quia seipsum tam pro se quàm pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cum nihil prorsus iste deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione nullo suo existente facinore? pro quo si esset satis admo L
dum conuenienter offerret.

De spiritu quoq; cum dicit,Ille me clarificabit,hoc rectissime sentientes,vnum Christum dominum & filium non velut alterius egentem gloria confitemur à spiritu sancto gloriam consecutum,quia eius spiritus,nec melior nec superior ipso est.Sed quia humana opera faciens ad demonstratione suæ deitatis virtute proprij spiritus vtebatur,ab ipso glorificari dicitur,quod virtus sua vel disciplina quælibet vnũquenq; clarificet. Quãuis enim in sua sit substantia spiritus eius,& intelligatur in persona proprietas iuxta id quod spiritus est & nõ filius, attamen alienus ab illo non est.Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus M
est,vnde & ab isto similiter sicut ex deo patre procedit. Deniq; hic & ipse spiritus etiam per sanctorũ manus apostolorum miracula glorioſa perficiens dominũ glorificauit Iesum Christum,postquã ascendit in cœlũ.Nam creditus est Christus natura deus existens, per suũ spiritum virtutes efficiens: ideoq; dicebat,de meo accipiet,& annũciabit vobis.Nequaquam vero participatione alterius idem spiritus sapiens aut potẽs dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono.Nam paternæ virtutis & sapientiæ,id est, filij spiritus creditur,& ideo ipse re & subsistente virtute virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia deum carne vnitum iuxta subsistentiam sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam dei genitricem esse profitemur,non quod verbi natura existendi principium de carne sortita sit.Erat enim in

A enim in principio verbum,& deus erat verbum,& verbum erat apud deum,& ipse conditor seculorum patri coæternus & vniuersitatis conditor: sed quod superius diximus, iuxta subsistentiam sibimet vniens humanam naturam, natiuitatem sustineret ex ipsa vulua corporea.Non quod eguerit necessario propter suam naturam natiuitate quæ est in extremis seculi facta temporibus, sed vt ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias.Et dum deum carne vnitum mulier ædidisset, illa quæ aduersus omne genus humanum maledictio fuerat prolata desineret, nec iam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod dictum est, in tristitia paries filios,ipse dissoluens verum esse monstraret quod prophetæ voce prædixerat,Absorpta est mors in victoria. Et iterum: Abstulit deus omnem lachrymam ab omni fa
B cie.Propter hanc enim causam dicimus eum dispensatorie, & ipsis tunc benedixisse nuptiis, cum in Cana Galilææ cum sanctis vocatus fuit Apostolis.Hęc sapere edocti sumus tam à sanctis Apostolis quàm Euangelistis,& ab omni scriptura diuinitus inspirata,necnon & à beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiã religionem tuam concordare, & præter aliquem dolum consentire conuenit.Quæ vero huic religioni tuæ anathematizare necesse est,huic epistolæ nostræ subiecta sunt.

CONCILII EPHESINI DECRETA. I.

C Si quis non cõfitetur deum esse veraciter Emmanuel,& propterea dei genitricẽ sanctam virginem,peperit enim secundum carnem, carnem dei factum verbum, secundum quod scriptum est,verbum caro factum est,anathema sit.

2 Si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum dei patris verbum, vnúmque esse Christum cum propria carne eũdem, scilicet deum simul & hominem, anathema sit.

3 Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem, sola eas connexione coniungẽs ea,quæ secundum carnis dignitatem sit, vel etiam autoritatem & potestatem, ac non potius conuentu qui per vnitatem factus est naturalem,anathema sit.

4 Si quis personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in apostolicis scriptis continen-
D tur & euangelicis diuidit,vel quæ de Christo dicuntur à sanctis vel ab ipso, & aliquas quidẽ ex his velut homini qui præter dei verbum specialiter intelligatur aptauerit, illas autem tanquam dignas deo soli dei patris verbo deputauerit,anathema sit.

5 Si quis audeat dicere hominem Christum theophoron,id est, deiferum, ac non potius deum esse veraciter dixerit,tãquam filium per naturam secundum quod verbum factum est caro,& communicauit similiter vt nos carni & sanguini,anathema sit.

6 Si quis dicit deum esse vel dominum Christi dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur deum simul & hominem,propterea quod verbum caro factum est secundũ scripturas,anathema sit.

E 7 Si quis velut hominem Iesum operante deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit,anathema sit.

8 Si quis audet dicere,assumptum hominem coadorandum deo verbo,& conglorificandũ & connuncupandum deum tanquam alterum cum altero:nam *cum* syllaba superadiecta hæc cogit intelligi: ac non potius vna supplicatione veneratur Emmanuel,vnãq; ei glorificationem dependit,iuxta quod verbum caro factum est,anathema sit.

9 Si quis vnum dominum Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu sancto,tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus,
F posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius proprium fatetur eius spiritum per quem diuina signa expleuit,anathema sit.

10 Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum diuina scriptura commemorat.Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis deo & patri. Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum dicit factum non ipsum dei verbum, quando caro factum est & homo iuxta nos homines,sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere,aut qui dicit quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis,non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit,anathema sit.

11 Si quis non confitetur carnem domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi dei patris, sed velut alterius præter ipsum coniuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam

Universidad de Deusto
Biblioteca

habentis habitationem,ac non potius viuificatricem esse,quia facta est propria verbi viuifi- G
care valentis,anathema sit.

12 Si quis nō confitetur dei verbū passum carne,& crucifixū carne,& mortē carne gustasse, factū primogenitū ex mortuis secundum quod vita est,& viuificator vt deus,anathema sit.

13 Ait igitur magna & sancta synodus,ipsum qui est ex deo patre naturaliter natus, filium vnigenitū deum de deo vero, lumē de lumine,per quē & cum quo omnia fecerit pater, hunc descendisse,incarnatū esse,& hominē factum,passum esse,& resurrexisse tertia die,ascendisse rursus in cœlos.Hæc nos sequi verba debemus,his nos cōuenit obtemperare dogmatibus,cō siderantes quid sit incarnatū esse,& hominē factū dei verbum.Non enim dicimus quod dei natura cōuersa vel immutata sit,sed magis quod carnem animatā anima rationali sibi copu- H
lauerit,verbumq; substantialiter ineffabiliter & incōprehensibiliter factus sit homo,& nuncu patus sit etiā filius hominis nō nuda tantūmodo voluntate,sed nec assumptione sola personę, sed quod diuersæ quidem naturæ in vnū conuenerunt , vnus tamen ex ambobus Christus & filius nō euacuata vel sublata diuersitate naturarū per coniunctiones,sed quia simul nobis effecerunt,vt vnū deum & Christum & filiū, id est, diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemq; copulationem ad humanitatē. Itaq; is qui ante secula omnia est natus ex patre, etiā ex muliere carnaliter est procreatus .Nō quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec propter seipsum opus habuit secūdo nasci post illam natiuitatē quā habe- I
bat ex patre.Est enim ineptū & stultum hoc dicere quod is qui ante omnia secula & cōsempiternus patri,secundæ generationis eguerit,vt esse inciperet: sed quia propter nostrā salutem naturam sibi copulauit humanā,& processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Neq; enim primum natus est homo cōmunis de sancta virgine , & tunc demum inhabitauit in eo verbum,sed in ipsa vulua vteroq;virginali secum carnem cōiunxit & sustinuit generationem carnalem,carnis suæ natiuitatem faciens.Sic illum diximus passum esse & resurrexisse,nō quia deus verbū in sua natura passus sit aut plagas, aut clauos, & transfixiones, aut alia vulnera susceperit: Deus nanq; incorporalis & extra passionē est: sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est,hoc sustinuit.Ideo hæc omnia pro nobisipsis dicitur passus, inerat enim in eo corpore quod patiebatur,deus,qui pati nō poterat. Simili modo & mortem ipsius K
intelligimus:immortale enim & incorruptibile est naturaliter & vita &viuificans deus verbum: sed quia corpus ipsius propriū gratia dei,iuxta Pauli vocem,pro omnibus mortē gustauit,idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis.Non quod ipse mortē esset expertus,quantū ad ipsius naturam pertinet(insania enim est hoc vel sentire vel dicere)sed quod (vt diximus) vera caro ipsius mortem gustauit.Ita & resurgente carne ipsius rursus resurrectionem dicimus,nō quia in corruptionē eciderat(quod absit) sed quia eius resurrexit corpus.Ita Christū vnum,& dominū confitemur,non tanquā hominem cum verbo coadorantes , vt diuisionis quædam species inducatur , sed vnū iam & eundem adorantes,quia non est alienum à verbo corpus suum cum quo ipse etiā assidet patri.Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assiden- L
tibus,sed vnà cum carne per vnitatem : quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi præpassibilem,aut quasi parū decoram voluerimꝰ accipere,in id incidemus,vt duos filios esse dicamus.Necesse est enim discernere,& dicere hominē separatim fuisse,sola filij appellatione honoratū:& rursus verbum quod est ex deo in homine in veritate filium dei. Sed discernere in duos filios nō debemus vnum dominū Iesum Christum.Neq; enim adiuuat rectam fidei rationem,licet nōnulli copulationem nescio quā perhibeant personarū.Non enim dicit scriptura,verbū dei personam sibi hominis assumpsisse , sed carnem factū esse.Id autem est ostendere dei verbum similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse , non abiecta vel deposita M
deitate,vt generationē illam amitteret, quam habebat ex patre, sed māsisse etiam in assumptione carnis deum quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus,ideoq; illi non dubitauerunt sanctam virginem dicere theotocon, non quia verbi natura deitásque in sancta virgine sumpsit exordium , sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum dei verbū, carnaliter natum esse dicitur.Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi,quęrens tanquā fratrem & contestans coram deo & electis eius angelis,vt hæc nobiscum sentias simul & doceas, vt ecclesiarum pax saluetur , & concordiæ charitatisq; vinculum indissolubile maneat sacerdotibus.

CON-

A

CONCILIVM CHALCEDONENSE D C XXX.

Episcoporum Valentiniano VI. & Ahino consulibus, Era.CCCC LXIX. aduersus Euticen & Dioscorum.

B CONSVLATV piissimi & amatoris Christi,Flauij Martiani perpetui Augusti,die Idus Octobris,synodus facta in Chalcedonensi ciuitate metropoli prouinciæ Bithyniæ, ex decreto synodorum & fidelissimorum verborum Imperatorum Valentiniani &Martiani,conuenientibus in ecclesia sanctę ac triumphatricis martyris Leufemiæ,gloriosissimis principibus,id est, magnificentissimo & glorioſissimo magistro militum expræfecto & exconsule patritio Anatholio, & magnificentissimo & glorioſissimo præfecto sacri prætorij præfecturæ Palladio , & magnificentissimo præfecto vrbis Tatiano , & magnificentissimo & glorioſissimo magistro diuini officij Vincemalo, & magnificentissimo & glorioſissimo magistro Martiali, & glorioſissimo & magnificentissimo comite domesticorum Sporatio,& magno comite re-
C rum priuatarum Genetholio, appositis etiam ex glorioso senatu,id est, magnificentissimo & glorioſissimo expræfecto prætorij sexies exconsule ordinario & patritio Florentio , & magnificentissimo & glorioſissimo exconsule ordinario & patritio senatore , & magnificentissimo & glorioſissimo magistro exconsule ordinario patritio Nomo , & magnificentissimo & glorioſissimo expræfecto & exconsule ordinario & patritio Protogenio , & magnificentissimo & glorioſissimo magistro expræfecto Zoilo , & magno & glorioso expræfecto vrbis Apollonio,& magnificentissimo expræposito vrbis Artaxerse. Concilio autem to-
D tius orbis secundum diuinum præceptum in Chalcedona ciuitate congregato, id est,Paschatius orbis secundum diuinum præceptum in Chalcedona ciuitate congregato, id est,Paschatius & Lucentio episcopis,& Bonifacio presbytero,conuenientibus legatis venerabilis & sancti archiepiscopi antiquæ Romæ Leonis,conueniente & sancto Anatholio archiepiscopo ma
D gnificentissimo Constantinopolitano nouæ Romæ , & reliquis sanctissimis & reuerendissimis sexcentis triginta episcopis:Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos sancti altaris cū magnificentissimo & eximio senatu, aduenientе etiam piissimo Imperatore Martiano in supradicta sanctissima Basilica,præsente etiam zelo diuino, calore fidei accensa, piissima & fidelissima regina Augusta pulcherrima,sanctam synodum allocutus est sic:Cum primum per electionem in regnum de secreto dei prouecti sumus, inter tantas publicas vtilitates nullum magis nos constrinximus ad negotium, quàm rectam & veram fidem Christianorum , quæ sancta & veneranda consistit, indubitatam omnibus declarare . Manifestum est enim quod ex auaritia vel vano studio,hi qui præcedentibus temporibus diuersa sapuerunt,& docuerunt
E populum prout eis placuit,non prout conuenit , neq; quod veritas , aut doctrina patrum exquirit,multi ad errorem seducti sunt : vnde sanctam synodum scilicet ad istam fieri perfectionem properamus,& laborem vobis arbitrati sumus imponere , vt omni errore caliginis detersо,secundum quod ipsa diuinitas hominibus se fieri manifestam esse voluit, & patrum demonstrauit doctrina , sic fides nostra quæ pura & sancta consistit , in omnium ingrediens animas propriæ veritatis effulgeat luce. De cætero audeat nemo de natiuitate domini & saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare,præter quod apostolicum proœmium CCCXVIII. sanctorum patrum consonans huic doctrinæ,tradidisse noscitur, sicut sanctissimi papæ Leonis,qui apostolicum gubernat thronum,ad sanctæ memoriæ Flauianum regiæ vrbis Constan
M tinopolitanæ quondam episcopum testantur literæ.Nos enim ad confirmandam fidem, non
F ad ostendendam virtutem,exemplo Imperatoris Constantini, adesse synodo excogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracta inueniatur dissentiens:facile enim simplicitas quorundam commentis ceu locuti sumus vsq; nunc delusa est,quoniam manifeste diuersorum prauis doctrinis discordię & hæreses ostensæ sunt.Nobis autem omne studium adhibendum est , populum propter veram sanctamq; doctrinam idipsum sentientem vni rectæ applicare ecclesiæ:& ideo veram fidem catholicamq; etiam exponere secundum patrum doctrinam,concordantibus animis vestris,vestra properet reuerentia,vt qualiter in Nicæna synodo vsq; in hoc tempore abscisso errore vera fides est hominibꝰ cognita,sic & nunc per hanc sanctam synodum depositа nebula quæ in eis paucis annis (vt superius diximus)ex

prauitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

prauitate & auaritia quorundam visa est exoriri,semper seruentur quæ statuta sunt.Erit qui- G
dem diuinæ prouidentiæ,quod pie fieri volumus in secula hoc conseruare firmissime.Et post
regis hæc verba,omnes episcopi clamauerunt Martiano nouo Constantino,multi anni regi,
multi anni reginæ,orthodoxis multi anni,Martiani amatoris Christi regnum in secula per-
maneat,digni orthodoxę fidei amatoris Christi.Sit à nobis procul inuidia.Et post hæc Etius
archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ,& primicerius notariorum dixit:Nutu supe-
næ gratiæ,zelo diuino serenitatis vestræ,piissimi, quibus à deo omne regnum concessum est,
Imperatores,circa sanctionem vestram congregata hæc sancta & magna totius mundi syno
dus,sicut cum plurima multorum dierum vocatione & diuina diligentia omnem quidem in
præterito quomodo exorta est contra rectam & inuiolabilem catholicam nostram fidem ver H
bo veritatis discordiam effugauit,omnem abigendo innouationem,sicut in scriptis per secu-
la quæ subsequuntur acta demonstrant. Terminum vero simplicem statuit diuinarum scri-
pturarum virtute munitum, & sanctorum ac beatissimorum in ipso conseruat sententiam,
ad veram quidem scientiam syncere legentium,& ad longæuam coronam vestri Imperij. Et
habeo ipsum præ manibus,& si videtur nutui vestræ serenitatis perlegam. Piissimus & fide-
lissimus Imperator dixit,perlege.Etius archidiaconus perlegit.Sancta & magna & venerabi-
lis synodus quæ secundum gratiam dei ex decreto piissimorum Imperatorum Valentiniani
& Martiani augustorum congregata est in Chalcedonensi ciuitate metropoli prouinciæ Bi-
thyniæ,in basilica sanctæ ac triumphatricis martyris Eufemiæ,statuit quę subter comprehen I
sa sunt.

Ioan.14. DOminus & Saluator noster Iesus Christus fidei agnitione proprios confirmans disci-
pulos ait:Pacem meã do vobis,pacem meã relinquo vobis, vt nulla fidei dissensio in
proximos oriatur,sed ex æquo veritatis prædicatio ostẽdatur.Sed quia nõ desinit ma
lignus in ipsis pietatis seminibus zizania sua inserere,& noui aliquid aduersus veritatem sem
per excogitare,idcirco dominus noster humano generi solito cupiens prouidere, piissimum
hunc & fidelissimũ Imperatorẽ erexit ad zelũ,qui vndiq; sacerdotũ pontifices ad se cõuoca-
uit,vt gratia domini nostri Iesu Christi cooperante, omnẽ mendacij pestilentiam ab ouibus
Christi remoueat easq; veritatis germinibus reficiat,quod ex cõmuni decreto peregrinas er- K
roris quidẽ sectas abiicientes,& patrũ rectam fidẽ renouantes,trecentorũ decem & octo sym
bolum omnibus prædicantes.Et velut horũ domesticos centũ quinquaginta patres qui Con-
stantinopolim cõuenerunt,huic piissimo titulo ascribimus, quoniã & ipsi eandẽ fidem subsig-
nauerunt.Statuimus igitur ordinẽ,& omnes fidei formulas custodiẽtes, etiam sanctã syno-
dum Ephesi factã,cuius autores fuerunt,venerabilis memoriæ Cœlestinus Romanæ vrbis,&
Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotes,vt præfulgeat quidẽ rectæ & inculpabilis fidei ex-
positio trecentorũ decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæa sub Constantino piæ me-
moriæ Imperatore conuenerunt,contineatur & centum quinquaginta sanctorum patrum in
vrbe Constantinopolitana decretum ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulãtium, L
confirmationem vero ipsius catholicæ atq; apostolicæ nostræ fidei.

SYMBOLVM NICENI CONCILII.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium
conditorem.Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei,de patre natum vnige
nitum,hoc est,de substantia patris,deum verũ de deo vero,natũ non factum,Homou-
sion patris,hoc est,eiusdem cum patre substãtiæ,per quẽ omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ
in terra,qui propter nos & propter nostram salutẽ descendit,& incarnatus est.Homo factus
passus est,& resurrexit tertia die,& ascendit in cœlos, inde venturus est iudicare viuos & mor
tuos.Et in spiritũ sanctum.Eos autem qui dicunt,erat quando nõ erat, & antequã nascereturM
non erat,& quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt
esse,aut conuertibilem filium dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia, & idipsum
centum quinquaginta patrum symbolum: Credimus in vnum deum patrem omnipotẽtem,
factorem cœli & terræ,visibilium & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum
Christum filiũ dei vnigenitum,ex patre natũ ante omnia secula,deum de deo,lumen de lumi
ne,deum verũ de deo vero,natum nõ factum,Homousion patri,id est,eiusdẽ cum patre sub-
stantiæ, per quem omnia facta sunt, qui propter nos & propter nostram salutem descendit.
Et incarnatus est de spiritu sancto ex MARIA virgine,& homo factus, passus est sub
Pontio Pilato, sepultus est, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlos, sedet ad
dexteram

A dexteram dei patris, iterum venturus iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis.
Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem,ex patre procedentem,cum patre & filio
adorandum & glorificandum,qui loquutus est per prophetas. Vnam catholicam & apostoli-
cam ecclesiam.Confitemur vnum baptisma in remissionem omnium peccatorum.Expecta-
mus resurrectionem mortuorum,& vitam futuri seculi,Amen. Sufficeret quidem ad ple-
nissimam pietatis agnitionem & confirmationem, cautissimum & salutare diuinæ gratiæ
symbolum: de patre enim & filio, & spiritu sancto doctrinam perfectam edocet,& incarna-
tionem dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi qui prædicationem
veritatis destruere conantur, quasdam propriæ hæreseos nouitates parturiunt:quidam enim
B mysterium pro nobis actum diuinæ dispensationis audent corrumpere,& vocem illam diui-
ni patris factam ad virginem denegant: alij temperamentum confusionemq; inducentes, &
vnam esse naturam carnis & deitatis insensate componentes, passibilem vnigeniti diuinam
naturam tali confusione prodigiose diuulgant. Idcirco omnem aduersus veritatem oppo-
nendam ab ipsis machinationem volens excludere sancta & magna vniuersalis synodus,
hanc prædicationem immobilem docens statuit, præcipue trecentorum decem & octo san-
ctorum patrum fidem incontaminatam manere. Et propter eos qui spiritui sancto aduersan
tur, centum quinquaginta patrum paulò posteriore tempore in vrbe Constantinopolitana
conuenientium, de substantia spiritus sancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam
C illi omnibus insinuauerunt,non quod in præcedentibus aliquid deesset adiicientes, sed de spi
ritu eorundem intellectum, aduersus eos qui deitatis eius dominationem nituntur demer-
gere, scripturarum testimoniis plenius manifestantes. Propter eos sanè qui dispensationis
mysterium tentant corrumpere, & purum hominem esse,qui ex sancta Maria virgine natus
est, imprudenter diuulgant,beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis sy
nodicas epistolas, tam ad Nestorium quàm ad cæteros per orientem congruas & sibi con-
sentientes,suscepit,ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ, & ad interpretationem
eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum. Quibus & epistolam sancti
ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis scriptam ad Flauianum sanctæ recordatio-
D nis archiepiscopum, ad perimendam Euticetis malignitatem, quæq; magni Petri confessio-
ni concordantem,communem quandam pugnam consistentem contra eos qui non recte glo
rificant, ad confirmationem catholicæ religionis euidenter subiunxit. Nam eos qui in duos
filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moliuntur execrati,& eos qui passibilem
diuinitatem vnigeniti filij audent asserere,de concilio sacerdotum repellit,& eis qui in dua-
bus naturis Christi permixtionem,vel confusionem argumentantur, aduersatur. Et qui cœ-
lestem aut alterius cuiusque substantiam existere formam serui quam ex nobis assumpsit, in-
saniendo asserunt, procul abiicit. Et eos qui duas ante adunationem naturas domini deli-
rant,vnam vero post adunationem confingunt,anathematizat. Consentientes sanctis patri-
E bus,vnum eundemq; filium confiteri dominum nostrum Iesum Christum consona voce edo
cemus,pariter perfectum eundem in deitate deum,& hominem verum eundem ex anima ra
tionali & corpore,secundum diuinitatem vnius cum patre naturæ, secundum humanitatem
eundem vnius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante secula qui-
dem ex parte natum secundum diuinitatem, in nouissimis vero diebus eundem propter nos
& propter nostram salutem hominem factum, hunc vnum eundemq; Christum filium do-
minum vnigenitum in duas naturas,inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter co-
gnoscendum,in nullo naturarum differentias propter vnitatem perimendas, magis autem
salua vtriusque naturæ proprietate & in vna coëunte persona, vnoq; statu concurrente non
F in duabus personis partiendum,vel diuidendum,sed vnum eundemq; filium vnigenitum deũ
verbum dominum Iesum Christum,sicut ab exordio Prophetæ de eo,& ipse nos erudiuit, &
nobis tradidit symbolum.His itaque cum omni vndiq; subtilitate & diligentia à nobis ordi-
natis,statuit sancta & vniuersalis synodus aliam fidem nulli licere profiteri,aut scribere, aut
docere,aut dicere aliter. Qui autem audent exponere aliam fidem, aut proferre, aut docere
aliud symbolum,volentibus conuerti ad scientiam veritatis,ex Gentilibus,ex Iudæis,vel hæ-
reticis quibuscunque,si quidem episcopi aut clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episco-
patu,& clericos à clero.Si vero monachi vel laici fuerint anathema fieri.

Concilij

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCILII CHALCEDONENSIS DECRETA. I.

REgulas ſanctis patribus in vnaquaque ſynodo vſq; nunc prolatas, proprium robur obtinere ſtatuimus.

2 Si quis epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit,& ſub precium dedu
xerit impreciabilem gratiam,atq; ordinauerit per pecunias epiſcopum,ſiue coëpiſcopum,ſiue
presbyterum,ſiue diaconum, aut quemcunq; alium qui connumeratur inter clericos, aut ac-
cepta pecunia ordinauerit œconomum,id eſt,defenſorem ſiue paramonarium:quicunq; ergo
hæc meditatus fuerit,ſiue conuictus fuerit,ipſe quidem ſubeat gradus ſui periculum:& qui ſic
ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex huiuſmodi mercimonio & creatione probroſa,
ſed ſit alienus & dignitatis & ſolicitudinis eius quam per pecunias intrauit:ſed & ille qui tam
turpibus & illicitis interceſſor apparuit,ſi quidem clericus fuerit,de proprio diſcedat gradu,
ſi vero laicus ſiue monachus fuerit,anathema ſit.

3 Peruenit in ſanctam ſynodum,quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter
turpis lucri gratiam maiorum poſſeſſionum conductiones & cauſas ſeculares ſuſcipiunt, &
ſeipſos quidem à miniſteriis ſanctis per deſidiam ſeparant, ad domos autem ſecularium con
currunt,& ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ cauſa ſuſcipiunt. Decreuit ergo ſan
cta & magna ſynodus,neminem deinceps eorum, hoc eſt, non epiſcopum, ſiue clericum, aut
monachum conducere poſſeſſiones,aut miſceri ſecularibus procurationibus,niſi forte qui le
gibus ad minorum tutelas ætatum,ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur,aut cui ipſius ci-
uitatis epiſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, vel orphanorum, aut vi-
duarum quæ indefenſæ ſunt, aut earum perſonarum quæ maxime eccleſiaſtico indigent ad-
miniculo,propter timorem dei.Si quis vero tranſgreſſus fuerit ſtatuta, correptioni eccleſia-
ſticæ ſubiaceat.

4 Qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam,digni ſunt conuenienti honore.Quia tamen
quidam monachi habitu vtentes indifferenter,per ciuitates , necnon & monaſteria , ſeipſos
propria præſumptione commendant,placuit neminem,aut ædificare,aut conſtituere mona-
ſteria,aut oratorij domum ſine conſcientia ipſius ciuitatis epiſcopi.Eos vero qui per ſingulas
ciuitates ſeu poſſeſſiones in monaſteriis ſunt,ſubiectos eſſe debere epiſcopo,& quieti operam
dare,atq; obſeruare ieiunia &orationes in locis in quibus ſemel deo ſe deuouerunt permanen
tes,& neq; communicare eccleſiaſticas neq; ſeculares aliquas attrectare actiones relinquen-
tes propria monaſteria , niſi forte iubeantur propter vrgentes neceſſitates ab ipſius ciuitatis
epiſcopo : & neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium vt ſit cum eis monachus , niſi cum
domini proprij conſcientia.Prætereuntem vero hæc,decreuimus extra communionem eſſe,
ne nomen domini blaſphemetur.Conuenit ergo ciuitatis epiſcopo,curam ſolicitudinemq; ne
ceſſariam monaſteriis exhibere.

5 Propter eos epiſcopos ſiue clericos qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt,placuit defini-
tiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

6 Neminem abſolute ordinari presbyterum vel diaconum , nec quemlibet in eccleſiaſtica
ordinatione conſtitutum,niſi manifeſte in eccleſia ciuitatis ſiue poſſeſſionis,aut in martyrio,
aut in monaſterio hic qui ordinatur mereatur ordinationis publicare vocabulum . Eorum
qui abſolute ordinantur , decreuit ſancta ſynodus vacuam habere manus impoſitionem, &
nullum tale factum valere ad iniuriam eius qui eum ordinauit.

7 Eos qui ſemel in clero taxati fuerunt,ſiue in monaſteriis deputati,decreuimus neq; ad mi
litiam,neq; ad honores ſeculares venire.Eos autem qui hoc auſi fuerint facere,& non actum
rei pœnitere maluerint,vt ad hoc idem reuertantur , quod ante obtentum dei propoſuerunt
ſibi,anathematizari.

8 Clerici in paroeciis,monaſteriis,aut martyriis cõſtituti,ſub poteſtate ſint eius qui in ea eſt
ciuitate epiſcopus,ſecundum traditionem ſanctorum patrum,nec per præſumptionem rece-
dant à ſuo epiſcopo.Eos vero qui auſi fuerint reſcindere huiuſmodi inſtitutionem quocunq;
modo,vel ſi noluerint ſubiacere proprio epiſcopo, ſi quidẽ fuerint clerici,pro perſonarum or
dinatione ſubiaceant condemnationibus canonum : ſi vero monachi ſeu laici fuerint, com-
munione priuentur.

9 Si clericus aduerſus clericum habeat negotium , non relinquat ſuum epiſcopum , & ad
ſecularia

ſecularia iudicia concurrat,ſed prius negotium agitetur apud proprium epiſcopum:vel certe
ſi fuerit iudicium ipſius epiſcopi,apud arbitros ex vtraq; parte electos audiatur negotium. Si
quis vero contra hæc fecerit,canonum ſubiaceat correptionibus.Et ſi clericus aduerſus ſuum
vel alium epiſcopum habeat cauſam,apud audientiam ſynodi prouinciæ conqueratur.Si ve-
ro contra ipſius prouincię metropolitanum epiſcopum,epiſcopus ſiue clericushabeat contro-
uerſiam,pergat ad ipſius diœceſis primatem, aut certe ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis
ſedem,vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

10 Non licere clericum in eccleſiis duarum ciuitatum ordinari , ſed in ea in qua ab initio
ordinatus eſt , & cuius expetitio erat ante profugium . Et ſi propter vanæ gloriæ deſiderium
contigerit,vt poſt ad maiorem eccleſiam confugerit , eum indubitanter reuocari debere ad
eam in qua ab exordio ordinatus eſt,& ibi tantummodo miniſtrare.Si quis vero iam tranſla
tus eſt ab alia in aliam eccleſiam,nihil habeat commune cum priore eccleſia,ſiue ſub eccleſia
conſtitutis martyriis,ſiue in paroeciis vel xenodochiis,aut eorum negotiis . Eos vero qui auſi
fuerint poſt ordinationem huius magnæ & vniuerſalis ſynodi agere quæ prohibita ſunt,ſta-
tuit ſancta ſynodus cadere de proprio gradu.

11 Omnes pauperes & indigentes eccleſiaſticis auxiliis,cum proficiſcuntur, ſub probatione
epiſtolij,ſiue pacis,quæ dicuntur eccleſiaſticæ, tantummodo commendari ſtatuimus , & non
commendatitiis epiſtolis,quia commendatitias epiſtolas quas dicimus,eos tantum accipere
conuenit qui in opere ſunt clariores,vt eis tantummodo præbeantur.

12 Peruenit ad nos,eo quod quidam præter eccleſiaſticos ordines affectantes potẽtiam, per
pragmaticam formam vnam prouinciam in duas diuidant , ita vt ex hoc inueniantur duo
metropolitani epiſcopi in eadem vna eſſe prouincia.Statuit ergo ſancta ſynodus deinceps ni
hil tale attentari à quolibet epiſcopo.Eos vero qui tale aliquid tentauerint, de proprio gradu
cadere.Si quæ vero antè ciuitates per pragmaticam imperialem metropolitani nominis ho-
nore decoratæ ſunt,nomine ſolo perfruantur:& qui eccleſiam eius regit epiſcopus,priuilegio
metropolitano,epiſcopo iure proprio reſeruato.

13 Extraneum clericum & lectorem extra ciuitatem ſuam ſine commẽdatitiis literis pro-
prij epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare.

14 Quia in quibuſdam prouinciis conceditur pſalmiſtis & lectoribus vxores accipere,ſta-
tuit ſancta ſynodus prorſus non licere cuiquam ex his alterius ſectæ accipere vxorem.Si quis
vero præuenit,& habet iam de tali connubio filios , ſi fortè præuenerit eos iam apud hæreti-
cos baptizari,debet eos offerre ſanctæ eccleſiæ catholicæ,vt ibi communicent. Qui vero ad-
huc baptizati non ſunt,omnimodo non poſſe eos in hęretica eccleſia baptizari,nec in matri-
monio iungi hæretico,ludæo vel pagano,niſi fortè ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fi-
dem,dum coniungitur ſponſæ orthodoxæ.Si quis vero hanc definitionẽ ſanctæ ſynodi præ-
terierit,regularum condemnationibus ſubiaceat.

15 Diaconiſſam non debere ante quadraginta annos ordinari, & hoc cum diligenti proba
tione.Si vero ſuſceperit ordinationem,& quantocunq; tempore obſeruauerit miniſterium,&
poſtea ſe nuptiis tradiderit,iniuriam faciens dei gratiæ, hæc anathema ſit, cum eo qui in il-
lius nuptiis conuenit.

16 Si qua virgo ſe dedicauerit deo,ſimiliter monachus,non licere eis iungi nuptiis.Si vero
inuenti fuerint hoc facientes,maneant excommunicati.Statuimus vero poſſe in eis facere hu
manitatem,ſi ita probauerit loci epiſcopus.

17 Per ſingulas eccleſias ruſticanas,paroecias,ſiue poſſeſſiones,manere immobiles apud eos
qui eas retinent epiſcopos,& maxime qui eas ſine violentia iam per triginta annos tenentes
gubernauerunt.Si vero intra triginta annos iam facta fuerit,aut fiat de his altercatio, licere
eis qui ſe dixerunt læſos propter eas mouere apud ſynodum prouinciæ certamen.Si quis ve-
ro putauerit ſe à proprio metropolitano grauari,apud primatem diœceſeos,aut apud Cõſtan
tinopolitanæ ciuitatis ſedem,agat iudicium,ſicut dictum eſt.Si vero quælibet ciuitas per auto
ritatem imperialem renouata eſt,aut ſi renouetur in poſterum ciuilibus& publicis ordinatio-
nibus,etiam eccleſiarum paroecianarum ſequatur ordinatio.

18 Coniurationũ & conſpirationũ crimen (quod apud Græcos dicitur fratria) publicis etiã
legibus certũ eſt penitus inhiberi:hoc multo magis in ſancta dei eccleſia ne fiat,conuenit ab-
dicari.Si qui vero clerici vel monachi inuenti fuerint cõiurantes , aut fratrias vel factiones
componentes aliquas ſuis epiſcopis,aut aliis clericis,omnino cadant de proprio gradu.

19 Perue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

19 Peruenit ad aures nostras, quod in prouinciis constituta episcoporum concilia minime G
celebrentur. Ex hoc probatur, quod multæ quæ correctione opus habeant ecclesiasticæ res negligantur. Statuit igitur sancta synodus hæc secundum patrum regulas, bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula quę emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi, constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime cum sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus aliis vrgẽtibus & inexcusabilibus negotiis liberi sunt licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

20 Clericos in suis ecclesiis constitutos, sicut iam definiuimus, non licere in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari, sed adquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerũt, exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si vero H
quicunq; episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo & hunc qui susceperit, & eum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere, quandiu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

21 Clericos siue laicos qui accusauerint episcopum aut clericos temere, atq; indifferenter, non debere suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

22 Non licere clericis post mortem episcopi rapere pertinentes ad eum res, sicut iam præcedentibus regulis statutum habetur. Si vero hæc fecerint, periclitari se nouerint à proprio gradu.

23 Peruenit ad aures sanctę synodi, quia clerici quidam & monachi nihil sibi habentes in- I
iunctum à proprio episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad regiam ciuitatem Constantinopolitanam, & multis temporibus in ea consistentes perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ ferant, & diuersorum domos corrumpant. Statuit sancta synodus hos quidem primum commonere per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ, vt exeant de regia ciuitate. Si autem in eodem proposito improbè perduraverint etiam inuitos eos ipse expellat defensor, vt ad sua loca perueniant.

24 Quæ semel consecrata fuerint monasteria, cum iudicio sui episcopi maneant perpetua, & pertinentes ad ea res conseruari ipsis monasteriis decreuimus, nec vlterius posse ea fieri secularia habitacula. Qui vero permiserint hæc fieri, subiaceant his cõdemnationibus, quæ per K
canones constitutæ sunt.

25 Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditum sibi gregem, & differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi fortè inexcusabilis necessitas coëgerit tempus ordinationis amplius prorogari. Si autem quis episcoporum hæc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere, redditus vero ciusdem viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ placuit.

26 Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit omnes ecclesias episcopos habentes, habere œconomos de proprio cle- L
ro, qui gubernent ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc deueniat dispergi eiusdem res ecclesiæ, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non obseruauerit hæc, diuinis subiaceat regulis.

27 Eos qui sibi rapiunt vxores, vel eos qui eis auxilium præstiterint, statuit sancta synodus, si quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu. Si vero laici fuerint, anathema sint.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

Paschasius episcopus ciuitatis Lilibitanę, vicem agens beatissimi episcopi Leonis, definiens M
subscripsit. Lucentius episcopus ciuitatis Ausculitanæ, id est, vicem agens sanctissimi Leonis episcopi, definiens subscripsit. Bonifacius presbyter vrbis Romæ, vicem agens apostolicæ sedis, definiens subscripsit. Anatholius episcopus Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ definiens subscripsit. Iuuenculus episcopus Hierosolymitanus definiens subscripsit. Maximus episcopus Antiochenus definiens subscripsit. Quintilius episcopus Capadociæ Cæsariẽsis definiens subscripsit. Palafindus episcopus Eraclęæ Macedonien sis, vicem agens sanctissimi viri Anastasij definiens subscripsit. Stephanus episcopus Ephesinus definiens subscripsit. Lucianus episcopus Bizensis vicem agens sanctissimi episcopi Quiriaci Eraclię Tracien sis, definiens subscripsit.

A subscripsit. Eusebius episcopus Galatiæ Anquirien sis definiens subscripsit. Diogenes episcopus Quiren sis definiens subscripsit. Petrus episcopus Corinthien sis definiens subscripsit. Florus episcopus Sardinien sis definiens subscripsit. Eunomius episcopus Nicomedien sis definiens subscripsit. Anastasius episcopus Nicen sis definiens subscripsit. Eleutherius episcopus Chalcedonen sis definiens subscripsit. Idem omnes episcopi D C XXX. definientes subscripserunt.

POstquam recitata est, piissimus Imperator ad sanctum concilium dixit: Dicat sanctum concilium, si ex consensu omnium episcoporum definitio quę nunc lecta est, prolata sit. Omnes reuerendissimi episcopi respondérunt: Omnes sic credimus, vna fides, vna sen-
B tentia, omnino idem faciamus. Omnes cõsentientes subscripsimus. Omnes orthodoxi sumus, hæc fides patrum, hæc fides apostolorum, hæc recte credentium, hæc est fides quæ orbem terrarum saluat. Martiano, nouo Cõstantino, nouo Paulo, nouo Dauid, Imperatori piissimo domino Augusto vita eius. Et post has voces piissimus & fidelissimus Imperator ad sanctam synodum dixit: Veneranda catholica fides à sancta & vniuersali synodo secundum patrũ expositionem manifestata est. Et si laborem reuerentiæ vestræ & conuicium fecimus, maximas agimus gratias omnipotenti deo saluatori nostro, quia multorum errantiũ circa fidem amputata discordia, in vnam eandemq; fidem omnes nunc conuenimus, sperantes celebrem vestris precibus, & meliorem super omnes partem à deo donari. Sancta synodus iterum ex-
C clamauit: Hæc digna vestri Imperij, hæc propria vestri Imperij, hæc correctio vestri Imperij, digna Christo, digna Imperij fide, propterea pacificatur orbis terræ. Et post has voces piissimus & fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit: Venerandam catholicam fidem sanctæ vniuersalis synodi secundum patrum expositionem manifestam, iuxta legem & conuenientem esse vestra tranquillitas probet, & omnem in posterum contentionis occasionem circa suam fidem amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, seu clericus, publice turbã congregans sub obtentu dispositionis tumultũ fecerit, si quidem idiota, proscriptus expellatur à regia vrbe, militaris vero seu clericus gradus sui periculũ sustinebit, & aliis pœnis subiacebit.

D

EDICTVM MARTIANI IMPERATORIS IN confirmatione Concilij Chalcedonen sis.

IMPERATORES Valentinianus, Martianus Augusti, vniuersis populis. Tandẽ aliquando quod summis votis atq; studiis optabamus euenit: remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio: tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum concordiamq; conuenit: ab vniuer-
E sis etiam prouinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedonam venerunt, iuxta nostra præcepta, & quid obseruari in religione debeat perspicua definitione docuerunt. Discessit igitur iam prophana contentio. Nam vere impius atq; sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ est, in medio & perspicuo die commentitium lumen quærere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vlterius discutit, mendacium quęrit. Nemo itaq; vel clericus, vel militans, & alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice terminata coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionẽ requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, recte disposita reuoluere, & publice disputare cõten-
dit, cum ea quę nunc de Christiana fide statuta sunt iuxta apostolicas expositiones, & instituta
F sanctorũ patrum CCC. X. octo & C L. definita esse noscuntur. Nam in contẽptoribus huius legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam ludæi & pagani & huiusce modi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur. Si vero militia præditus sit, cingulo expoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei de hac sanctissima vrbe pellentur pro vigore iudiciario, etiam competentibus supplicijs subiugandi. Constat enim hæreticæ insaniæ exordia fomitemq; nutriri, dum publice quidam disputant atq; contendunt. Vniuersa ergo quę à sancta synodo Chalcedonia constituta sunt, custodire debebunt nihil postea dubitaturi. Hoc itaque commoniti nostræ sinceritatis edicto, obsistite prophanis vocibus, vlterius desinite de diuinis disputare quod nephas est, quia non solum diuino iudicio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verumetiam legum & iudicum autoritate G
coërcebitur. Proposita VII. Calend. Februarij Constantinopoli Patritio consule.

SANCTIO SACRA VALENTINIANI ET MARTIANI Augustorum post Concilium Chalcedonense, in confirmatione eiusdem Concilij & damnatione hæreticorum.

IMperatores Valentinianus & Martianus Augusti, Palladio præfecto prætorij. Diuinæ semper potentiæ referendæ atq; agendæ sunt gratiæ, quę autores hæresis, quæ occulta nec latêre concedit, nec durare impunita permittit. Quorum vnum malorum legendi habet plenam facultatem, alterum præcauendi cæteris præstat exemplum. Curæ igitur esse diuinitati hominum actus, & maxime reuerentiam religionis, proxime in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cum nec Euticen sceleratorum dogmatum sectatorem negligere quod diu latuerat sciuit, nec patefacto scelere passa est pœnam sceleris euitare. Sententiis itaq; diuinis humanisq; damnatus, synodicum decretum (vt merebatur) accepit, reus diuinitati, cui faciebat iniuriam, reus hominibus, quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto orbe beatissimi Episcopi Chalcedone congregati, improba prædicti I
Euticetis vnà cum synodo eius causa habita, expulere commenta, sicut sanctorum definita maiorum quæ vel apud Nicæam à trecentis decem & octo constituta sunt, vel in hac postea alma vrbe à centum quinquaginta sunt episcopis declarata, vel apud Ephesum, cum Nestorij est error exclusus, præsidentibus Romanæ vrbis Cœlestino, & Cyrillo Alexãdrinæ ciuitatis episcopis. Ea igitur quæ sunt iuxta pristinam disciplinam à venerabili synodo Chalcedonensi definita, illa fide qua deum colimus per omnia seruanda censuimus atq; censemus: quia valde consequens est, vt sacerdotum pura mente deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum patrum regulas præcesserunt, vnà cum veneratione conser- K
uare. Quoniam principalis prouidentiæ est, omne malum inter initia opprimere, & serpentem morbum legum medicina resecare. Hac lege decernimus eos qui Euticetis errore decipiuntur, ad exemplum Apollinariorum quos Eutices secutus est, quos venerabiles patrum regulæ, id est, ecclesiastici canones & diuorum principum sacratissimæ sanctiones cõdemnant, nullum episcopum, nullum presbyterum, nullos creare vel appellare clericos, ipsumq; Euticen nomine presbyteri quo indigne vtens expoliatus est, in totum carere. Si qui tamen contra definita nostra episcopos, presbyteros, cæterosq; clericos ausi fuerint ex his creare, tam factos quàm facientes vel præsumentes sibi cunctorum bonorum amissioni periculoq; subiacere exilij perpetui præcipimus. Congregandi autem monachos, aut ædificandi monasteria nul
lum eorum iubemus habere licentiam, loca fortè in quæ ausi conuenire aliquãdo tentauerint L
cõfiscari, si tamen domino loci sciente cõuenerint. Quod si ignorãte autore cõuenerint, cõductores loci fustibus cæsos deportationẽ subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamẽto cuiuscunq; capere, nihil eis qui eiusdẽ erroris sint relinquere per testamẽta, ad nullã eos patimur spirare militiã, nisi fortè ad cohortalinã vel limitaneã. Si quis etiam extra prædictã militiam inuẽtus fuerit militare, vel quia eius in religione ignorabatur peruersitas, vel quia post adeptũ cingulũ ad hunc deuenit errorẽ, solutus militia infidelitatis suæ fructũ hunc habeat, vt optimorum & palatij cõmunione priuetur, nec alibi q̃ in quo natus est vico vel ciuitate versetur. Quod si qui eorum in hac alma vrbe, quod credi nephas est, geniti sunt, tam de hac ciuitate venerabili quàm sacratissimo comitatu, & ex omni excludantur metropolitana ciuitate. Et M
hoc quidem generaliter circa omnes constituimus, qui hac clade pollutionis polluti sunt vel polluuntur. Eos autem qui ante clerici orthodoxorum fidei, & monachi quidã qui Euticis habuere diuersorium, quod neq; monasterium dicẽdum est, eo quod in se religionis habuit inimicos, qui adhuc vsq; in tantam insaniam recesserunt, vt relicto venerabilis cultu religionis in synodico decreto Chalcedonico, quod totius penè orbis adunati definiere sacerdotes, infaustam Euticetis secuti sunt assertionem, qui vera luce deserta tenebras eligẽdas esse crediderunt, omnibus pœnis quæ præcedentibus legibus aduersus hæreticos definitæ sunt, iubemus teneri, imò extra Romanum expelli solium, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituere, ne eorum venenatis fraudibus sceleratisq; commentis innocentum

A tum vel infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis & inuidiam venerabilis synodicæ definitionis fuisse mentitos, conscriptisq; libris & chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam aduersus veram fidem aperte signarent: atque ideo præcipimus vbicunq; huiusmodi scriptura reperta fuerit, ignibus concremari. Eos vero qui sequendi studio audierint sic scelerata differentem, denarum librarum auri mulctatione compescimus. Eos vero qui vel scripserint vel aliis legenda tradiderint docendi studio vel discendi, censemus deportatione puniri: delenda est enim hæc infausta hæresis, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur. Omnibus autem adimimus facultatem, quia vltimo supplicio coërcebuntur qui illicita docere tẽtauerint: ita enim materia sub-
B trahetur erroris, si peccatorum & doctor defuerit & auditor, Palladi parens charissime atq; amantissime. Illustris itaque & magnifica autoritas tua edictis propositis omnibus faciat nota quæ iussimus, vt cognoscentibus moderatoribus prouinciarum eorumq; officiariis, defensoribus etiam ciuitatum, quod sanctam veramq; fidem sancto proposito custodiendam esse censemus. Quam si neglexerint aut permiserint temerari, denarum librarum auri mulctatione percussi, vt religionis legúmque proditores, etiam de æstimatione laborabunt. Data
X V. Calend. Augusti Coastantinopoli, Aspirato, & qui fuerit nunciatus, consulibus.

C

ALIA SANCTIO MARTIANI IMPERATORIS CONTRA EOSDEM HAERETICOS.

IMperator Martianus Augustus Palladio prætori. Licet iam sacratissima constitutione mansuetudinis meæ cautum ac definitum sit, quia in eos seueritas exercenda
D sit, qui Euticetis vel Apollinaris hæreticam peruersitatem secuti à religione & fide catholica deuiarunt, Alexandrinæ tamen vrbis ciues atq; habitatores tantis Apollinaris infecti sunt venenis, vt necessarium fuerit ea quæ ante sanximus, repetita etiam lege nunc decernere. Quicunq; ergo vel in hac sacra vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, vel in omni Aegyptiaca diœcesi & diuersis aliis prouinciis, Euticetis profanam peruersitatem sequuntur, & ita non credunt vt trecenti & octo sancti patres tradiderunt, catholicam sanctam fidem in Nicæa ciuitate fundantes, vel ita vt C. Lalij venerabiles episcopi, qui in hac alma vrbe Constantinopolitana postea conuenerunt, sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexãdrinæ ciuitatis crediderunt, quos etiã Ephesina synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit) in qua Nestorij error expulsus est, vniuersos secuta est, quos & nuper
E venerabilis Chalcedone synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentientibus, nihilq; adimens à sacrosancto symbolo, neq; adiiciens, sed Euticetis dogmata funesta cõdemnans, sciant se esse hæreticos. Apollinaris enim facinorosissimã sectam Eutices & Dioscorus sunt secuti. Ideoq; omnes hi qui Apollinaris vel Euticetis peruersitatem sequunt, illis pœnis quas diui retro principes contra Apollinaristas vel serenitas nostra postmodum contra Euticianistas sanxit, nouerint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristas, hoc est Euticianistas, quibus etsi est in appellatione diuersitas, est tamen in hæresi coniunctio, & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, siue in hac alma vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, seu intra Aegyptum sunt, neq; ita credunt sicut prædicti venerabiles credebant, neq; vi-
F ro Reuerendissimo Alexandrinæ vrbis Antistiti Proterio fidem orthodoxam tenenti cõmunicant, secundum diuorũ retro principum constitutiones quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt non habeant potestatẽ faciendi testamentum, neq; id acquirant quod ipsis ex testamento cuiusquã fuerit relictum, nihil etiã ex donatione aliqua consequantur, sed si quid ipsis vel liberalitate acciderit, vel viuentis vel morientis fuerit voluntate collatũ, id protinus fisco nostro addicat: ipsi vero in nullos aliquid ex rebus suis donare possint. Episcopos quoq; vel presbyteros aliosq; clericos illis creare & habere nõ liceat: scientes tam Euticianistæ quàm Apollinaristæ qui ausi fuerint cuiquã episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, q̃ hi qui conati fuerint impositum nomen sacerdotale retinere, exilio, rerumq; suarum amissione plectendos. Eos vero qui de hac catholica Roma ecclesiarum clerici, vel orthodoxæ fidei mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nachi fuerunt,derelicto vero dei cultu,Apollinaris vel Euticetis hęresim sectati sunt,vel post G
hæc sectabuntur,omnibus pœnis quæ vel prioribus legibus aduersus hæreticos cõstitutæ sunt
iubemus teneri,& extra ipsum quoq; Romani Imperij solum pelli. Vniuersi prætera Apolli-
*al.parasy- naristæ vel Euticianistę non ecclesias,non monasteria sibi constructuant,neq; synaxes,*neq; con
naxes uenticula cõtrahant,neq; ad domum,neq; ad possessionem cuiuscunq;, neq; ad monasterium,
neq; ad quemcunq; alterius locum operatores sectæ funestissimæ congregentur.Quod si fe-
*al.post rẽ cerint , & hoc factum fuisse domino volente constiterit, *postremo iudicialiter notum, do-
iam in exa- mus vel possessio in qua conuenerint,fisco societur,monasteriũ vero eius ciuitatis orthodoxę
mie iudicis ecclesiæ in cuius territorio est,iubemus addici . Si vero ignorante domino, sciente vero qui H
approbatã
*al.pẽsiões dispensationes *domus exigit,vel conductore, vel procuratore, vel prædij parasynaxis con-
uenticula interdicta conuenerint, conductor vel procurator siue autor vel quicunque in do-
mum vel possessionem vel monasterium receperint , vel passi fuerint illicitas parasynaxes,
conuentusq; celebrari,si vilis & abiectæ conditionis sint,fustibus publice & in pœnam suam,
& in aliorum exerceantur exemplum. Si honestæ vero personæ sunt, decem libras auri fisco
nostro cogantur inferre.Nullum præterea Apollinaristam vel Euticianistam ad aliquam iu-
*aliàs extra bemus aspirare militiam, nisi ad cohortalem vel limitaneam: si qui vero *contrà fecerint,so
prædictã mi luto cingulo honestorum hominum & palatij communione priuentur , nec in aliqua, nisi in
litiã inuenti ea qua nati sunt ciuitate vel vico ac regione versentur . Si qui vero in hac alma vrbe nati
fuerint mi- sunt,tam sacratissimo comitatu, quàm omni per prouinciam metropolitana ciuitate pellan- I
litare tur. Nulli insuper Euticianistæ vel Apollinaristæ publice vel priuatim aduocandi cœtus, aut
peruersitatẽ facinorosi dogmatis asserendi sit facultas. Nulli etiã contra venerabilem Chal-
cedonensem synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere,vel legere,atq; emittere : nemo
huiusmodi habere libros audeat. Quod si in his criminibus fuerint inuenti, perpetua depor-
*al.Eos ve- tatione damnentur . Hi vero *qui discendi studio audierint de infausta hæresi disputantes,
ro decem librarum auri quæ fisco nostro applicabuntur,subeant dispendium . Omnes vero hu-
iusmodi chartæ ac libri qui funestum Euticetis dogma fuerint complexi, concrementur, vt
facinorosæ semper peruersitatis vestigia ipsa flammis ambusta depereant. Aequum nanq; est
vt immanissima sacrilegia par pœnę magnitudo percellat,Palladi pater charissime atq; aman K
tissime parens.Illustris igitur & magnifica authoritas tua,qnæ hac sacratissima constitutione
decreuimus in hac alma vrbe,diuersisq; prouinciis, ac præcipue in Alexandrina ciuitate , &
per vniuersam Aegyptiacam diœcesim,edictis ex more propositis, ad omnium notitiam fa-
ciat peruenire,vt cuncta quæ statuimus , in eos qui rei fuerint deprehensi , seueritas protinus
exerceatur , scientibus moderatoribus prouinciarum eorumq; apparitoribus qui legis huius
quæ religiosissima sanctione custodienda decreuimus , aut neglexerint , aut aliqua permise-
rint temeritate violari,denarum librarum auri mulctam fisco nostro cogantur inferre,insu-
per etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Ea quoq; quæ de paganis per omne Ro-
*al.perenni manum Imperium æqualiter valitura*elegerimus,instantissime in eos exerceantur quos con L
tatis nostræ stiterit prophanos ritus celebrare. Data sub die Calend.Augusti,Cõstantinopoli,Diuo VIII.
lege decreui & Antemio IIII. C C. Concess.
mus.

ATTICVS EPISCOPVS, QVALITER FORMATA EPISTOLA FIAT.

GRæca elementa literarum numeros etiam exprimere,nullus qui vel tenuiter grẹci ser
monis notitiam habet,ignorat.Ne igitur in faciendis epistolis canonicis,quas mos la- M
tinus formatas appellat,aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur,hoc à patribus tre
centis decem & octo Nicæę congregatis saluberrime inuentum est & constitutum , vt for-
matæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, vt assumantur
in supputationem prima græca elementa,patris & filij & spiritus sancti,hoc est, π υ α. quæ ele
menta & octogenarium & quadringẽtesimum & primum significant numerum. Petri quoq;
apostoli prima litera,id est,π,quæ numerum octuagesimum significat. Eius quoq; qui scripsit
epistolam prima litera,cui scribitur secunda litera,accipientis tertia litera, ciuitatis quoq; de
qua scribitur quarta,& indictionis quæcunq; est temporis,idem qui fuit numerus assumatur,
atq; ita his omnibus græcis literis, quæ (vt diximus) numeros exprimunt , in vnum ductis,
vnam

A vnam quæcunq; fuerit collecta summam epistola teneat:hanc qui susciṕit,omni cum cautela
requirat expreisse , addat præterea seperatim in epistola nonagenarium & nonum numerum
qui secundum græca elementa significant. Valete in domino.

MARCELLINI PAPAE EPISTOLA PRIma ad Salomonem coepiscopum,in qua filium æqualem patri ostendit.

B MARCELLINVS episcopus sanctæ ecclesię catholicę vrbis Romanæ,Salomoni coëpisco in domino salutẽm. Quàm laudabiliter pro ca
tholicæ fidei veritate mouearis,& quàm solicite dominico gregi deuo
tionem officij pastoris impendas,tradita nobis per diaconũ tuum fra-
ternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitię nostræ insinuare cu
rasti qui errorum morbi in regionibus vestris modo exorti sunt.Nam
epistolæ sermo, & commonitorij series , & libelli tui textus eloquitur,
quod quidam errore decepti dicunt ideo patrem maiorem filio esse,
quia illi soli sacrificium immolatur, & quod filius nullam cum patre communionis operam
C habeat,& quod illud propheticum de solo patre dictum sit : Sciant gentes quoniam nomen
tibi deus,tu solus altissimus super omnem terram.Siue quod ideo minor est filius,quia ipse in
cruce pendens dixit:Deus deus meus quare me dereliquisti,Quibus competens & congruum
reddatur responsum,quia sicut patri,ita etiam filio non solum christianis temporibus, verũ
etiam à priscis temporibus sacerdotibus variis multisq; modis probamus sacrificium fuisse
oblatum,Daniele propheta dicente,Non est locus (inquiunt tres pueri) ad sacrificandum no-
mini tuo,& inuenire misericordiam, sed in anima contrita & in spiritu humilitatis suscipia-
mur.Et sicut holocaustomata arietum & taurorum agnorumq; pinguium,ita fiat sacrificium
nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi.Et vt filium fuisse agnoscas , cui hi tres pueri
D sacrificium se confessi sunt obtulisse,ex ipsius regis ac tyranni qui eos in fornacem ignis mit
ti præceperat confessione addisce,qui se cum tribus , quartũ in ipso æstuantis camini incẽdio
sociatum prodidit cõspexisse.Nonne,inquit,tres viros misimus in fornacẽ vinctos? Et dixe-
runt ei,Vere rex.Et dixit : Ecce ego video quatuor viros solutos , & deambulantes in medio
ignis,& aspectus quarti similis filio dei est.Idem dei filius per prophetã loquitur,dicens: Tibi
offerent reges munera.Et vt hæc de filio dei se dixisse doceret,dixit : Reges Tharsis & insulæ
munera offerent,reges Arabum & Saba dona adducent,& adorabunt eum omnes reges,om-
nes gentes seruient ei . Et vt hæc omnia superius designata Christo filio dei doceamus fuisse
oblata,in natiuitate eiusdem dei quæ secundum carnem facta est,probamus fuisse completa,
E euangelio comprobante:Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus regis Herodis,ec-
ce magi ab oriente venerunt Hierosolymam,dicentes:Vbi est qui natus est rex Iudęorum?Et
infra:Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius,& procidentes adora-
uerunt eum,& apertis thesauris suis obtulerunt ei munera,aurum,thus,& myrrham.Sacrifi-
cium itaq; quod à christianis sacris altaribus admouetur,non solum deo patri,sed etiam filio
communi deuotione offertur,quoniam nec patri sine filio potest offerri, neq; à filio sine patre
sentiri. Quod autem cõmunem operã habeant pater & filius,hoc modo docetur,dum primi
hominis plasma deus ad imaginem dei communi operationis virtute fecisse fertur,scriptura
dicente:Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram.Item ibi,Descendamus&
F confundamus ibi linguam eorum.Et:Pluit dominus à domino ignem & sulphur super Sodo
mam.Et in euangelio:Pater meus vsq; modo operatur & ego operor. Similiter &,opera quæ
ego facio non sunt mea,sed eius qui misit me patris. Quæ omnia non discretam patris & fi-
lij potentiam monstrant,sed vnam diuinitatis operationem annunciant . Et his qui paternũ
opus exequitur,à paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex euãgelio filium dei
cognosceres altissimũ nuncupatum , nunquam filio derogans hoc de solo deo patre dictum
poneres testimoniũ,cum scriptum sit:Tu puer propheta altissimi vocaberis. Et vt filius cum
patre indiscrete in altissimis habitasse credatur,Salomonis testimonio comprobatur:Ego(sa
pientia inquit) habitaui in altissimis,& thronus meus in columna nubis.Et in Psalmo.92. Tu
autem altissimus es in æternum domine,quoniam ecce inimici tui peribunt.Nam cum diabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus thronum ſuum contra creatoris ſui thronum in altiſſimis collocaret elatus ſuperbia, hæc G
auſus eſt nephando ore depromere:Ponam ſedem meam ad aquilonem,inquit,aſcendam ſu-
per ſidera cœli, ſedebo ſuper montes excelſos,& ero ſimilis altiſſimo.Item in Salomone: Ne
dixeris,peccaui,& quid accidit mihi triſte?Altiſſimus enim patiens eſt redditorum. Si audi-
tum cordis tui ſcripturis non vis accommodare diuinis,quæ filium doceant altiſſimum nun
cupatum,vel diabolo crede , qui contra opificis ſui thronum ſedem ſibi voluit collocare. Vt
eum agnoſcatis filium à patre (vt vos ſuſpicamini) nō fuiſſe penitus derelictum, hoc de ſe in
euangelio poſuit teſtimoniū:Pater qui me miſit mecū eſt,& non reliquit me ſolū,quia quę pla
cita ſunt ei facio ſemper.Vnde pro ſurreptione mandamus,vt omnis cura atq; ſolicitudo in-
uigilet,ne fides temeretur aut violetur.Iam nullus eſt ignorantiæ locus,nullus vtatur ſimpli- H
citatis excuſatione præterita.Scienti peccare neceſſaria eſt confuſio, & quod errore contra-
xit ſcientia reformetur.Iſta frater tene & hęc doce.Vtinam ad plenioris affatus ſatietatē prę-
ſentiæ tuæ nobis gaudia contigiſſent,vt gratularemur nos & colloquio & præſentia tui frui,
quam ſumus ante ſcripta complexi. Verūtamen probaſti dilectiſſime frater quo chriſtianam
fidem veneraris affectu,dum ea quæ ad regulas patrū pertinent, & ad mandata catholica,ſi-
ne aliqua culpæ tranſgreſſione ſeruare,& ſpreta erratica & nociua doctrina,catholica & apo
ſtolica tenere præcepta,& rectæ fidei regulas docere atq; ſeruare ſatagis. Hæc frater chariſſi-
me & alia quæ patrum regulis continentur,in labiis & cordibus noſtris indiuiſa retractatio- I
ne meditemur, & ſicut ſcriptum eſt, narremus ea filiis noſtris, vt ea meditentur in cordibus
ſuis,ſedentes in domo,ambulantes in itinere,dormientes atq; ſurgentes,quia beatus in domi
no qui in lege eius meditabitur die ac nocte.Hoc & magiſter gentiū ſecutus,diſcipulum ſuum
inſtruens admonet,hæc meditare,in his eſto,ſubiiciens plenitudinem,attende tibi & doctri-
næ,quoniā ſi fidelibus ſine intermiſſione incumbimus inſtitutis,ſeparamur à vitiis, dum im-
penſa cura diuino operi, humano locum non relinquit errori . Quod ſi ea quæ prædicta ſunt
validis teneantur fixa radicibus,nec à paterna traditione receditur,& conſtanter quæſtioni-
bus obuiatur,ac prauorum intentio caſſatur,bonorumq; fides & conſtantia roboratur. Data
VIII. Idus Septemb.Diocletiano & Conſtantino conſulibus.

K

ALTERA MARCELLINI AD ORIENTALES fratres epiſtola adhortatoria, docens nulli presbytero licere in foro publico contra fratrem litigare,ſed potius omnia iuxta charitatis regulam inter Chriſtianos eſſe componenda.

L

DILECTISSIMIS fratribus vniuerſis epiſcopis per orientales prouincias cōſtitutis,Marcellinus epiſcopus.Quid tam dulce ſolicito, quàm quod mihi de vobis innoteſcunt illa quæ cupio? Quid tam religioſis conueniens inſtitutis , quàm vt inter ſe ſacerdotes pacem (quam neceſſe eſt aliis pro officio annunciare) conſeruent?Plena fateor gratulatione ſuſcepi,quod votiua mihi de charitate quę inter vos eſt eccleſiarum pacem in literis indicaſtis:ſponte mihi quicquid hortari poterā, quicquid monere, delatū eſt:confirmet hoc deus quod eſt operatus in nobis, & quæ præcepit pro animarū ſalute facienda,hæc ipſe qui præcepit pro ea qua nos redemit pietate faciat.Et his tam bonis nunciis M
nos quoq; religioſam ſanctorū vicem reddimus nunciorū.Quicquid cū orientalibus quos ad eccleſiæ corpus vnitatemq; reuocatos,dudum dei noſtri ope literis ſignificauimus deſtinatis, denuò cum apertū fuerit repetitis vobiſcū participamus indiciis . Mox pro noſtro edicto ab oriētilibus miſſa legatio eſt,certa ſperauit,certa cōſuluit:ſed facimus de his quæ fuerūt dicenda cōpendia,ipſius potius ad inſtruendam notitiam veſtram quæ à nobis ſunt reſponſa dirigentes,ne quid ſibi ſub ſpacio prolixiore terrarū aut opinio vindicet, aut error aſſumat, cum ad rerū fidem ipſam teneri ſufficiat veritatē.Quid autē ad continentiā noſtrarū pertinet litigare,oportuit quidem deſideria plenius expedire.Quapropter ſcitote vos à perſecutione fratrum & ab omni litigio abſtinere debere,dicente ſcriptura,Seruum dei non oportet litigare: nec

A nec quicquam nocere,ſed omnes perſecutores eccleſię ſeruorumq; eius veſtris redargutionibus corrigere,teſtante apoſtolo,argue,obſecra, increpa. Quæcunque ergo contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint,ad eccleſiam deferantur,& ab eccleſiaſticis viris terminentur.Maior autē non poteſt à minore iudicari,nec epiſcopi pontifici à quo conſecrari probantur,prę-
iudicium inferre vllum poſſunt.Quod ſi præſumptum fuiſſe cognoſcitur,viribus carere non dubium eſt,nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri.Clericus vero cuiuſlibet ordinis abſq; pontificis ſui permiſſu nullum præſumat ad ſeculare iudicium attrahere,nec laico quemlibet clericum liceat accuſare: detractiones tamē & accuſationes atq; perſecutiones inter Chriſtianos oppidò vitandæ ſunt,quia licet pauci ſimus in cōparatione aliorum,ſi tamen
B vnanimes fuerimus,facilius aduerſariis reſiſtemus.Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur,ſed Ieſus ſuſcipiebat plagas:ideo vnicuiq; prouidendū eſt, ne aliquem iniuſte iudicet aut puniat,ne Ieſum iudicet aut puniat. Et dominus in Euangelio ait : Nolite iudicare, vt non iudicemini:in quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini.Vnde & doctor gentium loquitur dicens:Hoc igitur dico & teſtificor in domino,vt iam non ambuletis ſicut gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui,tenebris obſcuratū habentes intellectum, alienati à vita dei per ignorantiam quæ eſt in illis propter cæcitatē cordis ipſorum:qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ,in operationē immunditiæ omnisq; auaritiæ:Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum,ſi tamen illum audiſtis,& in ipſo edocti eſtis,ſicut eſt veritas in Ieſu,depone-
C re vos ſecundū priſtinam conuerſationē veterem hominem,qui corrumpitur ſecundū deſideria erroris.Renouamini autē ſpiritu mentis veſtræ , & induite nouū hominem qui ſecundū deū creatus eſt,in iuſtitia & ſanctitate veritatis . Propter quod deponentes mendaciū loquimini veritatē vnuſquiſq; cū proximo ſuo,quoniā ſumus inuicē membra. Iraſcimini & nolite peccare.Sol nō occidat ſuper iracundiā veſtram:nolite locū dare diabolo: qui furabatur iam non furetur,magis autē laboret operando manibus ſuis quod bonū eſt,vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patienti.Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.Sed ſi quis bonus eſt ad ædificationē opportunitatis,vt det gratiam audientibus . Et nolite cōtriſtare ſpiritum ſanctū dei,in quo ſignati eſtis in diem redēptionis.Omnis amaritudo,& ira,& indignatio,& clamor
D & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.Eſtote aūt inuicem benigni,& miſericordes donantes inuicem,ſicut & deus in Chriſto donauit vobis.Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi,& ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos,& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis.Fornicatio autem & omnis immunditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis,ſicut decet ſanctos,aut turpitudo,aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet,ſed magis gratiarum actio:hoc enim ſcitote intelligentes,quod omnis fornicator,aut immundus,aut auarus,quod eſt idolorū ſeruitus,non habet hæreditatē in regno Chriſti & dei.Nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ:nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando te-
E nebræ,nunc autē lux in domino,vt filij lucis ambulate.Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia,& veritate,probantes quid ſit beneplacitū deo.Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarū,magis autem redarguite.Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis,turpe eſt dicere.Omnia aūt quæ arguuntur à lumine manifeſtantur.Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt,propter quod dicit:Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis,nō quaſi inſipientes,ſed vt ſapientes redimentes tēpus,quoniā dies mali ſunt.Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas dei.Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria,ſed implemini ſpiritu,loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus
F veſtris , domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti deo & patri,ſubiecti inuicem in timore Chriſti.Omne enim quod irreprehenſibile eſt,catholica defendit eccleſia.Non licet ergo Imperatori vel cuiquam pietatē cuſtodienti aliquid contra mandata diuina pręſumere,nec quicquā quod euangelicis propheticisq; & apoſtolicis regulis obuiat agere.Iniuſtum enim iudiciū & definitio iniuſta regis metu vel iuſſu à iudicibus ordinata nō valeat,nec quicquā quod contra euangelicæ,vel propheticæ, aut apoſtolicæ doctrinæ conſtitutionē ſucceſſorumue eorum ſiue ſanctorū patrum actum fuerit,ſtabit.Et quod ab infidelibus aut hæreticis factū fuerit omnino caſſabitur.Vos aūt ſtate in fide,viriliter agite , & omnia veſtra cum charitate fiant:huius rei gratia (vt ait Apoſtolus) flecto genua mea ad patrē domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat,vt

 det vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiore G
homine,habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati, vt
poſſitis cõprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo,longitudo & profundum &alti-
tudo,ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti,vt impleamini in omnem ple
nitudinem dei.Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut in-
telligimus ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, ipſi gloria in eccleſia &in Chriſto Ie-
ſu in omnibus generationibus ſeculi ſeculorum,Amen. Data v. Idus Decemb. Diocletiano
v I. & Maximo v III. IIII. C C. Conceſſ.

DIVI MARCELLI EPISCOPI CONTRA H Maxentium tyrannum epiſtola inuectiua, qua boni regis officium præſcribitur, & omnes ſub multa æternæ pœnæ admonẽtur,ne Chriſtianos ſimplicitate ſumma præditos à vera fide abducant.

MARCELLVS epiſcopus ſanctæ & apoſtolicæ & catholicæ vrbis Ro
mæ Maxentio. Magiſtra bonorum omnium charitas, quæ nihil rapit
extraneum,nihil agit aſperum,nihil confuſum, nihil factioſum, nihil I
quod honori diuino repugnet,animæ propriæ noceat,aut proximi cõ-
modo deroget, oblita ſui, non quæ ſua ſunt, ſed quæ dei vel proximi
quærens,nemini inuidens,omnibus conſulens,non ſæuiens, ſed com-
patiens,non rapiens,ſed largiens,non murmurans, ſed omnia æqua-
nimiter tolerans:ſi in te perfecte habitaret,temperares animum à ma-
lis,ſæuire deſineres in dei eccleſiam,ac ſanctos eius perſequi ceſſares,tyrannidi modum im-
poneres,furorem cohiberes, humanitati inuigilares,modeſtiã amplectereris, & bonis potio-
ribus frui ſatageres.Charitas enim exercet corda,ſenſus corroborat,vt nihil graue,nil diffici
le,ſed totum fiat dulce quod agitur,dum eius ſit proprium nutrire pacifica,ſeruare compoſi- K
ta,diſſociata coniungere,praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis ſuæ munimine ſo-
lidare.De ipſa ergo omnes monens apoſtolus,ita loquitur dicens: Si linguis hominũ loquar
& angelorum,charitatem autem non habeam,factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tin
niens:& ſi habuero omnẽ prophetiam,& nouerim myſteria omnia & omnẽ ſcientiam,& ha-
buero omnẽ fidem,ita vt montes transferã,charitatem autẽ non habeam,nihil ſum. Et ſi di-
ſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas,& ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeam,
charitatẽ autem non habeã,nihil mihi prodeſt.Charitas patiẽs eſt,benigna eſt. Charitas non
æmulatur, non agit perperam, non inflatur,non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non
iritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate,congaudet autem veritati.Omnia L
ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet.Charitas nunquam excidit.Quiſquis ergo
in eius ſe radice inſerit,nec à viriditate deficit,nec à fructibus inaneſcit, quia amore fœcun-
ditatis opus efficax non admittit.Licet modo charitas in perſecutoribus eccleſiæ ſeruorumq;
dei arefacta ſit,viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iuſtitiam, de
quibus ipſa per ſe veritas teſtatur dicens, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã.
Et alibi:Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur:potius enim nos & omnes domini ſacerdo
tes,qui eius videlicet ſunt veri ſacerdotes,elegimus propter iuſtitiam,& veram fidem perſe-
qui,& pro Chriſti nomine pati,quàm multis diuitiis ditari, honoribusq; copioſiſſimis abun-
dare,& cœleſti regno carere.Iſta enim temporalia ſunt,illa æterna, iſta caduca, & ad horam M
tranſeuntia,illa vero perpetua & ſine fine manſura. Tu ergo qui nos ſuades cultum dimitte-
re diuinum,& à recta fide recedere,diisq; immolare,melius tibi foret, vt tu prius mutabilem
te præberes, omnesq; exhortareris fidei documenta & diuini cultus miniſteria ita tenere,
ſicut patres noſtri ſancti apoſtoli ſibi tradita prædicauerunt & docuerunt. Boni enim prin-
cipis ac regis eſt eccleſias contritas atque ſciſſas reſtaurare,nouas ædificare, & dei ſacerdo-
tes honorare atque tueri. Vnde ſanctos apoſtolos eorúmque ſucceſſores ſub diuina conte-
ſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec
inuidere laborantibus in agro dominico, neque expellere æterni regis diſpenſatores,
ſed ſi qui expulſi fuerint aut ſuis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab
inimicis

A inimicis aut à perſecutoribus ablata ſunt, & ſedes proprias cum omnibus ad ſe pertinentibus
regulariter reſtitui, & poſtea tempore congruo vocari ad ſynodum regulariter congregatã:
nec licet ei,priuſquam fiant hæc de ſe iuxta ſtatuta prædictorum reſpondere, aut de ſuis im-
petitionibus ſi ſe viderit prægrauari reddere rationem. Sed his rite peractis,ſuiſq; omnibus
libere diſpoſitis,ſi tum iuſte videtur ſuis reſpondeat accuſatoribus,& inducias ſi ei neceſſe fue
B rit accipiat non modicas, vt explorare valeat ea quæ obiiciuntur ei, ne aliqua deluſus fraude
innocenter ruat,quoniã non oportet quenquam iudicare vel damnare priuſquã legitimos ha
beat præſentes accuſatores,locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.Vnde ait Pro-
pheta:Priuſquã agnoſcas,nõ iudices quenq̃.In hoc ergo quod epiſcopi & reliqui ſerui dei per-
ſequuntur,nõ tantũ ipſi perſequuntur,quantũ ille cuius vice funguntur, ſicut ſcriptũ eſt: Qui
vos tangit,tangit pupillã oculi mei,Et alibi:Qui vos cõtriſtauit,me contriſtauit: & qui facit
iniuriã,recipiet id quod inique geſſit.Vos ergo,licet corpora noſtra poſſitis occidere,animas
tamen nõ poteſtis occidere,nec gradus nobis diuinitus collatos poteſtis auferre.Synodũ ergo
absq; huius ſanctæ ſedis autoritate epiſcoporũ,quanquam quoſdam epiſcopos poſſitis cõgre-
gare,non poteſtis regulariter facere,neq; vllum epiſcopũ qui hanc appellauerit apoſtolicã ſe-
dem damnare,anteq̃ hinc ſententia finitiua procedat.Nam ſi ſeculares in publicis iudiciis li
bellis vtuntur appellatoriis,quanto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet,qui ſuper illos
C ſunt:de quibus dictum eſt:Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes:& ideo nullus epiſcopus niſi
in legitima ſynodo ſuo tẽpore,apoſtolica aut regulari autoritate conuocata,ſuper quibuſlibet
pulſatus criminibus audiatur vel iudicetur,ne innocens damnetur aut perdat cõmunionem.
Quod laici aut ſuſpecti epiſcopos nõ debeant accuſare, neq; accuſatoribus de inimici domo
prodeuntibus credendũ ſit,& à beato Clemente,ipſis eum inſtruẽtibus apoſtolis,legimus de-
finitum:& nos eadẽ firmamus,quoniã iidem odio multotiens incenſi, recte viuentes atq; cre
D dentes perturbare nituntur.Propterea perſona,fides,vita, & cõuerſatio atq; ſuſpitio accuſan-
tium enucleatim primo inquirenda eſt,deinde quæ obiiciuntur fideliter pertractanda,quia ni
hil ante fieri debet quàm impetitorũ vita & ſuſpitio,atq; odium inquiratur.Et ſi bonæ cõuer
ſationis nõ fuerint,aut laici,vel manifeſti inimici,aut odio reſperſi fuerint, nequaq̃ in epiſco
porum recipiantur accuſatione.Hæc vobis à quibus minis infeſte perſequimur ſcienda man-
damus,vt ab his vos caueatis,& ceſſetis perſequi eos qui deo miniſtrãt, quorum orationibus
& terrena bella ſedantur,& deus peccatoribus conciliatur: & ſi amplius nos elegeritis perſe-
qui quàm deo placere,& nos magis eligimus ſuſtinere perſecutionem quàm regulã confundi
eccleſiaſticã,hortante nos ipſa veritatis voce,atq; ita teſtante:Nolite timere eos qui occidunt
corpus,animã autem non poſſunt occidere.Et iterum:Si quis vult venire poſt me,abneget ſe-
metipſum & tollat crucẽ ſuam & ſequatur me.Qui enim voluerit animã ſuam ſaluam facere,
perdet eam.Qui autẽ perdiderit animã ſuam propter me,inueniet eam. Quid enim prodeſt
homini,ſi mundũ vniuerſum lucretur,animæ vero ſuæ detrimentũ patiatur?Aut quam dabit
E homo cõmutationem pro anima ſua?Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ
angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; ſecundũ eius opus. Iſta vobis valde timenda & cauenda
ſunt,à quibus eccleſia dei eiusq; miniſtri vexantur & perſequuntur,quibus dominus per pro-
phetam minando loquitur dicens:Homo in honore non cõmorabitur, aſſimilatus iumentis
exæquatus eſt.Hæc eſt via eorũ,inſipientia eorũ,& poſt eos iuxta os eorũ curret: quaſi oues in
inferno poſiti ſunt,mors paſcet eos,& ſubiicient eos recti in matutino,& figura eorum con-
teretur in inferno poſt habitaculũ ſuum, veruntamen deus redimet animam meam de manu
inferi cum aſſumpſerit me.Noli timere cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit glo-
ria domus eius,neq; enim moriens tollet omnia,nec deſcendet poſt eum gloria eius. Quia a-
F nimæ ſuæ in vita ſua benedicet.Laudabunt te cum bene fuerit tibi.Intrabit vſque ad genera-
tionem patrum ſuorum,vſque in finem non videbit lumen.Homo cum in honore eſſet, non
commouebitur,aſſimilatus iumentis exæquatus eſt.Et alibi:Quid gloriaris in malitia, potens
in iniquitate?Tota die inſidias cogitauit lingua tua,quaſi nouacula acuta faciens dolum.Di-
lexiſti malitiam magis quàm bonum,mendacium magis quàm loqui iuſtitiam.Dilexiſti om-
nia verba ad deuorandum,lingua doloſa.Sed deus deſtruet te in ſempiternum, terrebit & e-
uellet te de tabernaculo,& eradicabit te de terra viuentium.Et videbunt iuſti & timebunt,&
ſuper eum ridebunt.Ecce vir qui non poſuit deum fortitudinẽ ſuam,ſed ſperauit in multitu-
dine diuitiarũ ſuarũ,cõfortatus eſt in inſidiis ſuis.Ego autẽ ſicut oliua virẽs in domo dei ſpe-
raui i miſericordia dei in ſeculũ,& in æternũ cõfitebor tibi in ſeculũ quoniã feciſti,& expecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

bo nomen tuum quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum. Iſta vobis omnia ad inte G
ritum, nobis autem ad cõfortationẽ, ne pereamus dicta ſunt. Vobis ergo ideo hæc ſcribimus,
quia debitores vobis ſumus, dicente domino, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos
oderunt. Et alibi ſcriptura loquitur dicẽs, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potũ da
illi: hoc enim faciens, carbones ignis congregas ſuper caput eius. His fulti autoritatibus bellũ
quod aduerſum nos excitatis, adeò feliciter dextera domini protegente nos atq; pro nobis pu
gnante, pacifice portare cupimus, vt triũphante Chriſto omnium verorũ fiat vna victoria ſa
cerdotum, & choruſcante lumine, veritatis ſole erroris tenebræ cum ſuis authoribus pellan-
tur, quia non eſt in hominis poteſtate conſilium dei. Iuſtus eſt enim dominus, & omnia iudi-
cia eius iuſta ſunt, atq; omnes viæ eius miſericordia & veritas & iudicium. In manu domini H
poteſtas terræ, cui execrabilis eſt omnis iniquitas, in manu dei poteſtas hominis, & ſuper fa-
ciem ſcribæ imponent honorem ſuum. Perdidit deus memoriam ſuperborum, & inique agen
tium, & non dereliquit memoriam humilium, & bonorum hominum. Hoc autem pro certo
habet omnis qui recte colit deum, quia ſi vita eius in probatione fuerit, corroborabitur, & ſi
in tribulatione liberabitur. Si vero in correptione fuerit, ad miſericordiam perueniet. Tu er-
go ne delecteris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem facit deus tranquillitatem,
& poſt lachrymationem & fletum exultationem infundit. Benedictus dominus deus patrum
noſtrorum, qui cum iratus fuerit, miſericordiam faciet, & in tempore tribulationis peccata
dimittit. Magnus eſt dominus in æternum, & ipſe reget nos in ſecula, quoniam regnum eius I
permanet in ſecula ſeculorum, Amen. Data XVI. Calend. Februarij, Maxentio, & Maximo
IIII. CC. Conceſſ.

EVSEBII PAPAE EPISTOLA PRIMA
ad Gallicanas eccleſias, vbi de hæreticis ſuſcipien-dis, & accuſatione epiſcoporum à Laicis, & vera charitate, multa aguntur.

K

CHARISSIMIS fratribus domino & deo dilectis epiſcopis omnibus per Gallicanas prouincias conſtitutis Euſebius. Scripta ſanctitatis veſtræ cum magna gratiarum actione ſuſcepi, gauiſus ſcilicet de veſtra ſoſpitate, ſed cótriſtatus nimis de veſtra oppreſſione. Quod ſignificaſtis enim quid de cõuerſis hæreticis fieri debuiſſet, ſcitote nos eos qui in ſanctæ trinitatis fide baptizati ſunt, per impoſitionẽ manus ſuſcipere. De accuſationibus vero clericorũ ſuper quibus mandaſtis, ſci tote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta vrbe ſeruatum eſſe, accu- L
ſatores & accuſationes quas exteræ conſuetudinum leges non adſciſcunt, à clericorum ac-
cuſatione ſubmotas. Similiter laicos non accuſaſſe epiſcopos hactenus obſeruatum & con-
ſtitutum eſt, quia eiuſdem non ſunt conuerſationis. Et oppidò eis quidem infeſti exiſtunt,
quippe cum vita & ſecreta eorum, à laicorum actibus debeant eſſe remota, nec ab his im-
peti debeant, quorum caſtitatem & grauitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in
ſuis volunt recipere accuſationibus. De ipſis vero ſuis, videlicet agricultoribus atque mi-
niſtris, dominus laicis & cunctis eos perſequentibus ait: Nolite tangere Chriſtos meos, &
in prophetis meis nolite malignari. Et ipſa ſacra ſcriptura dicit: Qui vos tangit, tangit pu-
pillam oculi mei. Talia enim & his ſimilia ſancti patres prouidẽtes pericula, laicos ſeculo mi M
litantes ab accuſatione ſacerdotum prohibuere, ſimiliter ſeruos & libertos, atq; cenſibus publi
cis vel priuatis ſubiugatos, omneſq; infames ab eadẽ accuſatione vel tergiuerſatione ſubmo-
uerunt. Nõ enim oportet vt permittãtur carnales, ſpirituales pſequi: nec ſceleribus irretiti, vel
ſeculo militantes, epiſcopos infamare, vel lacerare, aut crimen opponere. Nã ſi hoc apoſtoli
aut ſucceſſores eorũ permitterent, perpauci remanſiſſent, qui domino in ſacerdotali ordine
militaſſent. Idcirco & nos ſequentes patrum veſtigia, pro ſaluatione ſeruorũ dei, quaſcunq; ad
accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licen-
tiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis quæ legibus ſe-
culi prohibentur. Quapropter illi quibus indita eſt ad vnguem polita perfectio, talia ſilere
debent,

A debent, ita vt nec mutilentur, nec præponãtur: nec illi qui aut in fide catholica, aut inimicitia
ſuſpecti ſunt ad pulſationem prædictorum admittantur, quia veritatis profeſſores infidelitas
& inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte cri-
mina confitentur: & ideo replicanda eſt ſolicite veritas: quam ſponte prolata in illis vox ha
bere non poteſt, hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus tortor exigere debet, vt dũ
pœnis corpora ſoluuntur, quæ geſta ſunt fideliter & veraciter exquirantur. Vnde quæſo pri-
mum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui poſſunt & volunt in defenſione
omnium iuſte loqui. Nos enim quos dei ſeruitium poſt iſtarum rerum abiectionem fecit in-
genuos, qui talium inſultationes, aut contumelias, aut deſpicimus, aut deridemus, quibus ſcri
B ptum eſt de famulis, & vulgi hominibus per Apoſtolum: Mementote quia veſter & aliorum
dominus in cœlis eſt: ad hæc ſeculi mala reuocabimur? Faciendum à nobis eſt, quod facien-
tem alterum profanum eſſe contendimus? Quod per miniſterium iuſſionis & manus alienũ
inceſtaret aſpectum, noſtro peragetur imperio? Nolite hanc per vniuerſas eccleſias mentem
rapacium luporum more & natura ſeruare, quia poſtquam nos maculat, fortè pro deſideriis
eorum cruenta diſcuſſio effectum in his quo tendunt non habebunt, dicente nobis propheta:
Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labiis, & reducamus eos in viam rectam.
Quia eodem propheta aſſerente impugnantur qui dicunt, erunt quaſi non ſint, & peribũt vi-
ri qui contradicunt nobis. Infames enim ſunt proculdubio impugnatores epiſcoporum, om-
C neſq; qui aduerſus patres armantur, & conculcatores eccleſiarum ſacerdotumq; eius, & qui
de publicis fugiunt prælijs, & mãdata dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ aſpergun-
tur maculis. Omnibus impugnandi epiſcopos, patrum ſequentes inſtituta, & nos licentiam
ſubmouemus, quia odit deus eos qui patres perſequũtur, vt patrũ inuaſores, qui in omni mũ-
do infamia notantur, & ideo iuſte & regulariter reſpuũtur. Nunc longa non opus eſt admo-
nitione, iam perditis odium debemus aperire, de quibus iam nõ ſupereſt quod damnetur au-
toribus, de quibus dominus per prophetam loquitur, dicens: Reprobantes verbum ſperaſtis
in calumniam, & in tumultum, & eſtis in eo: propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interru-
ptio. Rurſus etiam de talibus propheta clamat dicens: Accedite huc ſemen adulterij & for-
D nicarij. Super quem luſiſtis, ſuper quem dilataſtis os & eieciſtis linguam? Nunquid non vos
filij ſceleſti eſtis ſemen mendax? Ceſſent impij commentitia aduerſus ſimplices iam fraude
mentiri. Cuſtodi (inquit propheta) linguam tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Re-
cede à malo, & fac bonum, quære pacem & perſequere eam. Oculi domini ad iuſtos, & aures
eius ad clamorem eorum. Vultus autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de ter-
ra memoriam eorum. Et paulò poſt: Interficiet impium malitia, & odientes iuſtum culpabũ-
tur. Nos quanquam multa patiamur à talibus, diligamus nos chariſſimi inuicem, quoniam
charitas ex deo eſt, Et omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deum. Qui non diligit,
non nouit deum, quia deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium
E ſuum vnigenitum miſit deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi
nos dilexerimus deum, ſed quoniã ipſe dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro
peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deũ ne-
mo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis per-
fecta eſt: in hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu
ſuo dedit nobis, & nos vidimus, & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuum ſaluatorem
mundi. Quiſquis cõfeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius dei, deus in eo manet, & ipſe in deo.
Et nos agnouimus & credimus veritati, quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui
manet in charitate in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fi-
F duciam habeamus in die iudicij, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor nõ eſt
in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autẽ
timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, quoniam deus prior dilexit
nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui autẽ non
diligit fratrem ſuum quem videt, deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc
mandatum à deo habemus, vt qui diligit deum, diligat & fratrem ſuum. Omnis qui credit,
quoniam Ieſus Chriſtus ex deo natus, & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui na
tus eſt ex eo. In hoc cognouimus, quoniam diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mã
data eius faciamus: hæc eſt enim charitas dei, vt mandata eius cuſtodiamus. Et mandata eius
grauia non ſunt, quia omne quod natum eſt ex deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ
vincit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vincit mundum fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est G
filius dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in
aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas, quoniam tres
sunt qui testimonium dant, spiritus, sanguis, & aqua, & hi tres vnum sunt. Si testimonium ho
minum accipimus, testimonium dei maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in
filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non
credit in testimonio, quod testificatus est de filio suo deus. Et hoc testimonium est, quoniam
vitam æternam dedit nobis deus. Et hæc vita in eius filio. Qui habet filium, habet vitam: qui
non habet filium dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, vt sciatis, quoniam vitam habebi-
tis æternam, qui creditis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia H
quodcunque petierimus secundū voluntatem eius, audiet nos. Et scimus quia audit nos, quic-
quid petierimus. Scimus, quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fra-
trem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mor-
tem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatū est,
& est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus est ex deo non peccat, sed genera-
tio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus enim quoniam ex deo sumus, &
mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sen-
sum vt cognoscamus deum verum, & simus in vero filio eius: hic est verus deus, & vi-
ta æterna. Propter mala sua multi potentes oppressi sunt valde, & glorioſi traditi sunt in ma- I
nus alterorum. Benedictio autem dei in mercedem iusti festinat, & in honore boni processus
illius fructificat. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristi-
tia delicti. Scitote charissimi, pro ea pietate quæ vobis dei famulis impendenda est, omnes
suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas, me dignanter suscepisse, vt ipsarum quoque
opere, & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus aut
his similibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata
qualitate horum, nostra quid obseruari debeat sollicitudo constituat. Data V I. Calend.
August. Constante Cos.

K

ALTERA EVSEBII EPISTOLA ADMONI-toria, ad fratres per Alexandriam & Aegyptum Christum syncere prædicantibus, ne se à vera fide per astu-tias falsorum prophetarum auel-lere patiantur.

EVSEBIVS Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ episcopus, dilectissimis, L
in charitate Christi vnanimis, charitatis glutino connexis, fratribus
per Alexandriam & Aegyptum domino militantibus, & rectam fidē
tenentibus, in domino salutem. Benedictus deus & pater domini no-
stri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis,
qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi
consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationē qua exhor-
tamur ipsi à deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis,
ita & per Christum abundat cōsolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatio-
ne & salute: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quę operatur in tolerantiā ea- M
rundem passionum quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, sciētes, quoniam
sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Vetera dilectissimi transierunt, & ecce
facta sunt noua. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum, & dedit nobis
ministerium reconciliationis, quoniamquidem deus erat in Christo, mundum reconcilians
sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chri
sto ergo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo re-
conciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficere-
mur iustitia dei in ipso. Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiā dei recipiatis.

Ait

A Ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Ecce nunc tempus accepta-
bile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur minister-
rium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros in multa patien-
tia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in
laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, & suauitate, in spiri-
tu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitiæ à dextris
& à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores
& veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati & nō mor
tificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes, tan-
quam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum patet ad vos charissimi, cor nostrum B
dilatatum est. Non angustiamini in carnalibus, angustiamini autem in spiritualibus. Eandem
autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico dilatamini & vos. Nolite iugum duce-
re cum infidelibus. Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad
tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis au
tem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui, sicut dicit dominus:
quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus,
propter quod exite in medio eorum, & separamini de medio eorum dicit dominus, & immū
dum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, &
filias, dicit dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones charissimi, mundemus C
nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Er
rorem vestrum corrigite fratres, & ab omni erroris macula vos custodite, vt purum dei mu
nus offerre valeatis. Seruos dei nolite persequi. Episcopos nolite infamare neque accusare,
quia deus eos suo iudicio voluit reseruari. Quod enim non ab humanis, aut prauæ vitæ homi
nibus eos deprauari, aut accusari voluit ipse dedit exemplum, quando per seipsum & non per
alium, negotiantes eiecit sacerdotes de templo, & mensas numulariorum proprio euertit fla-
gello, & eiecit de templo: & sicut alibi ait, Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem
deos discernit. Dei ergo ordinationem accusat, qui episcopos accusat vel condemnat, dum
minus spiritualia quàm terrena sectatur. Causa enim fidei & dilectionis quibus salus Chri- D
stiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuētem ne prauitas quę in suis
fuerat amputanda principiis, processu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum
nimis est atque incongruum, eos qui episcopos vel reliquos veros sacerdotes sua persecutio-
ne vexant, catholicorum nominibus sine discretione misceri, cum iam natam impietatē non
deferentes ipsi sua prauitate condemnantur, quos conuenit percelli pro perfidia, aut liberari
pro venia: quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam reddi, ita iustū est
omnia perturbantis autoritatem amputari. Miror charissimi, quare tam cito mouemini, atq;
à vestro sensu transferimini, cum scriptum sit: Post concupiscentias tuas non eas, & à volun-
tate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. E
Ne oblecteris in turbis, nec in modicis: adest enim commissio illorum. Ne fueris mediocris
in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in seculo: eris enim inuidus tuæ vitæ. Operari-
us ebriosus non locupletabitur, & qui spernit modica paulatim decidet, & mulieres apostata-
re faciunt sapientes, & arguunt sensatos, & qui se iungit fornicariis, erit nequam, putredo &
vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima
eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur, & qui delinquit in animam suam insu-
per habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur: & qui odit correptionem minuetur vita:
& qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam pœnitebit, & qui
iocundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minorabe- F
ris. Amico & inimico noli enarrare sensum tuum, & si est tibi delictum, noli denudare: audi-
et enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum, odiet te, & sic adhærebit tibi semper.
Audisti verbum aduersus proximum, commoriatur in te fidens, quoniam non te disrumpet,
à facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis,
sic verbum in corde stulti. Corripe amicum ne fortè cum fecerit iniuriam, & non intellexe-
rit, dicat, non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne fortè non di-
xerit. Et si dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, & nō omni ver-
bo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in
lingua sua? Corripe proximum antequam commineris, & da locum timori altissimi, quia

omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis sapientia & scientia timor dei,& in illa est timere deum,& in omni sapientia dispositio legis. Non est sapientia neque scientia,& non est cogitatus bonus,nisi in illa. Peccatorum prudentia est nequitia,& in ipsa execratio,& est insipiens,qui imminuitur sapientia. Melior est homo qui deficit sapientia,& deficiens sensu in timore,quàm qui abundat sensu,& transgreditur legẽ altissimi. Est solertia certa,& ipsa iniqua, & est qui emittit verbum certũ enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se,& interiora eius plena sunt dolo. Et est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate,& est iustus qui inclinat faciem,& fingit non videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare,si inuenerit tempus malefaciendi,malefaciet. Ex visu cognoscitur vir,& ab occursu faciei cognoscitur sensatus: amictus corporis & risus dentium, & ingressus hominis enũciat de illo. Est correptio mendax in ore contumelioſi,& est iudicium quod non probatur esse bonum,& est tacens,& ipse est prudens. Quàm bonum est arguere,quàm irasci,& confitentem in oratione non prohibere. Cũcupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam,sic qui facit per vim iudicium iniquũ. Quàm bonum est correpto manifestare pœnitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens qui inuenitur sapiens,& est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens nõ habens sensum loquelæ: est & tacens,tempus sciens apti temporis. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus,lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam,& qui potestatem sibi assumit iniuste,odietur. Est processio in malis viro indisciplinato,& est inuentio in detrimentum. Est datum quod non est vtile, & est datum, cuius retributio duplex. Est propter gloriã minoratio,& est qui ab humilitate leuabit caput. Est qui multa redimat modico precio,& est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit,gratiæ autem fatuorum effundentur. Datum insipientis non erit vtile tibi,oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit,& multa improperabit,& apertio oris illius inflammatio est. Hodie fœnerat quis,& cras expetit,& odibilis homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus,& non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panẽ illius,falsæ linguæ sunt: quotiens & quanti irridebunt eum? neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit,similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ quasi qui à pauimento cadẽs, sic casus malorum festinanter venient. Homo ingratus quasi fabula vana in ore indisciplinatorum assidua erit. Exore fatui reprobabitur parabola,non enim dicit illam in tẽpore suo. Est qui vetatur peccare ab inopia,& in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam præ confusione,& ab imprudenti persona perdet eam,personæ autem accepticne perdet se. Est qui præ confusione promittit pro amico,& lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium enim nequam in homine mendacium,& in ore indisciplinatorum assidue erit. Laudat furem assiduitas viri mendacis,perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominũ mendacium sine honore,& confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Vos fratres admonemus profutura hominibus inuicem indesinenter sectari in charitate Christi. Similiter obsecramus vos in domino,vt digne ambuletis vocatione,qua vocati estis,cum omni humilitate,& mansuetudine,cum patientia inuicem supportantes in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,vnum corpus,& vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ,vnus dominus,vna fides,vnum baptisma,vnus deus,& pater omnium,qui super omnes & per omnia,& in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est,& qui ascendit super omnes cœlos,vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas,alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorũ in opus ministerij,in ædificationem corporis Christi,donec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filij dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes,& circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in astutia ad circunuentionem erroris: de occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquum est,& eum cuius non videntur nisi opera bona,peccatum est ex suspitione reprehendere. Oues ergo quæ pastori suo commissæ sunt,eum nec reprehendere(nisi à recta fide exorbitauerit)debent,nec vllatenus accusare possunt,quia facta pastorum oris gladio ferienda nõ sunt,quanquam recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus quosdam episcopos nostris in partibus à propriis ouibus accusatos, aliquos videlicet ex

licet ex suspicione,& aliquos ex certa ratione. Et idcirco quosdam esse rebus suis expoliatos, quosdam vero à propria sede pulsos. Quos scias, nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse vocare,nec in aliquid iudicare,antequam cuncta quæ eis sublata sunt, legibꝰ potestati eorum redintegrẽtur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias quæ ei sublatæ sunt,cum omni priuilegio suo restitui,& postmodum non sub angusti temporis spacio,sed tantum temporis spacium eis indulgeatur,quantum expoliati vel expulsi esse videntur antequam ad synodum conuocentur,& ab omnibus quibusque suæ prouinciæ episcopis audiantur. Nam nec conuocari ad causam, nec diiudicari potest expoliatus vel expulsus,quia non est priuilegium,quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est,vt omnes possessiones,& omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatã præceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit,vniuersa in statu quo fuerant recipiat,& quæ possidet securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis,& regum edictis legitur statutum: Redintegrãda sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis præsentialiter ordinatione pontificum, & in eorum vnde absceſserũt loca funditus reuocanda, quacunque conditione temporis,aut dolo, aut captiuitate,aut virtute maiorum,aut per quascunque iniustas causas res ecclesiæ, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur,ante accusationem aut regularem ad synodum vocationem eorũ. & reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus,sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptũ est: Quod si aliquid defraudaui,reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam,illi cuius res direpta est,in decuplũ quæ sublata sunt,restituat. Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui,& dicet omnis populus,Amẽ. Talia ergo non præsumantur absquevltione,nec exerceantur absque sua damnatione. Pacem & non damnum,aut iniustitiam alicuius sectamini inuicem & in omnes. Veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. De cætero charissimi gaudete,& perfecti estote,exhortamini,idem sapite, pacẽ habete,& deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Dominus custodiat vos & nũc,& in die æternitatis,Amen, Data IX. Calend. Octobris, Constante. CC. Concess.

TERTIA EVSEBII EPISTOLA AD EPISCOPOS & diacones Thusciæ & Campaniæ, vt non solum diligẽtiores sint circa ea gerenda,quæ administratio religiosa desiderat,sed etiam bonis operibus in hoc seculo sint diuites,ne æterno gaudio priuentur

Et nonnulla alia de festo inuentionis crucis,de hæreticis suscipiendis,de impositione manuum habebitis.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Campaniam & Thusciã constitutis, Eusebius. Benedictus dominus deus noster qui per misericordiam suam Romanam ecclesiam beati Petri Apostolorũ principis sacerdotio ditauit, nobisq; viam monstrandam circa nos propter vniuersalem curam quę nobis propter priuilegium eiusdem ecclesiæ charitas indulsit,qui cohæremus firmitate fidei,iũgamur quoque votiua iocunditate colloquij,quo facilius dum per literarum misteria advos vsque pertendimus,etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus,& dum dilectionis nostræ spei reddimus velut quoddam debitum,plenum circa deum monstremus affectum. Iungamus ergo dilectissimi fratres,continuas & humiles preces,& deum nostrum oris & cordis lachrymis supplicãtes iugi deprecatione poscamus,vt institutione & opere illi cuius esse membra cupimus,hæreamus,nec vnquam ab illa via quæ Christus est deuio tramite declinemus,ne ab eo iuste quẽ nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos impie relinquimus,deseramur infideles. Quod cum superni fauoris auxilio ea nobis po- G
test ratione contingere,si Apostolica dogmata,si patrum mandata seruamus.Dicit enim do-
minus noster:Qui diligit me,sermonē meum seruabit,& pater meus diliget eum , & ad eum
veniemus,& mansionem apud eum faciemus.Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere,
vt vel declinemus errata,vel custodiamus catholica,ab Apostolis tamen eorūq; successoribus
nouimus cōstitutū criminatiōes aduersus doctores nō debere suscipere,nec peregrina iudicia
fieri,nec quenquā alterius iudicis quàm sui sentētia debere constringi . Caput enim ecclesiæ
Christus est,Christi autē vicarij sacerdotes sunt,qui vice Christi legatione funguntur in ec-
clesia.Idcirco quicquid ad eorū fit iniuriam,ad Christum pertinet qui dixit : Qui vos audit,
me audit: & qui vos spernit,me spernit:& qui spernit me,spernit eum qui misit me. Ista fra- H
tres terribilia sunt,& oppido diligenter consideranda & cauenda,& tam propter eos qui seip
sos aut cupiditate,aut auaritia,aut inuidia perdere moliuntur,ne in profunda labantur,aut in
talia incidant mala,quàm propter persecutores ecclesiæ seruorumq; eius qui iuxta veritatis
vocē oculos habentes nō vident,& aures habentes non audiunt, nec intelligunt quæ placent
deo,sequētes in omnibus apostolicam regulam,& prædicantes eius omnia cōstituta ob custo
diam episcoporum,qui columnæ ecclesiæ à deo dicti sunt,& cæterorū verorum sacerdotum
firmantes cana patrum statuta,statuimus iterum cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis,
sicut dudum decretū reperimus,vt homicidæ,malefici,fures,sacrilegi,raptores,adulteri,ince I
sti,venefici,suspecti,criminosi,dolosi,periuri,& qui raptum fecerunt,vel falsum testimonium
dixerunt,seu qui ad sacrilegos diuinosq; cōcurrerunt,similesq; eorum nullatenus ad accusa-
tionem vel ad testimonium erunt admittendi,quia infames sunt & iuste repellendi,quia fu-
nesta est vox eorum.Vocem enim funestam in omnibus interdici potius quàm audiri opor-
tet.Periculō ergo quod doctoribus imminet,summopere semper cauendum est & declinan-
dum,& illi sunt à cunctis portandi & custodiendi , dicente domino : Quod vni ex minimis
meis feciſtis,mihi feciſtis, Prima enim salus est rectę fidei regulas custodire, & à constitutis
patrum nullatenus deuiare.Nec potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia di-
centis: Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.Et hæc quæ dicta sunt,
rerum probantur effectibus,quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica ser- K
uata religio.Ideo charissimi & vos iuxta sanctam scripturam discite bene facere & mala de-
clinare,& patrum regulis imbui,sicut scriptum est: Fili si habes bene fac tecū , & deo dignas
oblationes offer.Memor esto quoniā mors non tardat,& testamentū inferorum,quia demō-
stratum est tibi.Testamentū huius mundi morte morietur . Ante mortē benefac amico tuo,
& secundum vires tuas exporrigens da pauperi.Nō defrauderis à die bona,& particula boni
doni nō te prætereat . Nónne aliis relinquis dolores & labores tuos? In diuisione sortis da &
accipe,iustifica animam tuā.Ante obitum tuū operare iustitiam, quia nō est apud inferos in-
uenire cibū, Omnis caro sicut fœnū veterascet,& sicut folium fructificans in arbore viridi.
Alia generātur,& alia deiiciūtur.Sic generatio carnis & sanguinis alia finitur,& alia nascit. L
Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui illud operat̄,ibit cū ipso. Et omne opus electū
iustificabitur,& qui operat̄ illud honorabitur in illo.Beatus vir qui in sapietia sua morabitur,
& qui in iustitia sua meditabitur,& in sensu cogitabit circūspectionē dei. Qui excogitat vias
illius in corde suo & in abscōsis illius intelligens erit,vadens post illā quasi inuestigator,& in
viis illius consistens.Qui respicit per fenestram eius,& in ianuam illius audiens.Qui requie-
scit iuxta domum illius,& in parietibus illis figens palum . Statuit casulam suam ad manus
illius,& requiescunt in casula illius dona per æuum . Statuet filios suos sub tegmine illius, &
sub ramis illius morabitur,protegitur sub ramis illius à feruore,& in gloria eius requiescet.
Qui timet dominum faciet illud,& qui continens est iustitiæ apprehendet illam , & obuiabit M
illi quasi mater honorificata,& quasi mulier à virginitate suscipiet illum.Cibabit illū pane vi
tæ & intellectus,& aqua sapietię salutaris potabit illū.Et firmabitur in illo, & nō flectetur,&
continebit illū,& non confundetur,& exaltabit eum apud proximos suos,& in medio eccle-
siæ aperiet os eius, & implebit eum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet il-
lum, iocunditatem & exultationem thesaurizabit super illum , & nomine æterno hæredita-
bit illum . Homines stulti non apprehendent illam , & homines sensati obuiabunt illi , ho-
mines stulti non videbunt illam . Longe enim abest à superbia & dolo . Viri mendaces non
erunt illius,& viri veraces inuenientur in illa,& accessum habebunt vsque ad inspectionem
dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris,quoniam à deo perfecta est sapientia . Sapientia
enim

A enim dei stabit laus,& in ore fideli abundabit,& dominator dabit eam illi . Non dixeris per
dominū abest,quæ odit non feceris,non dices ille me implantauit.Non enim necessarij sunt
illi homines impij.Omne execramentum erroris odit deus , & non erit amabile timentibus
eum.Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui, adiecit man-
data & præcepta sua.Si volueris mandata,conseruabunt te , & in perpetuum fidem placitam
seruare.Apposui tibi aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum, ante hominem vi-
ta & mors,bonum & malum,quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa patientia dei, &
fortis in patientia,videns omnes sine intermissione . Oculi domini ad timentes eum, & ipse
cognoscit omnem operam hominis.Nemini mandauit impie agere , & nemini dedit spaciū
B peccandi.Non enim concupiscit multitudines filiorum infidelium & inutilium.Ne iocunde-
ris in filiis impiis,si multiplicentur,nec oblecteris super ipsos , si non est timor dei cum illis.
Non credas vitæ illorum,& non respexeris in labores eorum . Melior est enim vnus timens
deum, quàm mille filij impij.Et vtile mori sine filiis,quàm relinquere filios impios . Ab vno
sensato inhabitabitur patria,& à tribus impiis deseretur.Multa alia vidit oculus meus, &for
tiora horum audiuit auris mea.In synagoga peccantium exardebit ignis,in gente incredibili
exardescet ira.Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes,qui destruxerunt confidē
tes suæ virtuti,& non pepercit peregrinationi illorum,sed percussit eos,& execratus est illos
præ superbia verbi illorum.Non misertus est illis totam gentem perdens, & extollentes se in
C suis peccatis.Et sicut sexcenta millia peditum,qui congregati sunt in duritia cordis sui . Et si
vnus fuisset ceruicatus,mirū si fuisset immunis.Misericordia enī & ira est cū illo potēs exo-
ratio,& effundens iram secundum misericordiam suam.Sic correptio illius homines secun-
dum opera sua iudicabit.Non effugiet in rapina sua peccator,& non retardabit sufferentiam
facientis misericordiam.Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum
operum suorum,& secundum intellectum peregrinationis.Non dicas à deo abscondar,& ex
summo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoscar . Quæ est enim anima mea
in tam immensa creatura?Ecce cœlum & cœli cœlorum,abyssus,vniuersa terra,& quæ in eis
sunt,in conspectu illius commouebuntur,montes simul & colles & fundamenta terræ. Et cū
D conspexerit illa deus,tremore concutientur,& in omnibus his insensatum est cor . Et omne
cor intelligitur ab illo,& vias illius quis intelligit ? Et procellam quam nec oculus vidit ho-
minis? Nam plurima opera illius sunt in absconsis,sed opera iustitiæ illius quis enarrabit,aut
quis sustinebit? Large enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio hominum in cō-
summatione est.Qui minoratur corde,cogitat mala,& vir imprudens & errans cogitat stul
ta.Omnis ergo fratres sermo malus de ore vestro non procedat,sed si quis bonus est ad ædi-
ficationem opportunitatis,vt det gratiam audientibus.Et nolite contristare spiritum sanctū
dei,in quo signati estis in die redēptionis.Omnis amaritudo,& ira,& indignatio, & clamor,
& blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.Estote autem inuicem benigni, misericor-
E des,donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis.Estote ergo imitatoresdei sicut
filij charissimi,& ambulate in dilectione,sicut &Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum
pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.Fornicatio autem & omnis im-
munditia,aut auaritia,nec nominetur in vobis,sicut decet sanctos,aut turpitudo,aut stultilo-
quium,aut scurrilitas,quæ ad rem non pertinet,sed magis gratiarum actio. Hoc enim scito-
te intelligentes,quod omnis fornicator aut immundus,aut auarus(quod est idolorum serui-
tus)nō habet hæreditatē in regno Christi & dei.Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter
hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ.Nolite ergo effici participes eorum . Eratis enim
aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est
F in bonitate,& iustitia,& veritate, probantes quid sit beneplacitum deo , & nolite communi-
care operibus infructuosis tenebrarum,magis autem redarguite . Quæ enim in occulto fiunt
ab ipsis,turpe est dicere . Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifestantur : omne enim
quod manifestatur,lumen est.Propter quod dicit: Surge qui dormis,& exurge à mortuis, &
illuminabit te Christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis,non quasi insipien-
tes,sed vt sapientes,redimentes tempus,quoniam dies mali sunt,propterea nolite fieri impru
dentes,sed intelligentes quæ sit voluntas dei.Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria , sed
implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis in cordibus vestris,
domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & pa
tri,subiecti inuicē in timore Christi. Crucis ergo domini nostri Iesu Christi quæ nuper no-
bis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus quinto nonas Maij inuenta eſt, in præ- G
dicto calendarum die inuentionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus. Similiter
& hæreticos omnes quicunque dei gratia conuertuntur, in ſanctæ trinitatis nomine creden-
tes baptizati ſunt, Romanæ eccleſiæ regulam tenentes per manus impoſitionem reconciliari
præcipimus. Manus impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quæ ab a-
liis perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus. Nec tempore apoſtolorum ab aliis quàm
ab ipſis apoſtolis legitur aut ſcitur peracta eſſe, neq; ab aliis (ſicut iam dictum eſt) quàm ab il-
lis qui eorum locũ tenẽt, vnquã perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſumptũ fuerit,
irritũ habeatur & vacuũ, nec inter eccleſiaſtica vnquã reputabitur ſacramenta. De cętero fra
tres gaudete & exultate in domino, vt ſancti ſpiritus gratia illuminati & confortati, vos ve- H
ſtroſq; ad paſcua æternæ vitæ peruenire atq; perducere adminiculante domino valeatis. Gra
tia domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas dei & communicatio ſpiritus ſancti ſit ſemper cum
omnibus nobis, Amen. Data VIII. Calend. Sept. Conſtante. C. conſule.

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFI-
cum ad Marcum Papam pro exemplaribus Niceni Concilii, quia Arriani eorum exemplaria incenderant. I

SANCTO & apoſtolici culminis venerando domino Marco ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis atq; vniuerſalis eccleſiæ papæ, Athanaſius & vniuerſi Aegyptiorũ epiſcopi. Ad vos peruenisſe nõ dubitam⁹ quã-
ta & qualia ab hęreticis, & maxime ab Arrianis quotidie patimur, quo
niam in tantũ ab eis perſequimur, vt etiã viuere nos tædeat. Nam in-
ſtanti tẽpore ſubito & inſperate in nos irruẽtes, nosq; iuxta præceptum
domini, qui ait, ſi vos perſecuti fuerint in vnã ciuitatẽ, fugite in aliã: fu K
giendo propter cladẽ populi declinãtes, nos cõprehendere nõ value-
runt, ſed omnia noſtra depopulati ſunt, in tantũ enim noſtra vaſtauerũt, vt nec libros, nec ve-
ſtimenta eccleſiaſtica, aliaq; ornamẽta, nec reliqua vtenſilia nobis dimitterẽt. Libros vero no
ſtros vſq; ad minimũ incendẽtes, nec iota vnũ relinquentes propter veritatis fidẽ Nicenam
ſynodũ, qua clerus & populus imbuebatur, & maxime iam imbuti erant, in cõtumeliam no-
ſtram, & omniũ Chriſtianorũ, incenderunt. Quapropter precamur pater beatiſſime, quia nõ
dubitamus apud vos plenaria eſſe Niceni Concilij exemplaria, vt nobis illa quæ ſancte recor
dationis prædeceſſoris veſtri Sylueſtri fuerunt, ſub tuta mittatis ſtipulatione. Nam quando
prædictæ ſynodo cũ beatæ memorię Alexãdro digno deo põtifice noſtro, id eſt, Alexandrinę
magnæ ciuitatis epiſcopo in diaconatus interfuimus officio, ſub noſtræ præſentię teſtimonio L
per beatos viros Victorẽ; Vincentium presbyteros apoſtolicæ ſedis apocriſarios miſſa ſunt
prædicto papæ Sylueſtro cum adſtipulatiõe ſubnexa capitula lxx. Sane preſentib⁹ nobis lxxx.
capitula in memorata tractata ſunt ſynodo, xl. à Græcis greca lingua ædita, & xl. à latinis ſi-
militer latina ædita lingua: ſed viſum eſt trecentis decem & octo patrib. in prædicto ſancto
ſpiritu repletis cõcilio congregatis, & maxime iam dicto Alexandro, & apoſtolicæ ſedis apo
criſariis, vt x. capitula adunarentur, aliis atq; congruis in locis inſererentur, & ad formã LX.
diſcipulorũ vel totius orbis terræ linguarũ, lx. tanti & tam excellẽtis concilij fierent capitula,
quæ omnẽ Chriſtianorũ informarent orbẽ, & omnes ſub ſacerdotali & Chriſtiano nomine
degentes vna fides, & vna ſacerdotalis atq; clericalis regeret norma, nec quiſquã à ſuo diſſi- M
deret capite. Nũc ergo, vt prædictũ eſt, inimici ſanctæ dei eccleſiæ, & maxime Arriani à qui-
b⁹ quotidie expugnamur, cõterimur, & opprimimur, præfata lxx. Niceni Cõcilij capitula quę
de præfata ſynodo iam facta, iubẽte domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcopo-
rum attuli, quæ etiã coram omnibus recitaui atque tranſcripſi, ſunt igne cõbuſta, optamus vt
à veſtræ ſanctæ ſedis Eccleſiæ autoritate quæ eſt mater & caput omnium Eccleſiarum, ea ad
correptionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præſentes legatos
mereamur. Vere nouimus Apoſtolatus veſtri cor gratia ſancti ſpiritus in tantum eſſe ac-
cenſum, vt omnibus oppreſſis ſuccurratis, quanto magis nobis qui licet exigui ordinis,

tamen

A tamen veſtri ſumus, vobisq; obedientes, cum omnibus nobis cõmiſſis, & eſſe ſemper volumus.
Ideo decet & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ neceſſaria iuxta ſapiẽtiam quã
vobis præſtitit altiſſimus eſſe cognoueritis, abſq; tarditate præſtare, vt tantæ miſeriæ ſqualo-
res à fideliũ mentibus detergantur, & quaſi vulnus corpori infixũ aditu tantæ miſeriæ obſe-
rato, ſalutari curetur antidoto, vt diuino freti iuuamine, veſtraq; autoritate atq; auxilio robo
rati, aduerſantium tergiuerſationes euadere valeamus, atq; incõfuſo vultu non fraude cuiuſ-
quam perculſi aſſiſtere æterno iudici mereamur, & vocem audire Chriſti, Euge ſerue bone &
fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudiũ domini tui.

B

RESCRIPTIO MARCI PAPAE DE MISSIO-
ne Capitulorum Niceni Concilii Athanaſio & omnibus Aegyptiorum Epiſcopis.

C DOminis venerabilibus fratribus Athanaſio, & vniuerſis Aegyptio-
rum epiſcopis. Marcus S. Ro. Eccleſiæ epiſcopus. Doleo fratres & ni-
mium cõtriſtor ſuper afflictione veſtra, ſed oppido cõſolor, quod vẽ
to agitata nõ eſtis harũdo, ſed recti in fide inter omnes procellarũ &
turbinũ colluctatiões inceſſanter perduratis. Lectis ergo frat. veſtræ
literis, vigorẽ conſtantiæ quẽ olim noueramus, agnouimus, cõgratu-
lantes vobis quod ad cuſtodiendũ gregem paſtoralem curã vigilan-
ter inſequimini, he lupi qui ſub ſpecie ouiũ ſubintrarũt, beſtiali ſæui-
tia ſupplices quaſq; dilacerent, qui nõ ad hoc ſubintrarũt, vt aliqua correctione proficiant, ſed
vt ea quæ ſunt ſana corrũpant. Quapropter moneo & hortor dilectionẽ veſtram, vt bonum
quod incepiſtis adminiculante diuina gratia vſq; in finem perducere ſatagatis, veritatis voce
monẽte: Beatus qui perſeuerauerit vſq; in finem: vnde enim beata perſeuerantia niſi de vir-
D tute patiẽtiæ? Nam iuxta apoſtolũ, omnes qui voluerint pie viuere in Chriſto perſecutionem
patientur: quæ nõ in eo tantum computanda eſt, quod contra Chriſtianam pietatem, aut fer
ro, aut ignibus agitur, aut quibuſcunq; ſuppliciis cum perſecutionũ ſæuitiam ſuppleant, ſed diſ
ſimilitudines morum & cõtumaciæ inobediẽtium, & malignarum tela linguarũ, quibusq; cõ-
flictationibus cõmunia ſemper mẽbra pulſantur, ita vt nulla piorum portio à cõflictatiõe ſit
libera, periculis nec ocio careãt nec labore, nã hæc & omnia incremẽta probabilium ſtudio-
rum, & in eis vſq; in finem perſeuerãtia, atq; bonæ voluntatis incremẽta, ad Chriſti gratiam
ſemper ſunt referẽda, vt in omnibus quæ agimus de⁹ omni perfecte laudetur tẽpore. De ca-
pitulorũ nanq; verorũ Niceni cõcilij, quibus nos interfuiſſe literis veſtræ fraternitatis ſigni-
E ficaſtis, à noſtris qui vnà nobiſcũ interfuerunt diligentioribus requiſiuimus collocutionibus,
qui ita vt veſtræ teſtatæ ſunt literæ, omnẽ nobis ordinẽ expoſuerunt, & veſtrã epiſtolam per
omnia veram eſſe teſtificati ſunt, nõ vt nos aliquid ſiniſtrũ veſtra ex parte arbitraremur, ſed
nos & vos illoſq; abſq; vlla in poſterũ titubatione vnum ſentire optaremus, & ſancta Roma-
na eccleſia quæ ſemper immaculata permãſit, & domino præuidẽte, & beato Petro apoſtolo
opem ferẽte in futuro manebit, ſine vlla hæreticorum inſultatione firma & immobilis omni
tẽpore perſisteret. His ita peractis diligenter requirẽtes in ſancto noſtræ & apoſtolicæ ſedis
ſcrinio eadẽ quæ ſanctæ recordationis prædeceſſori meo Sylueſtro ſunt directa, ſeptuaginta
(vt ſignificaſtis) capitula illæſa inuenimus. Ipſa enim vobis propter autoritatẽ & ſubſcriptio-
F nem tantorũ patrum & eius magni cõcilij minime miſimus, ſed per eadẽ coram apocriſariis
veſtris alia ſimilia eundẽ numerum eademq; verba, & ipſam ſubſcriptionẽ continẽtia, vobis
reſcribere & ſub certa ſtipulatione & cõfirmatione mittere curauimus. Et quis eſt qui fratri-
bus ſuis talia negare audeat? Nam nõ negligenda nobis hæc per ſancti ſpiritus gratiã domi-
nus docuit, ſed fideliter exercenda & fratribus cõtradenda & docẽda diſtribuit. Hæc apoſto-
lorũ viua traditio, hęc eſt vera charitas quæ prędicãda eſt, & pręcipue diligenda ac fouenda,
atq; fiducialiter ab omnibus tenẽda: hęc ſancta & apoſtolica mater omniũ eccleſiarum Chri
ſti eccleſia, quę per omnipotẽtis dei gratiã à tramite apoſtolicę traditiõis nunquã erraſſe pro-
batur, nec hęreticorũ nouitatib⁹ deprauãda ſuccubuit, ſed vt in exordio normã fidei Chriſtia
næ percepit ab autorib⁹ ſuis apoſtolorũ Chriſti principibus, illibata fine tenus manet, ſecundũ

q ipſius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius domini saluatoris diuinã pollicitationem,quj discipulorum suorũ principi in suis fatus G
est euangeliis:Petre,inquiens,ecce Satan expetiuit vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum,
ego autẽ pro te rogaui vt nõ deficiat fides tua,& tu aliquãdo confirma fratres tuos.Cõsideret
itaq; vestra excellens prudẽtia quàm bonũ sit supersistere in dispensatione vobis credita,&in
fide recta,atq; hæreticis & æmulis Christi repugnare,& nunquã à veritatis tramite declina-
re,quoniã domin⁹ & saluator omniũ cuius fides est,qui pro nobis mori nõ dubitauit, & pro-
prio nos suo redemit sanguine,qui fidẽ beati Petri nõ defecturã promisit, & cõfirmare eum
fratres suos admonuit,quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores cõsidenter
fecisse semper cũctis est cognitum,quorũ & pusillitas mea licet impar sit & infirma, pro su-
scepto tamẽ diuina dignatiõe ministerio,pedissequa cupit existere: væ enim erit nobis qui hu H
ius ministerij onus susceptum habemus,si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi,quàm apo-
stoli prædicauerũt, prædicare neglexerimus: væ erit nobis si silentio veritatẽ oppresserimus,
qui erogare nummulariis iubemur,id est Christianos populos imbuere & docere, quid in ip-
sius Christi futuro dicturi sumus examine,si sermonis eius veritatem confundimur prędica-
re?quid erit de nobis cum de commissis nobis animabus, & de officio susceptorationem iu-
stus iudex Christus deus noster districtam exegerit ? Ideo fratres hortor dilectionẽ vestram,
obtestor & moneo,vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos hæreti-
cos & inimicos sanctæ dei ecclesiæ,& à suis mentibus ne pestis hæc latius diuulgetur, seueri- I
tate qua potestis pro viribus extirpetis:quoniã vt habebit à deo dignæ remunerationis præ-
mium qui diligentius quod ad salutem cõmissæ sibi plebis proficiat,fuerit executus, ita ante
tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicunq; plebem suam contra
sacrilegæ persuasionis autores noluerit custodire. Data XX.Calendas Nouembris,Nepotia-
no & Secundo viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA ATHANASII ET AEGYPTIORVM Episcoporum ad Liberium Papam,de oppressionibus Arrianorum. K

DOmino beatiss.& honorabili sancto patri Liberio papæ Athanasius,
& vniuersi Aegyptiorũ episcopi, in vnũ synodice apud Alexãdriam
cõgregati.Vestræ beatissimæ paternitatis iura penes deũ sunt manife
sta,dum prędicationibus scilicet apostolicis, & doctrinis veræ fidei
cultura vniuersa repleta sit terra:per diuinorũ tamen eruditionẽ elo
quiorũ vestra instruente admonitione exhortatoria superædificatur
orthodoxa Christi ecclesia apostolica institutiõe fundata, & à fideli- L
bus patribus firmissime roborata, ad quã omnes beatissimi apostoli
pari honoris & potestatis cõsortio prędi ti populorũ agmina cõuertentes,pie sanctęq; de tene
bris ad lumẽ,de lapsu ad verã fidem,de morte ad vitã homines diuinæ prędestinatiõis gratia
præceptis ac monitis perduxerũt,quorum sanctorũ apostolorum vestra fraternitas honorã-
da sequens merita,& perfectius implens exẽpla, ecclesiam dei morũ probitate,& actuũ san-
ctitate cõdecorat,& fide sacra Christianis moribus vigẽs, quæ fieri deo placita præcepit stu-
diis põtificalibus indesinẽter operatur& perficit,seruãs legis diuinæ mãdata,quia nõ legis au
ditores iusti sunt apud deũ,sicut narrat Apostolus,sed factores legis iustificabũtur.Nos enim
hæc meditari cupiẽtes,& ea quæ à sancta sede vestra apostolorũ, eorũq; successorũ prædica- M
tione susceperimus,atq; quę in Nicena synodo roborata cognouimus prædicare,& Arrianorũ
blasphemias,atque aliorum hæreticorum repellere cupientes quotidie ab his persequimur, &
damnationi tradimur atq; morti destinamur. Qua de re precamur,vt vestris exhortationi-
bus,tam per vos quàm & per apocrisarios vestros adiuuemur,ne dum illi crescũt & nos mi-
nuimur,vera fides destruatur,& eorũ hæresis vltra fidẽ nostram crescat:quoniã timemus,vt
postquã abũdauerit iniquitas,refrigescat charitas multorũ.Pro qua re multa vestræ sacræ do
ctrinæ tã apud deũ quàm apud cũctos fideles merces & laus reposita est, si vestra hæc recèse-
tur autoritate:nostrã enim fidẽ quam à sanctis patribus accepimus & tenemus atq; docemus
subter inseruim⁹,vt si aliquis vobis aliter nos credere aut docere,aut accusando,aut mussitã-
do retu-

A do retulerit,vel detrahendo scriptis madauerit,per hanc manifeste nos ita credere & docere agnoscatis. Credimus nanq; in vnum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium necnon inuisibilium factorẽ,& in vnum dominum nostrum Iesum Christũ filium dei natum ex patre vnigenitũ,hoc est,ex substantia patris,deũ ex deo,lumen ex lumine,deum verum ex deo vero,natum,nõ creatum,homousion,hoc est,eiusdem cum patre substantiæ,per quẽ omnia facta sunt,cœlestia,terrestria. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis,& incarnatus est,& homo factus, passus est,& resurrexit tertia die, ascendit in cœlum,venturus est iudicare viuos & mortuos.Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt,erat tẽpus quando non erat,& priusquã nasceretur non erat, & quia ex nullis subsisten-
B tibus factus est,aut ex alia substãtia vel essentia,dicunt esse trepton,hoc est,cõuertibilem atq; mutabilem filiũ dei:hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hãc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo patres agnouerunt,& amplexi sunt, & cõsonantes & vnanimes scriptis explanauerunt.Sed modo quoniã contra hæc(vt nostis)talia exurgũt,qualia nõ debent, venite & nos dilectissimi fratres cum deo descendamus ad visitationẽ, id est,inquisitionem sermonũ eorum,& cõfundamus per approbationem verissimã ibidem linguas eorũ eleuatas contra scientiam vnigeniti filij dei,& iniquitatem in altitudinem humanitatis eius loquentes,disrumpamus vincula eorũ per gladium spiritualem,quod est verbum dei, & proiiciamus à nobis iugum ipsorũ per expugnationẽ prophani sensus illorũ. Tunc enim ipse
C quoq; dominus irridebit eos,& subsannabit,& tunc loquetur ad eos in ira sua,& in furore suo conturbabit eos,secundũ beatum Hieremiã dicens: Falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo,nõ enim misi eos,& nõ præcepi eis,neq; locutus sum ad eos visionẽ mendacem, & diuinationem & fraudulentiã & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit dominus de prophetis qui prophetãt in nomine meo mẽdacium:Erunt proiecti inviis Hierusalem,& conculcatio omniũ pie confitentium me,& non erit qui sepeliat eos. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionem cõmentitiis, sicut nec foliis fici antiquis transgressor præcepti Adã potuit,qui per propriam linguã inuerecunde nudatur, laqueus enim fortis viro labia eius,& captus propriis sermonibus,& opera manuũ eius, retributio autẽ labiorum
D eius dabitur ei & impietatis reprehẽsio.Arguam te,inquit,& statuã contra faciem tuam,existimasti inique quod essem tibi similis.Propterea sicut dicit domin⁹ ad Gedeon, deponamus eos ad aquam veræ discretionis,& probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes per ostensionem praui intellectus eorũ, vtrũm ne sint apud eos sapientes diuini verbi scientiam ignorãtes,quoniam dicentes esse se sapientes stulti facti sunt,& mutauerunt gloriã catholicæ ecclesiæ propria nouitate & volũtate,siue per ea quæ illicite in eius defensione gesta sunt,hæreticã turbulentiam introducentes,illud cõpetenter ad nos retinentes quod bene ad Iesum filiũ Sirach dictũ est: Vsq; ad mortem certa pro veritate,& dominus pugnabit pro te.Huius rei gratia vniuersalis vobis in Christo Iesu cõmissa est ecclesia,vt pro o-
E mnibus laboretis,& cũctis opem ferre nõ negligatis: quia dũ fortis armatus custodit atrium suum,in pace sunt omnia quæ possidet.Ideoq; tanta vrgẽte necessitate summopere cõprimite vestra summa autoritate infestos,releuate oppressos,vt absq; graui damno, opitulante facultate,ipsi gratãter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Et subscriptio: Aeterna te seruet diuinitas per multos annos sanctissime patrum pater,Amen.

LIBERII PAPAE AD ATHANASIVM ET AEGYptiorum episcopos epistola,in qua fidem eorum commendat,& sacræ scripturæ testimoniis innixus,aduersus Arrianos hæreticos animat. F

DIlectissimo filio Athanasio,& omnibus in vnũ congregatis,& de trinitatis fide recte sentientibus Aegyptiorũ episcopis, Liberius papa.
Olim & ab initio tantã percepim⁹ à beato Petro apostolorũ ptincipe
fiduciã,vt habeam⁹ autoritatẽ pro vniuersali ecclesia ad rectã defen
dendã fidẽ, quatenus nulli liceat statũ sanctæ ecclesiæ cõmouere ad
læsionem recte credentium absque sui periculo honoris. Epistolam
siquidem vestram nobisque directam ante nos recitari fecimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribulationes & perſecutiones quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus & nos G
vnà vobiſcũ condolemus, & laborare pro vobis vt pater pro filiis parati ſumus. Fidem vero
Niceni concilij in eadẽ epiſtola rectam reperimus, ſuper qua & deo gratias vberrimas retuli-
mus, pro qua non ſolũmodo perſecutiones & paſſiones ſuſtinere vobiſcũ parati ſumus, ſed e-
tiam ſi neceſſe fuerit, mori pro Chriſti nomĩe, inquantũ noſtra ſinit fragilitas, nõ reſpuimus.
Igitur prædictũ ſanctum cõcilium (vt legimus) definiuit Nicenum, aliã fidem nulli licere pro-
ferre, aut cõſcribere, vel cõponere, aut ſapere, vel docere aliter, nec quicquam in fide ſentire,
aut proferre, quod his patrum regulis poſſit obuiare. Qui autem præſumpſerit cõponere aliã
fidem, aut proferre, docere, vel tradere aliud ſymbolum ad viam veritatis cõuerti deſideran-
tibus de quacunq; hæreſi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Chriſtianos ſe fieri volentibus, hi ſi e- H
piſcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem epiſcopos ab epiſcopatu, cleros à clero. Si vero mo
nachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Proteſtatur etenim beatus apoſtolus dicens: Si quis
certat, non coronatur, niſi legitime certauerit. Et iterum dominus ait: Qui autem perſeuera-
uerit vſq; in finem, hic ſaluus erit: videlicet certaminibus ſacris propoſitis nobis pro defen-
ſione catholicæ eccleſiæ, magnaq; ſalute ex hoc ſperata ab omnium bonorum datore deo. Nõ
deficiant manus noſtræ dilectiſſimi fratres per occaſionem cuiuſlibet, deſidia diſſolutæ, ſed
fortes efficiamur per gratiam domini atq; virtutem potentiæ eius, quoniã perfecit pedes no-
ſtros tanquã ceruorum, & ſuper excelſa firmius ſtatuit intellectus ſummæ eius humanitatis I
propter noſtrã ſalutem, maxime tantũ habẽtes impoſitam ſanctorũ teſtium nubẽ. Deponen-
tes ergo omne pondus, & circũſtantem aduerſariorũ nouitatem, per patientiã curramus, aſpi
cientes in autorẽ fidei, & conſummatorẽ Ieſum, qui in propoſito nobis propter eum negotio,
ſpiritum nobis ſuæ veritatis condonet, loquentẽ in nobis atq; prohibentẽ magnalia fidei per
doctrinam ſanctorum patrum quos aduerſarij culumniantur quotidie. In prophetis nanq; ha
betur: Propter Sion nõ tacebo, & propter Sion non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor
iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Profecto catholica eccleſia quæ vera conſi-
ſtit Sion, & ciuitas Chriſti cœlorum regis per tot annorũ ſpatia expugnata ab auerſantibus
verba fidei, qui neq; deum timent, neq; hominem reuerentur, ſed incaſſum perducẽtibus pias
& canonicas de hoc verbo doctrinas, dum aduerſis tantisq; ſcripto & ſine ſcripto conteſta- K
tionibus inuitati fuiſſent corrigere propriam, & ſepelire hæreſim, ſicuti & per anteriorẽ co-
gnitionem luculentius demonſtratũ eſt, tam per libellos quàm per ſuggeſtiones reuerendiſſi-
morum ſacerdotũ, & venerabilium abbatum, apoſtolo proteſtante nobis, vt hominem hære-
ticum poſt primã & ſecundam correptionẽ euitare debeamus, ſcientes quia huiuſmodi ſub-
uerſus eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tace-
re, aut quieſcere, ne quomodo iniqui iudicemur odibilem deo pacem amplectentes: quoni-
am ſcriptum eſt, Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns: & dicatur etiam de no-
bis, Sacerdotes mei contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſan-
ctum & prophanum non habuere diſtantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt: L
ſed conſurgere in deo, & conſiſtere prompte ei, & induentes arma ſpiritus aduerſus mali-
gnantes contra fidem eius, vt approbemus ſpiritus ſapienter, id eſt, verba eorum ſi ex deo
ſunt. Scriptum eſt enim in Hieremia: Probatorem dedi te in populo meo robuſtum, ſcies &
probabis viam eorum. Multa nanque nobis neceſſaria eſt vigilantia, & tanta diuinæ ſapien-
tiæ rimatio quæ occulta tenebrarum reuelat ad requiſitionem huiuſmodi rei, & ſcrutatio-
nem, quoniam latet quodammodo & abſconditur, víxque comprehenditur, doloſa exiſtẽs
malitia, pro eo quod ſibi pietatem callide blandiatur, vt valeat ſcrutantium mentem latẽ-
re. Quod vtique ſciens beatus Apoſtolus ait: Nam huiuſmodi pſeudoapoſtoli, & operarij
ſubdoli tranfigurãt ſe in Apoſtolos Chriſti. Sed non mirum, quoniam & ipſe Satanas trãſ- M
figurat ſe velut angelus lucis: & ideo non mirum, ſi miniſtri eius transfigurãtur velut mi-
niſtri iuſtitiæ, quoniam finis ſecundum opera eorum, ſed & dominus in hoc præmuniens
nos, ait: Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus
ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Ergo in idipſum ex toto corde refe-
rentes ante omnia ſuper tali quæſtione deprecationem, & dicentes cum Dauid: Reuela o-
culos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: lucerna enim pedibus meis verbum tuum
domine, & lumen ſemitis meis: quoniam ipſius eſt (ſicut ait beatus Daniel propheta) ſapi-
entia, fortitudo: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe
reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. Quia ſa-
pientiam

A pientiam, inquit, & fortitudinem dediſti mihi, & oſtendiſti mihi quæ rogaui te. Cum opera diuina vniuſcuiuſque perſonæ deſcripta, eorum qui pro nouitatis commento accuſati ſunt de venerabili noſtro ſcrinio obſecundantibus, & nobis ordinabiliter offerentibus, ſolertius intendamus, ita vt qui hæc præſumpſerint præuaricari, primum quidem ſubiaceant iudicio terribili omnipotentis dei, deinde autem qualemcunque regalem indignationem reuereantur, per quam quidem ſi epiſcopi aut clerici ſunt, à ſui ſacerdotij, ſiue à ſui cleri ordine modis omnibus excedant. Si autem monachi ſunt, ſegregentur & alieni ſint de ſuis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de eis. Sin autem ſunt priuati, ſi quidem nobiles exiſtunt ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur. Sin
B autem ignobiles conſiſtunt, non ſolum in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur, vt omnes timore dei compreſſi, & comminata eis digna ſupplicia, reuerentes immobilem & ſine turbatione pacem ſanctarum dei eccleſiarum cuſtodiant. Data octaua Calendarum Iunij, Aſclepio & Deodato IIII. CC. conſu.

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIFICVM ad Felicem Papam de infeſtationibus Arrianorum.

C

DOmino beatiſſimo & honorabili ſancto patri Felici, ſanctę ſedis apoſtolicæ vrbis Romæ papę, Athanaſius, & vniuerſi Aegyptiorũ Thebaidorũ & Libyorũ epiſcopi in ſancta Alexãdrina ſynodo, gratia dei cõgregati. Veſtro ſancto ſuggerimus apoſtolatui, vt noſtri more ſolito ſollicitudinẽ gerere dignemini, iuxta veſtrã prudẽtiſs. ſapientiã quæ omnibus luce clarius manifeſta eſt: quia apoſtolicis veſtra beatitudo
D viſceribus cõmota, per tribulationem noſtrã nos omnes hortata eſt ad tuitionẽ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ in vnũ conuenire, & de noſtra canonicè oppreſſione, & vnanimiter tractare, dum conſtat nos vnà cum beato Paulo apoſtolo eadem cõpaſſibiliter dicere, Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nõ vror? ſatagentes ne aliqua de eis quæ nobis creditæ ſunt rationabilibus ouibus à beſtiis capiaẽ. Ideo Pater beatiſſime, quia ſemper anteceſſores noſtri, & nos à veſtra apoſtolica ſancta ſede auxiliũ hauſimus, & noſtri vos curam habere agnouimus, præfatam apoſtolicã & ſummam expetimus, iuxta canonum decreta, ſedem, vt inde auxilĩ capiamus, vnde prædeceſſores noſtri ordinationes & dogmata atq; ſubleuationes cœperunt: ad eam quoq; quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberib⁹ nutriamur, quoniã non poteſt mater obliuiſci infantem ſuũ: ſic & vos nolite obliuiſci nos vobis cõmiſſos, quoniam non leuibus nos inimici no-
E ſtri implicauerunt, & quotidie facere moliuntur afflictionibus, & apprehẽdere aut ferro nos conſtringi minantur, niſi eorũ conſentiamus erroribus, quod nequaquã vobis inconſultis agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere pontifice: ideoq; ad propoſitum recurrentes & ad brabium properantes, veſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium: quia vt credimus, non deſpexit deus preces cum lachrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos prædeceſſoresq; veſtros apoſtolicos videlicet præſules in ſummitatis arce conſtituit, omniumq; eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, nosq; tuentes, cui omne epiſcoporum iudicium eſt cõmiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis: nam ſcimus in Nicena magna ſynodo
F trecentorum XVIII. epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſq; Romani põtificis ſententia cõcilia celebrari, nec epiſcopos damnari: licet hæc & alia quamplura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nitũtur, vt facilius nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa nobisq; ſublata. Qua de re hac inuenta occaſione indifferenter omni canonica & apoſtolica poſtpoſita autoritate, nos vi à propriis vobis inconſultis illicite expellunt ſedibus, ouẽſque nobis à Chriſto domino apoſtolica commiſſas gratia inuadunt, gradibus priuant, & quod peſſimum eſt & omnibus Chriſtianis legibus inimicũ, perficere decertant. Vos ergo, vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ conſuetudo fuit, periclurantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliąque pro-

 hibete,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hibete,& leges imponite, vt apostolica doctrina quæ in deo est, cito ad victoriam iudicium G
perducere valeat nostrum,nósque Apostolorum principe suffragante Petro, ab imminenti-
bus periculis liberare. Nouimus nanque in iam præfata Nicena synodo generaliter esse de-
cretum, vt nullus passim vagêque episcopos aut præsumptiue lacerare,aut accusare,& qui nõ
est rectæ fidei vel bonæ vitæ vel claræ conuersationis, aut infamare præsumat: sed prius si
erga episcopos vel autores ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate mansue-
te conueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur recte sanetur, aut ipse si secus egerit accusator ex-
communicetur. Quod si ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo summos adeat
primates, & ipsi tempore congruo canonice eos conuocare debebunt: qui si aut suis rebus
expoliati, aut à propriis sedibus eiecti, aut exulantes, vel oppressi, aut inique tractati fue- H
rint, primo eruantur, & canonice restituantur, atque omnia sibi sublata, integerrime eis le-
gibus reddantur, quoniam priusquam hæc fiant, vt in prædicto constitutum est concilio,
nec canonice conuocari, nec distringi à quoquam possunt, quoniam nec seculi leges hæc fie-
ri permittunt, quanto magis ecclesiasticæ. Similiter & à supradictis patribus est definitum
consonanter,vt si quisquam episcoporum aut metropolitanum,aut comprouinciales, vel iu-
dices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso domi-
no potestas ligandi ac soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firma-
mentum à deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulo-
rum lucidissimam dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem, ipsa est I
enim sacer vertex in quo omnes vertuntur, sustentantur, releuantur: & sicuti in Christo
Christiani, & in petra,id est, Christo, Petrus, renouantur Ecclesiæ. Tu es (sicut diuinum ve-
raciter testatur eloquium)Petrus, & super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ, id est epi-
scopi, qui ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ: ti-
bíque claues regni cœlorum commisit, atque ligare & soluere potestatiue quæ in terra,& quę
in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum hæresium, & impetitorum atque omnium
infestantium depositor, vt princeps & doctor, capútque omnium orthodoxæ doctrinæ im-
maculatæ fidei existis. Igitur ne despicias pater tuorum patrum pietatem, bonámque in-
tentionem, & sicut illi patres & prædecessores nostros à multis liberauerunt oppressioni- K
bus & angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestræ sanctæ & apostolicæ sedi
licentia, iniuste damnatos, vel excommunicatos, potestatiue sua autoritate restituere, & sua
eis omnia reddere, & illos qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, apostolico
punire priuilegio, sicut etiam nostris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. Por-
ro & ipsi primates, qui episcoporum & summorum ecclesiasticorum negotiorum causas su-
scipere debent, in præfixa Nicena synodo sunt dinumerati, ne in posterũ cotentio ex hoc o-
riretur. O sanctissime pater patrum abscinde blasphemias,& iactantiam vaniloquorũ,& in-
sidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentium atque perdere volentium,
qui ad vos quasi ad caput confugimus, vt vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis no- L
bísque commissas Christi oues à luporum ore domino adminiculante antequam deglu-
tiantur, eripiamus. Nec enim phas est supplicum Apostolicæ sedis scripto, aut sine scri-
pto preces oblatas despicere, sed vt condecet & priuilegium vestræ sedis est, & nos & il-
li canonicaliter conuocemur, & ante vos de nostris obiectionibus canonice cum omni
probitate concertemus, sicut prædecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores,
& sicut canonica in prædicta sancta synodo docent instituta, & veluti paleati verbi per
ventilabrum canonicæ examinationis plenam purgationem in communi consistentes au-
ditorio, de maturis & nutrientibus catholicæ Ecclesiæ dogmatibus quæ confirmant cor
hominis,participationẽ paternarum cõsequamur institutionum. Antiquis enim regulis cen- M
situm est,vt quicquid,quanuis in remotis aut longinquis positis prouinciis, super episcoporũ
querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quàm
ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset pronunciatio prolata, quæ infirmaret, aut firmaret,
indèque sumerent normam, vnde ecclesiæ sumpsere prædicationis exordium, ne passim ab
insidiatoribus columnæ euerterentur ecclesiæ. Certum est enim eidem sanctæ sedi vestræ in
honorem beatissimi Petri,patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam,dei pro rebus
inquirendis atque determinandis quas sollicite decet,iusteq; ab ipso præsulũ examinare ver-
tice apostolico,cuius sollicitudo semper fuit & est tam mala dãnare,quàm probare laudãda.
Quocirca humillimum vestro apostolico culmini persoluentes obsequium, vt ipse dominus
præcepit

A præcepit, & sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lachrymis suggerimus, quod sine
gemitu cordis reticere non valemus.Nam in tantũ à persecutoribus sanctæ dei ecclesiæ, no-
strisq; inimicis persequimur,vt magis nos tædeat viuere quàm mori. Vnde præ omnibus fa-
temur in tantũ cor esse nostrũ vulneratum,vt propheticum illum planctum exoptemus, di-
centes:Quis dabit capiti nostro aquam,aut oculis nostris fontem lachrymarum,vt sedentes
ploremus die ac nocte?Ecce enim ecclesia dei non leuiter perturbatur,columnæq; eius nimis
infestantur,atque à prauis amoueri hominibus nituntur,Christianorum vero voces ac gemi-
tus episcoporum longe lateq; resonant,nouitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio
grassatur,perditio sit populorum:vestrum est enim nobis manum porrigere,quia vobis com
B missi sumus:vestrum est nos defendere atque liberare,nostrumq; est à vobis auxilium expete
re,vestris parere iussionibus.Præ nimio ergo dolore & gemitu omnia quæ nobis instant, &
nos infestant,necessario recordari,vobisq; significare nequimus. Ideo almum vestrum exo-
ramus apostolatum,vt superius,legem quæ in memorata Nicena synodo est promulgata, li-
cet prædictorum insidiatorum & aliorum malorum hominum, vt facilius episcopos, deiq;
ministros valeant illaqueare,deprauatione sit suffocata,reparetis, & quæ necessaria fore co-
gnoscitis vestræ sanctæ sedis autoritate,nos cunctosq; fratres informetis, vt malorum insi-
dias hominum vestra fulti autoritate illæsi domino opitulante euadere valeamus,quia nõ est
insidias luporum præuidere ouium,sed pastorum.Scimus enim vt semper vestræ sedis præ-
C sules primo Apostoli, deinde successores eorum fecerunt vos vniuersalis ecclesiæ, & maxi-
me episcoporum qui oculi propter contemplationem & speculationem vocantur domini,cu
ram gerere,ac de reuelatione & lege nostra assidue cogitare debere, sicut scriptum est: Bea-
tus vir qui meditatur in lege domini die ac nocte. quæ meditatio non lectione per figuram
literarum tantum conspecta,sed exuberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur cõ-
scientia immobiliter insita,& nullatenus de vestro corde recedente lege Christi dei domini
sacrosancta,sicut in psalmo dicit propheta: Os iusti meditabitur sapientiam,& lingua eius lo
quetur iudicium,lex dei eius in corde ipsius,non attramento,sed spiritu dei viui vestra in ar-
cana mente cõscripta,neque in tabulis lapideis,sed in tabulis cordis carnalibus,sicut beatissi-
D mi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus præmissis significam° deo
placitæ paternitati vestræ,die VII. Calẽdarum Augustarum indictionis quartæ nostram hu-
militatem diuina gratia suo,vt præcepit,munere præueniente, vestris sanctis ac deo dignis
precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolã,
in quo dignitatis fastigio,vt à deo omnipotente regamur altissimo,& à malis omnibus libe-
remur,vt non sacerdotale nomen tantum, sed Christi domini dei nostri protegente auxilio,
& meritum habeamus,vestris sanctis ac deo acceptabilibus nos commendantes orationibus
poscimus,quatenus & vestris deprecationibus pro nobis ad deum effusis muniti,& eruditio-
nibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi
E protegi velamento diuino.Ad salutationem ergo vestræ sanctæ & honorandæ paternitatis,
vice nostra Benedictum humilem nostrum fratrem, vestrum episcopum, & Alexandrum
presbyterum,Crispinum quoque diaconem vestros famulos destinauimus, quos postulamus
celerius nobis à vestra beatitudine persolui,vt vestris cohortationibus roborati,&vestris re-
gulis informati,inimicis videlicet compressis, ad proprias prudẽter consolati valeamus ec-
clesias ante hyemem deo propitio remeare. Vestrum est quippe pater sanctissime canonica
districtione sollicite ecclesiasticæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare,
nec permittere nouiter dici quod patrum venerabilium autoritas omnino non censuit. Nos
enim humiles corde,quæ recta sunt adiuuante domino sapientes,vno vinculo charitatis vo-
F biscum sumus constricti,veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defen
santes. Studiosius itaque à catholicis improbis probe resistere innitendum est, ne torpentes
desidia oppressi culpæ taciturnitatis teneamur obnoxij, & quasi fauorem impendentes iudi-
cemur,dum aduersa catholicæ fidei propulsare negligimus:vnde dictum est: Negligere quip
pe dum possis conturbare peruersos,nihil aliud est quàm fouere: nec caret scrupulo societa-
tis occulte,qui manifesto facinori desinit obuiare. Liquet doctor sanctissime venenosa serpẽ
tium sine simplicitate astutia,dum manifesta est dolosa inimicorũ fallacia. Succurrite quæsu
mus oppressis,liberate nos de manu persequentium, vt cũ beato Iob cãtetis:Benedictio peri-
turi super me veniebat,& cor viduæ cõsolatus sum,iustitia indutus sum,& vestiui me sicut ve
stimento & diademate iudicio meo:oculus fui cæco & pes claudo, pater eram pauperum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. Conterebam malas iniqui, & de dentibus earum auferebam prædam, & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id est, G
omnes episcopi, præcipue tuum mereri debemus iudicium, & non ab aliis deuorari. Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori: siquidem corripiãtur huiusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate facere iudicium: desinat nouitas incessere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare: nã vt omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicena synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratia dei estis positi, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scandala H
excitant: ideoq; exoramus, vt minime despiciatis humilitatis nostrę & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum afflictiones & deprecationes cum lachrymis oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mundo verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras nephandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta huiusmodi caligine, Lucifer nobis resplendeat per vos sanctissime pater, & dogmatum definitio omnes lætificans, quam gloriosæ ecclesiæ sancti patres per propria piissime dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicasse noscuntur.
Subscriptio: Incolumem te & beneplacitum deo sanctissime pater patrum orantem pro nobis dominus custodiat in æuum, Amen. I

FELICIS PAPAE EPISTOLA
de oppressione Arrianorum.

FELIX sanctæ vniuersalis ecclesiæ Papa, atque per gratiam dei catholicæ & apostolicæ ecclesię vrbis Romæ episcopus, vnà cum sancto cõcilio nostro reuerendissimorũ sacerdotum huc nobiscum cõuenientium in confirmatione piissimorum catholicæ ecclesiæ dogmatum, K
& releuatione oppressorum fratrum coëpiscoporũ videlicet nostrorum qui rectam Niceni concilij tenent fidem, & fratres non infestãt, vniuersis spiritualibus fratribus nostris, & reliquis in sacerdotali collegio domino consecratis, atque omni plenitudini ecclesię catholicę, gratia vobis & pax multiplicetur in cõfortatione & sancti spiritus cõmunione, quatenus in eo proficiẽtes à gloria in gloriã, virtutes annũciemus eius qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Portate fratres hortamur persecutiones & tribulationes patiẽter, vt eius inueniamini filij quem quotidie patrem vocatis deum in cœlis, & in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omL
nia, qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Imitatores quoque dei conuenit in omni verbo & opere imitari deum, ideoq; illud oportet nos dicere, quod ipse de se perhibuit dominus: Veniet princeps huius mũdi, & in me nihil inueniet. Venerunt & illi qui vos & nos persequuntur, quia vos sine nobis persequi nõ possunt, quoniã vnius dei membra sumus, & vnum illius sacerdotium per eius sanctificationem retinemus, & in nobis de suis nihil inuenerunt, quia quicquid sumus, gratia dei sumus: licet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerint quod facere solent inimici, suam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripsi enim vobis, inquit Apostolus, per multas lachrymas, vt non contristemini, sed vt sciatis quã M
charitatem abundantius habeo in vobis: etenim detrahentibus detrahere non est bonum, vt non ad ea quæ scripta sunt, commoti iniuriæ certamine, deficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus iubet per Esaiam prophetam dicens: Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorũ cordibus lex mea est, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorũ ne timeatis. Considerãtes etiam quod in psalmo scriptũ est: Nonne deus requiret ista? ipse enim nouit abscõdita cordis & cogitationes talium hominũ, quoniam vanæ sunt: vana autẽ locutus est vnusquisque ad proximum suum, & labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala: sed disperdet dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra

A nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem: non enim probabili & paterna doctrina hoc faciunt, sed vt suam exerceant in seruos dei vindictam, scriptum nanq; est: Via stulti recta in oculis eius, & sunt viæ quæ videntur homini iustæ, nouissima autem eorum deducunt ad mortem. Nos enim qui hoc patimur, iudici reseruare debemus qui reddet vnicuiq; secundum opera sua, qui etiam per ministros suos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuam. Vos enim in recta fide, & pura ac bona succurrite voluntate vicissim, nec aliquis à supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc ait dominus cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem: vnde & ipse per prophetam loquitur dicens: Ecce quàm bonũ
B & quàm iocundum habitare fratres in vnum: spirituali dico habitaculo, & concordia quæ in deo est, & vnitate fidei huius delectabilis, secundum veritatem inhabitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur atq; sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut vnguentum super caput, principalem intellectũ irrigans, & vsq; ad ipsam extremam scientiã deducens: in hoc habitaculo benedictionem & æternam vitam promisit dominus. Huius ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præsentem syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minime quærentes aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo secundum vulgarem fabulam excutere palum, absit: non sunt nostra ista, quapropter hoc auertat diuinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longa-
C nimitatis & spiritu humilitatis: quia sicut per duritiam minime (vt prophetice dicamus) purgatur nigella, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiæ per asperitatem exprimitur: propter hoc enim verborum supportauimus colaphos, vt aut paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, & extremæ illius vltionis per hanc plagam verba declinemus. Audiamus ergo & consentiamus ecclesiæ oratori, qui per linguam spiritus clara voce exclamat dicens: Omnia vobis in charitate fiant. Ergo siue quærimus, siue tantummodo dicimus, & tantummodo audimur, charitas intercedat, ars aliqua existat ad compositionem concordiæ boni & coniunctionem. Oportet enim de deo quærentibus nobis spiritu rectitudinis mentis nostræ dinumerantes intentiones templum pacifice inhabitare propter
D deum, qui per prophetam loquutus est: Quærens quære & apud me habita: speculũ enim dedit nos deus populo suo, & oportet eos qui à deo sunt deputati sacerdotium adipisci, ita in humilitate gressum mentis ad inuicem tendere, vt in melius ædificentur hi qui ad nos respiciunt, quàm (quod dicere piget) per nostram discordiam semitam pedum eorum concutere. Ad concordiam iudicemus nos ipsos, & vnum in charitate sapiamus, humilitatem veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enim verborum amplius vsq; nunc taciturnitatem quàm garrulitatem dilexerimus, hoc quidem bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproce respondentibus iniuriæ fomitem excitemus, & pusillanimitate diiudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgauit. Orauimus vero & tunc ostium circunstantiæ labiis nostris imponi, verbum insonitum concipere potius quàm verbum sona
E bile: & hoc tamen mihi donum est à domino, & factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Sed quia tempus est loquendi & tempus tacendi, operio verbum, & claudo ostium, per taciturnitatem competenter exorans: Domine labia mea aperies, & respondeam exprobrantibus mihi verbum: licet enim tacuissemus, non semper tacebimus aperiente nobis domino claues verbi. Igitur directis in præsenti beatitudini fraternitatis vestræ apocrisariis, qui post multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes, in fine ad hoc peruenerunt, admonentes nos atq; hortantes interpretari vnius veri dei nostri voluntatis intellectum, atq; huiusmodi interpretationem destinare vestræ sacratissimæ veneration: nos acceptam habentes bonæ conscientiæ prædictorum venerabi-
F lium virorum admonitionem, cognoscentes autem & quæ principatus apostolorum summitas docet, paratos esse ad satisfactionem omni poscenti verbum de spe quæ in nobis est secundum dei timorem, mansuetudinemq; ad bonam scientiam temperantes, super tali tantumdem modo requisitione mentem nostram per has syllabas exponimus, super suam exercitationem & altercationem verborum propter satietatem, & præsentis temporis incongruitatem declinantes, ac præcauentes, nihil omnino aliud intelligentes ac proferentes vel dicentes quàm quod audiuimus & cognouimus à sanctis vniuersalibus magnis apostolis, eorumq; successoribus, & patres nostri enarrauerunt nobis, & audientes prædicauimus ad supernam tendentes vocationem. Nostrum est studium vbi pacis constitutio manet his qui in stadio pietatis sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt.Bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona:deo manifestati sumus qui iudicat o- G
mnia & comprobat . Non iurgialiter stamus,non ad contradictionem respicimus,nec fauo-
rem inanem amplectimur, sed in verbo dei propositi huiusmodi requisitionis resolutionem
fecisse dignoscimur confitentes,quoniam pacis dominus deus ad alterum nostrorum vnita-
tem & dilectionem conseruauit in gloria eius benignissimæ maiestatis . Omnem cum vestra
beatitudine in Christo existentem fraternitatem tam nos quàm qui nobiscum sunt multum
salutauimus.Data X I I I.Cal.Nouemb.Philemone & Attico viris clarissimis consulibus.

LIBERII PAPAE EPISTOLA VT NVL- H
lus pro persecutionibus dum durare potest, suam relinquat ecclesiam.

DOMINIS sanctissimis & deo amãtissimis vniuersis episcopis Liberius
episcopus salutem.Nihil est quod diu stare possit nisi dei gratia.Cæterum
nequitia diaboli contemptibile malum plenum veneno mortifero sæuit,
qui sursum atq; deorsum circuit quærens quem deuoret.Vndevigilare &
sobrij esse ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas domino I
auxiliante hominum insidias, prout dominus posse dederit, respuere, &
patres sequi, & non transgredi terminos patrum , non vt nostras relin-
quamus dum in eis persistere aliquo modo valebimus ecclesias , vt ad alias properemus, aut
populos commissos negligere,vt quietem amplius quàm pro eis elaborare, pro quibus etiam
animas ponere debemus,studeamus:quanquam multi nos persequantur,& oues Christi dila-
cerare desiderant, qui quasi vestibus ouium apparent , intus autem sunt lupi rapaces, quos ex
fructibus cognoscimus.Isti primo quidem videntur ex nobis esse,sed non sunt ex nobis: si e-
nim fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum . Quando vero suam euomuerint impieta- K
tem,dolum qui in eis est erumpentes & apprehendentes infirmiores,& eos qui ad eloquia di
uina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem , subuertentes quos
oportet præscientes cauere,ne malitia eorum quidam seducti abscindantur à propria firmita
te.Exacuunt enim linguas suas,iuxta prophetæ vocem,sicut serpentes,venenum aspidum sub
labiis eorum.Nec vos pigeat per temporales cruciatus pro Christi nomine laborare,sed emo
lumenta futuræ remunerationis huius seculi vexationes tolerare persuadeant.Scriptum nan
que est:Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã
& nomen domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur quãtum possumus famulatus no
stri obsequio commodare.Vnde quidam tanto nobis necesse est importunis prædicationibus
insistere,quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atq; L
dominica nobis ad suscipiẽdam eius requiem,persuadet assertio. Suggestum nanq; nobis est,
quod pro præteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet & à deo
commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent ec-
clesias,& pro ouibus sibi commissis laborare negligunt, & monasteriorum se quieti contra-
dere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere , & silentio atque ocio vitam
degere magis appetant,quàm in his quæ sibi commissa sunt permanere,dicente domino:Bea
tus qui perseuerauerit vsque in finem.Vnde nanque est beata perseuerantia,nisi de virtute pa
tientiæ?quoniam secundum apostolicam prædicationem,omnes qui voluerint in Christo pie
viuere persecutionem patiuntur.Ideoq; fratres charissimi non vos afflictionum amaritudo à
pio mentis vestræ proposito coartet recedere.Considerate nanq; quanta pro absolutione no- M
stri & liberatione,creator dominusq; & redemptor noster pertulerit,quibusue se contumeliis
afficiendum tradiderit,vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret.Attendite itaque vo-
bis & omni gregi,in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam dei,quam
acquisiuit proprio sanguine,vt non sit qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis vt
vobis plebes commissas relinquatis,& alicui propter malorum opprobrium hominum quie-
ti vos tradatis,vt vos solummodo saluetis,& filios orphanos relinquatis . Apertissime enim
spiritus sanctus per apostolum dicit, quia in nouissimis temporibus recedent, quidam à fide
& charitate,attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, hypocrisi men-
daciloquorum,

A daciloquorum,cauteriatam habentium suam cõscientiam. Propter quod hortamur vestram
charitatem exemplo eius qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere
seruitiis,nec quidem quoquo modo à commissa cura recedere, sed totis viribus in commis-
sis vobis negotiis fortiter vsque in finem perdurare : quoniam beatus est qui perseuerauerit
vsque in finem:nec laudatur initium,sed finis.Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter-
ea enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatũ,
neque communicetis infructuosis verbis illorum, magis autem & redarguite, quoniam cœ-
tus prævaricatorum sunt,& extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veri-
tatis:completum est in eis,quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, di-
B cit dominus.Veritatem enim non loquentur:docuerunt enim linguam suam persecutores ec
clesiarum,eorumq; sacerdotum,loqui mendacium,vt impie agerent laborauerunt, & renue-
runt scire me,dicit dominus.State ergo vos dilectissimi sup vias,&videte,interrogate de se-
mitis domini antiquis,& videte quę est via bona sanctorum patrum,& ambulate in ea,& in-
uenietis requiem animabus vestris.Sed & si patimini propter Christum,beati eritis : metum
autem eorum ne timueritis,neq; conturbemini,dominum autem deum sanctificate in cordi-
bus vestris,ipso dicente:Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt
occidere,sed potius eum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam . Nonne
duo passeres asse veneunt,& vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri au-
C tem & capilli capitis omnes numerati sunt . Nolite ergo timere , multis passeribus meliores
vos estis . Rememoramini ergo fratres eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus se-
metipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim vsq;
ad sanguinem certauimus aduersus peccatum repugnantes.Confidimus autem de vobis fra-
tres charissimi meliora & viciniora salutis,quia neq; mors,neq; vita,neq; angeli,neq; princi-
patus,neq; potestates,neq; instantia,neq; futura,neq; fortitudo,neq; altitudo,neq; profundum,
neq; creatura alia,magistro gentium docente, poterit nos separare à charitate domini nostri
Iesu Christi,& quæ in ipso est recta fide . Nolite itaque amittere confidentiam vestram , quæ
magnam habet remunerationem . Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes ad-
uersariorum,quatenus fidem intemeratam vsq; in finem conseruantes repromissionem per-
D cipiamus,quam repromisit his qui legitime certare deproperant. Adhuc omnino modicũ ali-
quantulum,qui venturus est veniet,& non tardabit.Ecce enim iudex ante ianuam assistit,co-
ronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur . Quod si subtraxerit se
quis,non placebit animæ suæ,sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non
sumus subtractionis filij in perditionem,sed fidei in acquisitionem animæ.Propter quod assu
mite arma dei , vt possitis resistere in die malo aduersus omnes inimicos sanctæ dei ecclesiæ
& vestros,& induite vos lorica iustitiæ calciati pedes in præparatione euangelij pacis,in om-
nibus assumentes scutum fidei , in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere, &
E galeam salutis accipite, & gladium spiritus quod est verbum dei , per omnem orationem &
obsecrationem radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu domino nostro.Sed &
nunc fratres commendamus vos omnes domino & verbo gratiæ eius,qui potest perficere &
dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis & dilectionis det vobis
idipsum sapere in alterutrum, vt vobis inuicem succurratis , & non sitis diuisi,vt vnanimes
vno ore, & vno corde honorificemus eum in concordia & consolatione fratrum, qui potest
confirmare nos secundum euangelium eius iuxta reuelationem mysterij æterni, temporibus
scilicet perpetuis,quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera . Summopere
etiam considerare debetis,quod hi qui fratribus inuident,eosq; damnare aut perdere cupiunt
F per se sua dogmata destruunt:dicit enim dominus , Omne regnum in se diuisum non stabit,
& omnis scientia & lex aduersum se diuisa non stabit.Ideoq; necesse est,vt concorditer salu-
bres suscipiatis hortatus,& nihil per contentionem agentes , sed ad omne studium deuotio-
nis vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis,& in nullo patiamini prouiden
tissima canonum decreta violari,quatenus & Nicenorum canonum constituta, & quæ à no-
bis vel à prædecessoribus nostris sunt prouide & salubriter decreta , intemerata permaneant
in futuro.

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD PAVLINVM Antiochenum Episcopum, quod Christus integrum hominem susceperit sine peccato,& quod vnus sit Christus ante secula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

DILECTISSIMO fratri Paulino Damasus. Per filium meum Vitalem ad te scripta direxeram,tuæ voluntati & tuo indicio omnia derelinquens:& per Petrum presbyterum indicaueram me in articulo iam perfectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde vt nullus tibi scrupulus resideret, ne volentes forsitan ecclesiæ copulari tua cautio præblanda differret fidem, misimus nostram tam tibi qui eius fidei communionisq; sociaris, quàm his qui in ea subscribentes tibi & nobis per te voluerunt sociari dilectissimi frater. Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & hi qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primum debent in ea expeditione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata est.

1 Deinde quoniam nemo potest futuris vulneribus adhibere medicinam,hæresis eradicanda est, quæ postea in oriente dicitur pullulasse: id est, confitendus est ipse sapientiæ filius dei sermo humanum suscepisse corpus,animam,sensum,id est integrum Adam, & vt expressius dicam,totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicut enim confitentes eum humanum corpus suscepisse,non statim ei & humanas vitiorum adiungimus passiones:ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum,non statim dicimus &cogitationum humanarum subiacuisse peccato.

2 Si quis autem dixerit verbum pro humano sensu in domini carne versatum,hunc catholica ecclesia anathematizat:necnon & eos qui duos in saluatore filios confitentur, id est, vnũ ante incarnationem,& alterum post assumptionem carnis ex virgine,sed eundem dei filium & ante & postea confiteantur quicunq; huic epistolæ subscribere voluerint, ita tamen vt si & in ecclesiasticis canonibus quos optime nosti,& in Nicenam fidem ante subscripserint, hunc debeas absq; aliqua ambiguitate suscipere.Non quod hæc ipsa quæ nos scripsimus, non poterimus conuertentium susceptioni proponere, sed quod tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

SYNODVS ROMANA SVB DAMASO PAPA.

POst Nicenum concilium aliud in vrbe Romana postea congregatum est, quo catholici Episcopi addiderunt de spiritu sancto, quia postea is error inoleuit, vt quidam ore sacrilego auderent dicere spiritum sanctum factum esse per filium. Vnde anathematizamus omnes qui non tota libertate proclamant eum cum patre & filio vnius potestatis esse atq; substãtiæ. Anathematizamus quoq; eos qui Sabellij sequuntur errorem, eundem dicentes patrem esse quem & filium. Anathematizamus Arrium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij stirpe venientes non perfidiam mutauerunt, sed nomen. Anathematizamus Fotinum, qui Hæbionis hæresim instaurat, qui dominum Iesum Christum tantum ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos qui duos filios asserunt,vnum ante secula,& alterum post assumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationali & intelligibili,dicunt dei verbũ in humana carne versatum,cum ipse filius sit verbum dei, & pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit,sed nostrã,id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam susceperit atq; saluauerit. Anathematizamus eos qui verum dei filium extensione aut collectione, & à patre separatum in substantiuum & in finem habiturum esse contendunt. Si quis non dixerit semper patrem, semper filium, semper spiritum sanctum,

sanctum,anathema sit.Si quis non dixerit filium natum de patre, id est, de substantia diuina ipsius,anathema sit. Si quis non dixerit verbum domini filium dei,deum,& omnia posse, & patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit quod in carne constitutus filius dei cum esset in terra,in cœlis cum patre non erat,anathema sit. Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sustinuit filius dei deus,& non caro cum anima quam induerat in forma serui,quam sibi acceperat,sicut ait scriptura,anathema sit.Si quis non dixerit, quod in carne quam assumpsit Christus,sedet ad dexteram patris,in qua venturus est iudicare viuos & mortuos,anathema sit.Si quis non dixerit spiritum sanctum de patre esse vere ac propriè, sicut filium de diuina substantia & deum verum,anathema sit.Si quis nõ dixerit omnia posse spiritum sanctũ, omnia nosse,& vbiq; esse sicut patrem & filium,anathema sit. Si quis dixerit spiritum sanctũ factum aut à filio factum, anathema sit. Si quis non dixerit omnia per filium & spiritum sanctum patrem fecisse,id est,visibilia & inuisibilia,anathema sit. Si quis non dixerit, patris, & filij,& spiritus sancti vnam diuinitatem,potentiam,vnam gloriam,dominationem,vnum regnum atq; vnam voluntatem,ac veritatem,anathema sit.Si quis tres personas non dixerit veras patris,& filij,& spiritus sancti,æquales semper,iubentes omnia,& continentes visibilia & inuisibilia,omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia saluantes,anathema sit.Si quis non dixerit spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & filium & patrem,anathema sit.Si quis de patre & filio bene senserit, de spiritu autem sancto non recte habuerit,hæreticus est.

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD HIERONYMUM presbyterum.

DAMASVS Episcopus fratri & compresbytero Hieronymo in domino salutem. Dum multa corpora librorum in meo arbitrio oblata fuissent, contigit vt & librum psalmorũ in meo animo festinus cognoscerem detineri,& memoriam capacitatis meæ imbuere cogitaui. Frater amantissime & in Christo semper sacerdos rogo te, vt secundum septuaginta interpretes,& presbyteros,id est,Matthiam,& Ptolemæum,Muchium,Cesium,Hydronium,Ciatrem,Simonem,& cæteros,in quantum tua poterit conscientia de LXX.inuenire vestigia nobis transmittas.Peto etiam tuam charitatem,vt sicut à rectore tuo Alexandro coëpiscopo didicisti Græcorum psallentiam,ad nos dirigere tua fraternitas delectetur: quia tantæ apud nos simplicitatis indago est, vt tantum in die dominico Apostoli epistola vna recitetur,&Euangelij capitulum vnum dicatur,nec psallendi mos tenetur,nec hymni decus in nostro ore cognoscitur.Peto ergo per fratrem compresbyterum nostrum Bonifacium,vt libeat fraternitati tuæ nobis aperire vestigia. Missa v. Calend.Nouemb.per Bonifacium presbyterum Hierosolymam.

HIERONYMI PRESBYTERI AD DAMASVM papam Epistola, vbi suggerit de gloria patri, & alleluia, in fine psalmorum apud Romanam Ecclesiam concinendo.

BEATISSIMO papæ Damaso sedis Apostolicæ vrbis Romæ, Hieronymus supplex. Legi literas apostolatus vestri,poscentes secundum simplicitatem LXX. interpretum canens,psalmographum interpretari festinem,propter fastidium Romanorum,vt vbi obscuritas impedit apertius & græcè & latinè trahatur sensus: Cliens ergo precatur tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana die noctuq; canatur, & in fine psalmi cuiuslibet siue matutinis vel vespertinis horis coniũgi præcipiat Apostolatus tui ordo, Gloria patri & filio & spiritui sancto, & reliqua. Istud carmen laudis omni psalmo coniungi præcipias, vt fides trecentorum decem & octo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& octo episcoporum Niceni concilij in vestro ore pari consortio declaretur:vbi autem deus G
& homo honorabili voce cantatur,alleluia semper cum omnibus psalmis affigatur, vt omni
loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In ecclesia autem post resurrectionē
vsq; sanctam pentecosten finiatur, inter dierum vero spatia tibi soli quinquagesimæ propter
nouitatem sancti paschæ,vt vox ista laudis canatur in Aleph,quod prologus græcè,latinè au
tem præfatio dicitur.

EPISTOLA STEPHANI ARCHIEPISCOPI, ET trium conciliorum Africæ,ad Damasum papam,de priuilegio Romanæ sedis. H

BEATISSIMO domino & Apostolico culmine sublimato sancto pa
tri patrum Damaso papæ, & summo omnium præsulum pontifici Ste
phanus archiepiscopus concilij Mauritaniæ, & vniuersi episcopi de
tribus conciliis Africanæ prouincię.Notum vestrę facimus beatitudi
ni,quod quidam fratres in confinio nobis positi,quosdam fratres no
stros venerabiles videlicet episcopos vobis inconsultis à proprio deii
ciunt gradu,vel deiicere moliuntur, cum vestræ sedi episcoporum iu I
dicia, & summorum finem ecclesiasticorum negotiorum, in honore
beatissimi Petri,patrum decreta omnium cunctam reseruare sententiam inquirendi reueren
tia de dei rebus,quas omni cura & solicitudine obseruare debemus. Maxime vero debent ab
ipso præsulum examinari vertice apostolico, cuius vetusta solicitudo est,tam mala damnare,
quàm reuelare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est,vt quicquid horum quamuis in
remotis vel in longinquo positis ageretur prouinciis,non prius tractandum vel accipiendum
sit,nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt eius autoritate iuxta quod fuisset
pronunciatum firmaretur: & reliqua multotiens talia & his similia, quæ super his constituta
sunt:quibus si illicite factum est,vt semper vestræ sedi consuetudo fuit,festinanter occurrite K
& his viriliter,vt pater pro filiis certantes,state,sicut bene à Iesu filio Syrach dictum est:Vsq;
ad mortem certa pro veritate,& semper dominus deus tuus pugnabit pro te. Accipere enim
personam impij non est bonum,vt declines à veritate iudicij.Sin minus illicita sunt hæc,pa
teat nobis talis omnibus licentia beatissime pater: aut si liceat hos vel aliquos etiam minorū
graduum clericos nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus,
aut absq; veris & innocentibus testibus,vel nisi manifeste canonice conuictos aut sponte con
fessos, vel à suis sedibus eiectos aut suis expoliatos rebus, vocare ad synodum vel damnare,
quia legimus eos non posse canonice ad synodum ante suam diu tenendam & gubernandam
viribus scilicet pleniter resumptis restitutionem, suisq; omnibus sibi legaliter restitutis inte
gerrime vocari,aut vt veniant ad synodum,nisi sponte voluerint imperari.Deus ergo crea L
tor omnium conseruet longæuum apostolatum vestrum ad stabilitatem ecclesiarum sancta
rum,& orthodoxæ fidei,vosq; pastorem bonum,qui spiritualibus pro ouibus vestram ponitis
animam, atq; baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusq; oppressis auxilium fertis,
quod & istis atq; omnibus vos semper facere optamus sanctissime Papa. Subscriptio, & alia
manu:Ora pro nobis charissime pater.

EPISTOLA DAMASI PAPAE AD STEPHANVM Archiepiscopū,& Africanos episcopos,de authoritate sedis apostolicæ,& episcoporum accusatoribus. M

DAMASVS seruus seruorum dei,atq; per gratiam eius episcopus sanctę
catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ,Stephano archiepiscopo concilij Mauri
taniæ, & vniuersis episcopis Africanæ prouinciæ.Lectis fraternitatis ve
stræ literis, primo gratias ago quod tantorū fratrum merui benedictio
ne frui:deinde quod circa fratres solicitos vos reperi,& cum eis crucem
domini deferre,qui ait: Qui vult venire post me abneget semetipsum,& tollat

A tollat crucem suam & sequatur me.& reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur quando in
præsenti opportune gestorum consultatione, apostolicis vestra beatitudo visceribus commo
ta nos hortata est,tuitionem fratrū apostolica impendere authoritate, & eorum iniuriis sub
uenire,dum constet eadem vos cum apostolo compassibiliter dicere,Quis infirmatur,& ego
non infirmor? quis scandalizatur & non vror? satagentes ne aliquis de his qui vobis crediti
sunt,à sæuis bestiis laceretur aut capiatur.Pro qua re oportet iuxta vestram prudentem com
monitionem,magis autem secundum domini diuinam pręceptionem,nos qui supra domum
eius,hoc est,vniuersalem ecclesiam catholicam episcopale suscepimus ministerium, solicite
vigilare,vt ne quid de sacris eius muneribus,id est,apostolicis viris, apostolorumq; successo
B ribus atq; ministris quisquā nobis inconsultis damnetur.Scitis fratres charissimi firmamen
tum à deo fixum & immobile,atq; titulum lucidissimum suorum sacerdotum,id est,omnium
episcoporum apostolicam sedem esse constitutam,& verticem ecclesiarum:Tu es enim(sicut
diuinum pronunciat verbum veraciter)Petrus,& super firmamentum tuum ecclesiæ colum
næ,qui episcopi intelliguntur,confirmatæ sunt:& tibi claues regni cœlorum commisi,atq; li
gare & soluere potestatem quæ in cœlis sunt & quę in terris promulgaui.Tu prophanatorum
hominum & membrorum meorum, maximeq; discipulorum meorum existis vt princeps &
doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie gratia dei legatione pro Christo
fungimur,& omnes huius sanctæ sedis præsules eius vicem gesserunt,gerunt & gerent: ideo
C omnia quæ innotuistis non licere mandarem, nisi vos tam pleniter instructos esse scirem,
quod cuncta super quibus consulitis illicita esse non dubitetis. Discutere nanq; episcopos &
summorum ecclesiasticorum negotiorū causas metropolitanos vnà cum omnibus suis com
prouincialibus, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis licet:
sed definire eorum atq; ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare episco
pos,absq; huius sanctæ sedis autoritate minime licet,quam omnes appellare(si necesse fuerit)
& eius fulciri auxilio oportet.Nam vt nostis,synodum sine eius autoritate fieri non est catho
licum:nec episcopus in legitima synodo, & suo tempore apostolica vocatione congregata,
definite damnari potest:neq; vlla vnquam concilia rata leguntur,quæ non sunt fulta aposto
lica autoritate.Accusatores autem episcoporum,& testes super quibus rogastis,absq; vlla in
D famia aut suspitione vel manifesta macula,& vere fidei pleniter instructi esse debent,& tales
quales ad sacerdotiū eligere iubet diuina autoritas:quoniā sacerdotes (vt antiqua tradit auto
ritas)criminari nō possunt,nec in eos testificari qui ad eundē non debēt,nec possunt prouehi
honorē:vocatio enim ad synodū iuxta decreta patrum canonica, eius qui impetitur tam sua
præsentia,quàm & scriptis atq; apocrisariis,per spatium fieri debet congruum atq; canonicū:
quia nisi canonice vocatus fuerit, suo tempore & canonica ordinatione,licet venerit ad con
uentū quacunq; ordinatione,nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatorib⁹,
quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri,quanto magis diuinæ. Deiectis vero atq; suis
E rebus expoliatis nihil vobis verius significare queo, quàm sancti patres definierunt, & nostri
prædecessores apostolica autoritate roborauerunt. Ita enim hæc se habent, episcopos eiectos
atq; suis rebus expoliatos,ecclesias,pprias primo recipere,& sua eis omnia legaliter reddi san
cti canones decreuerūt, & postea si quis eos accusare voluerit, æquo piculo facere sanciuerūt,
iudices esse decernentes episcopos recte sapientes & iuste volentes, ad tempus diuq; illis re
sumptis viris,& suis potestatiue fruentibus rebus, amicisq; & dei seruis sapientibus consulen
tibus viris in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum qui oppressi esse videntur.
Scimus enim homines inermes non posse cum armatis rite pugnare:sic nec illi qui eiecti vel
suis bonis sunt expoliati,cum illis qui in suo stant gradu,& suis fruuntur amicis atq; bonis,li
F tigare rite possint. Nec seculi quoq; leges hæc secularibus fieri permittunt, sed prius eiectos
vel oppressos aut expoliatos cum suis omnibus restitui iubent,& postea suo tempore sicut lex
eorum continet ad placita venire præcipiunt, nec vlla carceris custodia appellantem arceri
permittunt.Docent enim ex parte,sicut nostis,terrena quæ sunt cœlestia.Accusatores vero &
accusationes quos seculi leges non asciscunt, nullatenus sunt in horum admittendæ causis,
quia omne quod irreprehensibile est catholica defendit ecclesia.Decet enim domini sacerdo
tes fratrum causas pie tractare,& venerabiliter intendere,atq; eorum iudicia super sacrificia
ordinare,nec proterua aut tyrannica dominatione (vt de quibusdam refertur) sed charitati
ue pro deo & fraterno amore cuncta peragere, & quod sibi quis fieri secundum dominicam
vocē non vult,alij inferre non præsumat,& in qua mensura mensi fueritis,remetietur vobis.

Ea vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ea vero quæ apostolorum prædicatione,& patrum instructione præcepimus, semper tenere G
debemus,ne aliqua noua cudere,aut ad noxam fratrum intendere videamur, sed alterutrum
onera portemus,vt iuxta apostolum legem domini adimplere valeamus. Tempus enim con-
gruum præuideri oportet, quando vniuscuiusq; accusatæ personæ causa rectissime in medio
producatur,quatenus grauitatē eius & consonantiam quæ contra patrum decreta vel syno-
dorum cōfessionem prodi minime cognoscatur,quàm ordinabiliter omnes intendant, vt ad
eam in omnibus rationabiliter respondeant,& iuste se velle manifeste ostendant. Nullus au-
tem introducatur personaliter,sed accusatores & accusati æqua audiātur ratione,iuxta quod
gestorum ordo exigit. Accusatores vero & iudices non idem sint, sed per se accusatores, per
se iudices,per se testes,per se accusati, vnusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio H
primo semper fiat,vt talionem calumniator recipiat,quia ante inscriptionem nemo debet iu
dicari,vel damnari,cum & seculi leges hæc eadem retineant: de quibus omnibus vera sem-
per fiat æquitas,quatenus accusationis & iudicij ac testimonij mercedem per veritatem ge-
storum consequi valeant. Scriptum est enim, abominatio domino labia mendacia, & testem
fallacem proferentem mendacia,& seminantē inter fratres scandala,atq; litigia,ipso monen
te atq; dicente,Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum: non facies quod
iniquū est,nec iniuste iudicabis:non considerabis personam pauperis,nec honores vultum po
tentis:iuste iudica proximo tuo,& quod tibi non vis fieri alteri ne facias, & reliqua.& maxi-
me præceptum habentes apostolicū attendere nos ipsos & gregi, in quo nos spiritus sanctus I
posuit episcopos,regere dei ecclesiam quam acquisiuit per sanguinem suum proprium: con-
uenit & iterum attendere lupos, attendere malos operarios, qui peruersa faciunt, & aduersa
loquuntur,vt detrahere semper discipulis domini, & infamare quærant, quos corrigere vos
& omnes domini sacerdotes summo studio oportet,quia peius malum non est,quàm vt ciues
ciuibus inuideant, & sacerdotes vel clerici sacerdotibus vel pontificibus insidientur, testante
etiam veritatis voce:Qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei,& qui scandalizauerit vnum
de pusillis istis,melius est vt suspendatur mola asinaria in collum eius,& demergatur in pro-
fundum maris. Et item:Beatus qui non fuerit scandalizatus in me,ille proculdubio scandali-
zatus est in deum,qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem.& multa talia quæ hic non K
inseruntur,ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoq; instruere debetis memoratos
vicinos vestros,vt à talibus se subtrahant,& quæ illicite contra præfixos fratres egerunt citò
corrigant, & quos nobis inconsultis læserunt,nobis inconsultis plena satisfactione sanent, &
cito reconcilient,si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis
aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandum examen, vt nostra (vt semper huic
fuit sedi concessum priuilegium) aut cōdemnarentur autoritate,aut fulcirentur auxilio. Neq;
enim suo pro libitu nostrā debuerant iura peruadere absq; apostolicæ sedis dispositione man-
dante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes qui noluerint ab apostolicæ petræ,
super quam Christus (vt prædictum est) vniuersalem construxit ecclesiam, cui episcoporum L
summa iudicia atq; maiorum causæ,sicut paulò superius memoratum est,reseruatæ sunt atque
soli datæ,censura à sacerdotali honore secludi. Iudiciæ enim accusatis in criminalibus episco
pis sex mensium,vel eo amplius si necesse fuerit concedendæ sunt,quoniam & laicis hoc per-
missum nullus secularibus imbutus disciplinis ignorat: quanto magis sacerdotibus qui supe-
riores esse eis non dubitantur? Habetur quoq; in decretis sanctorum patrum sancitum, nō fo
re canonicum quenquam sacerdotum iudicare vel damnare,antequam accusatores canoni-
ce examinatos præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas
ad abluenda crimina,&c. Nec extra propriam fiat prouinciam primo discussionis accusatio
sine apostolica præceptione,cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri,quoniam & an- M
tiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialia pariter statuta concinunt. Criminum,
inquiunt,discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est: nam alibi criminum reus prohi-
betur audiri,& alibi in canonibus præcipitur,quæcunq; negotia in suis locis vbi orta sunt, fi-
nienda sunt, & reliqua talia & his similia, salua in omnibus apostolica autoritate, vt nihil in
his definiatur priusquam ei placere cognoscatur, quia omnes fultos esse oportet, & si quid eis
graue intolerandumq; acciderit,eius est semper expectanda censura. Neq; enim proterue aut
stimulo suæ cogitationis impulsus (vt sæpe actum agnouimus) detrahere aut accusare præsu
mat quenquam sacerdotum, quia iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice legatione
pro populo,Christi sanguine redempto,funguntur. Causas enim eorum quia dei causæ sunt,

eius esse

A eius esse iudicio reseruandas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam:
qui dicit, mihi vindictam, & ego retribuam: apud quem conscientia nuda est, cui non ab-
sconduntur occulta. Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit,
non esse ouium lupi insidias prævidere, sed pastoris. Monet ergo beatus apostolus Paulus ne
de his temere leuitérque præsumatur iudicium, de quibus nemo potest verius vel melius iu-
dicare quàm deus. Tu,inquit, autem quare iudicas fratrem tuum, aut cur spernis eum? om-
nes enim stabimus ante tribunal: scriptum est enim, viuo ego dicit dominus, quoniam mi-
hi flectetur omne genu,& omnis lingua confitebitur domino,itaq; vnusquisque nostrūm per
se rationem reddet deo. In hoc ergo non sibi quispiam temerarios ausus vsurpet, vt præter
B quod ad concordiam pertinet aliud agat, vnde vnitas ecclesiæ sic dissipetur. Non er-
go leuiter quisquam assentiat in detractione, vel iudicatione, vel damnatione fratrum ma-
ximeq; sacerdotum qui proximiores sunt deo, & qui proprio ore corpus Christi conficiunt,
quia ob hoc venit ira dei in filios diffidentiæ qui Christum persequuntur in suis membris.
Nolite fratres, nolite effici participes eorum, nec communicetis peccatis talium aut infru-
ctuosis verbis illorum,magis autem redarguite talium cœtus,qui extendere moliuntur quasi
arcum in fratres linguas: defendite ergo fratres, & omnes monete vt armentur contra fra-
trum persecutores. Confidimus autem de vobis meliora & viciniora saluti, quia neq; mors,
neq; vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; instantia,neq; futura,neq; fortitudo,neq; altitudo,
C neq; profundum neq; creatura alia,magistro gentium docente, poterit nos separare à chari-
tate domini nostri Iesu Christi,quæ maxime in sacerdotib⁹ & reliquis perficitur membris e-
ius. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram,quæ magnam habet remunerationem. Ecce
enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens his qui pro eo fratribus auxi-
lium ferunt,& oppressis succurrunt,atq; in charitate collaborant. Quod si subtraxerit se quis,
non placebit deo,sed cadit,quia non subleuauit cadentē sed emarcuit. Non autem simus sub-
tractionis in oppressionem,sed adminiculi in acquisitionem & supplementum fratrum. Pro-
pter quod assumite armaturam dei,vt possitis resistere omnibus taliter præsumentibus,& in-
duite vos loricam iustitiæ,& calciati pedes in præparationem euangelij pacis,in omnibus su
D mentes scutum fidei,in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salu-
tis assumite,& gladium spiritus, quod est verbum dei,per omnem orationem & obsecratio-
nem radicati & fundati,vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata diuiden-
tes corpus ecclesiæ bonum & integrum in tortuosas nouitates. Monet ergo Apostolus non
amplius nos inuicem temere iudicare:temere enim iudicat, si quis episcopum absq; sedis apo
stolicæ autoritate condemnat,cum ei,vt paulò superius præhibatum est, hoc specialiter priui-
legium reseruatum sit:sed hoc iudicate magis,inquit,ne ponatis offendiculum fratri vel scan
dalum,patenter enim his & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manife-
stum est,non debere episcopum damnari,licet eius perscrutetur opinio, donec iudiciū de ore
nostræ apostolicæ autoritatis,hoc est principis apostolorum cognoscatur,vtpote quoniam so
E lus & præ omnibus creditus est,atq; percipere meruit à rege regum Christo deo claues regni
cœlorum ad aperiendum fidelibus & beneuolis hominibus in eundem dominum nostrum,&
claudendū infidelibus & maleuolis,atq; suis sacerdotibus,& sanctæ ecclesiæ suo precioso san
guine redemptæ impugnatoribus siue nocentibus. Quod vtiq; & nos facere postulauit, non
quod noui aliquid nunc imperatur, sed illud quod per desidiam aliquorū aut scienter aut ne-
gligenter transgreditur,deinceps obseruetur ab omnibus,vt illa semper quæ apostolica & pa-
trum traditione cōstituta sunt,sub metu irrefragabili autoritate teneantur. Scriptū nanq; est
in secunda ad Thessalonicenses epistolā,& ad Timotheū, apostolo monente: State,& tenete
traditiones vestras quas didicistis seu per verbum,seu per epistolam. Item alibi per prophe-
F tam: Expectaui quoq;,sicut beatus Esaias intonuit,vt facerent iudicium,fecerunt autē iniqui-
tatem & non iustitiam,sed clamorem,omnes pios conturbantes:& hoc scire debeant,quoniā
iudicium dei est secundū veritatem in eos qui talia agunt,licet diuitias bonitatis dei,& susten
tationis,& patientiæ ignorantes,quoniā benignitas dei ad pœnitentiam eos adducit:secundū
duritiam autem eorū, & cor impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iu-
sti iudicij dei,qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. Et alibi scriptū est:Ego sum dominus
deus vester,non facietis iniquitatem,in iudicio non accipies personam hominis,neq; mireris
vultum potentis, ab omni iniquo verbo recedes, innocentem & iustum non oppugnabis,ne-
que interficies, ille proculdubio facit iniquitatem in iudicio qui ea sibi vindicat quæ ei vin-

r dicare

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicare non licet. Ideoq; huic sanctæ sedi concessa sunt. Nullus vsurpare sine eius consultu G
præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus vt contemptor iudicari. Itaque oportet negligentes propulsare, sed ita vt nocentes non roborentur, & bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ oppressi taciturnitatis teneantur obnoxij. Itaque qui potest obuiare,& perturbare peruersos,& non facit,nihil aliud est quàm fauere eorum impietati.Nec enim caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.Sitis autem perfecti & integri in eodem sensu,& in eadem scientia firmati, vt per eam vias vestras dirigentes,in eundem inflexibiliter omnibus occurratis oppressis,quia vobis creditur dominus, ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, & propter talium impietatem,à deo autem electum,& honorificatum,super quem vos tanquam H
lapides viui ædificamini in domum spiritualem,in sacerdotium sanctum,offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suauitatis. Gratum enim admodum est sacrificium domino oppressis omnibus subuenire,quanto magis illis de quibus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit,me spernit,&c.Libat quidem domino prospera, qui ab afflictis & oppressis pellit aduersa.Sed & nunc fratres commendamus vos deo & verbo gratiæ eius, qui potest perficere, & dare hæreditatem in omnibus sanctificatis.Ipse autem deus pacis & consolationis,det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper & in omnibus, vt vnanimes vno ore, & vno corde honorificetis eum in concordiam & auxilium fratrum, qui potens est confirmare omnes,& consolari secundum Euangelium eius,& iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas, & patrum orthodoxorum doctrinas,secundum præceptum æterni dei, ad obediendum fidei in omnibus cognitis nobis soli I
sapienti deo domino nostro Iesu Christo, cum quo patri & spiritui sancto, gloria, honor, & imperium,& potestas in secula seculorum,Amen.Dominus vos custodiat dilectissimi fratres incolumes semper.Data V III.Nouemb.Flauiano & Stilicone IIII.Cons.

QVOD OMNES DE FILIO DEI ET spiritu sancto, & de vnitate trinitatis male sentientes similes sint Iudæis,& de vnitate trinitatis. K

QVOD si quis patiatur deum patrem,& deum filium,& deum spiritum sanctum deos dici,& non deum,propter vnam diuinitatem & potentiam quã credimus esse,& scimus,patris & filij,& spiritus sancti: subtrahens autem filium,aut spiritum sanctum,ita solum æstimet esse deũ patrem, dici aut credi vnum deum, anathematizamus cum omnibus L
Iudæis: quòd nomen deorum in angelis, & in sanctis omnibus à deo est positum & donatum: de patre autem & filio & spiritu sancto propter vnam & æqualem diuinitatem, non nomen deorum, sed dei nobis ostenditur, atq; indicatur, vt credimus:quia in filio & spiritu sancto solũmodo baptizamus,& non in archangelorũ nominibus aut angelorũ,quomodo hæretici,aut Iudæi,aut Gentiles dementes faciunt.Hæc ergo est salus Christianorũ,vt credentes trinitati, id est,patri, & filio,& spiritui sancto,in veram solamq; diuinitatẽ,vnam potentiã & maiestatem & substantiam eiusdẽ deitatis sine dubio credamus.Dicit quoq; beatus Esaias: Propter Sion nõ tacebo, & propter Hierusalẽ non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius,& saluator eius M
vt lampas accendatur.Profecto catholica ecclesia quæ vera consistit Sion ciuitas Christi cœlorum regis,per tot annorum spatia expugnata ab aduersantibus verbo fidei, qui neq; deũ timent,neq; hominẽ reuerentur, sed incassum producentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas,dum & aduersis tantisq; quæ in scripto & sine scripto cõtestationibus inuitati fuissent corrigere propriam & sepelire hæresim, sicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est,tam per libellos quàm per suggestiones reuerendissimorum sacerdotum,& venerabiliũ abbatum,Apostolo protestante nobis,hominem hæreticũ post primam & secundam correptionem euitare debeamus,scientes quia subuersus est huiusmodi, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere,

ne quoquo

A ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilem deo pacem amplectentes: quoniam scriptum est, Zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns: & dicatur etiam de nobis, Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non habuere distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt sed consurgere cum deo,& consistere prompte,inuentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius,vt probemus spiritus sapienter,id est,verba illorum si ex deo sunt.Scriptum est enim in Hieremia:Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis viam eorum,multum nanq; nobis necessaria est vigilantia, & tantum diuinum sapientiæ discretionis quæ occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem huiusmodi rei & scrutatio-
B nem,quoniam latet quodammodo & absconditur vixq; comprehenditur dolosa existens malitia,pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur,vt valeat scrutantium mẽtem latẽre.Quod vtiq; sciens beatus Apostolus ait: Nam huiusmodi pseudapostoli operarij subdoli transfigurant se in Apostolos Christi: sed non mirum, ipse enim Satanas transfigurat se velut angelũ lucis.Et non mirum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis secundum opera eorum.Sed & dominus in hoc præmuniens nos ait:Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces,à fructibus eorum cognoscetis eos.Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationẽ,& dicentes cum Dauid:Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de
C lege tua.Lucerna pedibus meis verbum tuum domine,& lumen semitis meis:quoniã, sicut ait beatus Daniel propheta,Sapientia & fortitudo eius sunt,dat sapientiam sapientibus,& scientiam intelligentibus disciplinam,ipse reuelat profunda & absc̃dita, & nouit in tenebris constituta,& lux cum eo est,quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi,& ostendisti mihi quæ rogaui te.Cum ope diuina vniuscuiusq; personæ conscripta per nouitatis commentum accusati sunt, de venerabili nostro scrinio obsecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus.

D DE CHOREPISCOPIS ET QVI IDEM SINT aut si aliquid sint aut nihil.

E DOMINIS venerabilibus fratribus,Prospero Numidiæ primæ sedis episcopo,Leoni,Reparato,Alexandro, Benedicto, Rufo & omnibus cæteris vbiq; in recta sancta & apostolica fide consistentibus orthodoxis episcopis, Damasus. Licet fratres charissimi vobis sint nota patrum decreta, mirari tamen non possumus vestram solertiam circa instituta maiorum, vt cuncta quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, vt inde capiatis responsa, vnde accepistis institutionem & normam recte viuendi. Vnde & vos non immemores canonum esse recordamur,qui & ipsum fieri præcipiunt,non vt vobis scientiæ ecclesiasticæ regulæ aliquid desit, sed vt autoritate sedis Apostolicæ fulti, in nullo ab eius deuietis regulis. Igitur de chorepiscopis de quibus nos consulere, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam autoritatem habeant, vel si licet eos fieri an non, quia audiuimus eos iam esse prohibitos, aut quid de eis qui iam ordinati reperiuntur, agendum
F sit, nil vobis certius respondere videtur, quàm olim à prædecessoribus nostris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reseruetur, quàm priuatio sacri ministerij quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede quàm à totius orbis. fuerant Episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua: quia vt hi de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumant omni autoritate caret, & sacris canonibus inuenitur esse contrarium, atque ad totius Ecclesiæ perturbationem superba & superflua tendit elatio, & vacuum est & inane quicquid in prædicto sacerdotij summi egerunt ministerio. Quod ipsi idem sint, qui & presbyteri, sufficienter inuenitur, qui ad formam & exemplum septuaginta inueniuntur prius instituti: sed quia deo gratia modo necessarij sicut in primitiua Ecclesia propter studium quod erga pauperes exigebant non sunt, & quia illicita præsumebant, & quod agebant actum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi ecclesia-

 stico

Universidad de Deusto
Biblioteca

stico fraudabantur & fruſtrabantur miniſterio, ideo tam ab hac ſancta ſede (vt ſuperius memorauimus) quàm ab omnibus totius orbis epiſcopis à pontificalibus ſunt remoti officiis. Nam vt nobis relatum eſt, quidam Epiſcoporum propter ſuam quietem eis plebes ſuas commitere non formidant, & vt illicita atque prohibita agant, id eſt, ea quæ ſolis pontificibus debentur ſibi vſurpant, & ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi à deo commiſſam negligunt, cum dominus dicat: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, & vocat eas nominatim, & cognoſcit ſuas, & ſuæ agnoſcunt eum. Et item: Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. De mercenario autem quid ipſe dicat, bene noſtis, quia videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues, & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura Eccleſiæ, & eius ſtatus perturbatur, & ideo ſunt prohibiti, in tantum vt ſi aliqui ex his reperti fuerint, à proprio decidant gradu: illi nanque Epiſcopi qui talia ſibi præſumunt, videntur mihi eſſe meretricibus ſimiles, quæ ſtatim vt pariunt infantes ſuos, aliis nutricibus tradunt educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeant: ſic & iſti infantes ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, vt ſuo pro libitu ſecularibus curis inhient & quod vnicuique viſum fuerit liberius agant: pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos domino repræſentent. Nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe propriis humeris reportauit, nosq; idipſum facere perdocuit. Si ipſe pro omnibus tantam curam habuit, ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe propriis humeris reportauit, atque in tantum dilexit vt etiam animam ſuam multas ſuſtinens iniurias, multa opprobria, multáſque paſſiones, pro nobis traderet, quid nos miſeri & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis commiſſis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc fratres neceſſe eſt, quia qui plus laborat maiorem mercedem accipiet. Nam non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos domini eſſe cognouimus, id eſt, duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum: vnde iſte tertius proceſſerit funditus ignoramus, & quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt: quod enim Epiſcopi non ſint qui minus quàm à tribus ſunt ordinati Epiſcopis, omnibus patet, quoniam vt bene noſtis prohibitum à ſacris eſt patribus, vt qui ab vno vel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, nec nominentur Epiſcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quicquid enim inter Epiſcopos, aut de rebus ad eos ſolummodo pertinentibus egerint, neceſſe eſt, vt ſuperius iam prælibatum eſt, vt irritum fiat, quia quod non habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim cum nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem iſti antequam prohiberentur, vt ſuperius memoratum eſt, in eccleſia gerebant, nil de hoc quod Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus ſpecialiter debebatur, legitur aſſumpſiſſe, nec in lege domini quæ Moyſi ab ipſo domino legitur dictata, de his quæ ſummis ſacerdotibus, id eſt, Moyſi & Aaron erant ſpecialiter conceſſa, filij Aaron quicquam præſumant. Nulli enim dubium eſt, quod Moyſes & Aaron ſoli præcipiente domino in tabernaculo dei erigebant altare, ſoli vngebant, ſoli ſacerdotes ſacra vnctione inſtituebant, & alia quæ ad ſummum ſacerdotium pertinebant, de quibus ſufficienter in diuinis legitur literis, agebant, quoniam ſummi domini ſacerdotes erant, ſicut de eis ſcriptum eſt: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Sic & modo, quia vmbra legis tranſiit, & lux Euangelij in nos dei gratia manifeſte coruſcat, de his quæ in ſummis ſacerdotibus, id eſt Epiſcopis, quorum figuram Moyſes & Aaron tenuerunt, illi qui ſeptuaginta diſcipulorum formam geſtant, in quorum videlicet Typo filij Aaron erant, nihil præſumere debent, ſicut nec illi quicquam de ſummi ſacerdotij miniſterio attingebant. Nam quod coëpiſcopi antequam præfato prohiberentur tenore ad formam ſeptuaginta inſtituti erant, Canon ſufficienter manifeſtat, vbi ait: Chorepiſcopi quoque ad exemplum & formam ſeptuaginta videntur eſſe. & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in Canonibus expreſſum eſt: Qui in vicis & poſſeſſionibus chorepiſcopi nominantur, quamuis manus impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt epiſcopi conſecrati fuerint, & cætera. Nec ab re dictum perpendo, quanquam manus impoſitionem epiſcoporum perceperint, cum Epiſcoporum nomen pluralem in ſe contineat numerum, & apud grammaticos pluralis ſit genitiuus: videtur enim mihi quod tunc non ab vno, ſed à pluribus ordinabantur, quia

A quia nullatenus diceret Epiſcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cum Epiſcoporũ pluraliter dictum ſit. Cum autem dixit coëpiſcopum, profecto villanum voluit intelligi Epiſcopum: & ſi villanus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco vbi antea Epiſcopi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello Epiſcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis vbi antea Epiſcopi non fuerunt, ne vileſcat autoritas, & nomen Epiſcopi, fuerint conſtituti, quid rogo erunt? Eece nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati? ad villam, quia chore villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam ſi nec in caſtello, aut in modica ciuitate licet fieri, rogo vt promatis: & ſi promere non poteſtis, quia ſcio
B per rationem aut plenam autoritatem minime poteſtis, digitum ori imponite, & eos omni autoritate carere non dubitate, ſcilicet quia tria obſtant quibus eorum ceſſatur actio vel inſtitutio: vnum quod ab vno Epiſcopo ordinari ſolent, in quo eorum ordinatio à canonibus diſcordat, qui per manus Epiſcoporum eos inſtitui iubent. Aliud, ſi à pluribus Epiſcopis ſunt ordinati, & aut in villa, aut caſtello, ſeu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuſte Epiſcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi non vileſcat autoritas & nomen Epiſcopi, aut ſi in ciuitate cum altero Epiſcopo, cum vt prædictum eſt in vna ciuitate duo non debeant conſiſtere Epiſcopi. Tertium, ſi abſolute fuerint inſtituti, ſicut de
C quibuſdam audiumus, quæ omnia epiſcopali omnino carent autoritate, & illud adhuc reſtat, quod eorum ordo non habet in diuinis literis autoritatem, quia vt præfixum eſt, ordines ſunt duo tantum primi in Eccleſia, id eſt, Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum. Sane ſi nec Epiſcopi ſunt, quia pro præfatis cauſis Epiſcopi eſſe non poſſunt, nec presbyteros ſe nominari volunt, quia amplius eſſe ambiunt, ac ſi plus quàm ſeptuaginta diſcipuli feciſſent, ad quorum formam, vt paulò ſuperius prælibauimus, hi antequam prohiberentur, à quibuſdam ſtultis, & ſua quærentibus, & non quæ Chriſti Ieſu, inſtituebantur, præſumere tentant, & illicita atque prohibita agere præſumunt, nec hoc dici ſe volunt quod ſunt, rogo vt manifeſte prodatis quid ſint, quoniam aut aliquid ſunt, aut nihil. Nam manifeſte patet,
D quoniam Epiſcopi non ſunt: & ſi Epiſcopi non ſunt, & presbyteri eſſe deſpiciunt, quid erunt? aut aliquid prorſus erunt, aut nihil: quia nihil poteſt eſſe, niſi habeat vnde ſit, & ſi non habeat vnde ſit, aut vnde originem ducat, nec autoritatem habet, nec ſtare rite poterit, quia inane eſt, & vt deſtruatur & cadat neceſſe eſt, quoniam nihil eſt, & in nihilum reputabitur. Si vero nihil ex his ſunt quæ ſuperius memorauimus, tunc neceſſe eſt, vt nihil ſint ex his quæ ſacerdotibus debentur, & ideo nec in ſacerdotali catalogo habeantur, niſi tantum vt primo commemorauimus, vt pro miſericordia illis qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint, & per ſcriptum propria manu ſubter corroboratum idipſum confirmauerint, hoc ſolummodo concedatur, vt inter ſacerdotes locum habeant, & miniſterio
E presbyterorum contenti ſint, atque menſæ domini tantummodo participes exiſtant. Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, vt ſacerdotes ſint, ſed omni eccleſiaſtico funditus priuentur honore. Quod vero eis non liceat ſacerdotes conſecrare, nec diaconos, aut ſubdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere, aut ſacrare, nec eccleſias dedicare, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec publice quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epiſtolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Epiſcopum in baptiſterio, aut in ſacrario introire, nec præſente Epiſcopo infantem tingere, aut ſignare, nec pœnitentem ſine præceptione Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente, niſi illo iubente ſacramentum corporis & ſanguinis
F Chriſti conficere, nec eo coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari, quæ omnia ſolis pontificibus debere tam ex ſuperioribus quàm ex aliis patrum conſtituti, quæ ſacris Canonibus edocti eſtis, & ſi neceſſe eſt quibuſdam munus ſcientibus docetis, aut ſacris Canonibus edocti eſtis, & ſi neceſſe eſt quibuſdam munus ſcientibus docere pleniter, & inſtrui poſſunt, vt per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummorum pontificum demonſtretur. Similiter & de presbyteris hæc habeantur, & ſine iuſſu proprij Epiſcopi nil agant, quia quod rarum eſt hoc & pulchrius eſſe videtur, & ſi noſtis quia nullatenus diceret Epiſcoporum, ſi ab vno fieret talium ordinatio, cum Epiſcoporũ pluraliter dictum ſit. Cum autem dixit coëpiſcopum, profecto villanum voluit intelligi Epiſcopum: & ſi villanus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur eſſe Epiſcopi? Et ſi in villa & in eo loco vbi antea Epiſcopi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut caſtello Epiſcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis vbi antea Epiſcopi non fuerunt, ne vileſcat autoritas, & nomen Epiſcopi, fuerint conſtituti, quid rogo erunt? Eece nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco: quoniam ſi Epiſcoporum manus impoſitionem perceperunt, & vt Epiſcopi ſunt conſecrati, vbi ſunt conſecrati? ad villam, quia chore villa eſt apud Græcos. Et qualiter ad villam ſi nec in caſtello, aut in modica ciuitate licet fieri, rogo vt promatis: & ſi promere non poteſtis, quia ſcio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradere spiritum sanctum, liber Actuum apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti spiritus per manus impositionem (vt prædictum est) tradidisse. Hæc ergo quia omni carent ratione, nullus deinceps vsurpet aut consentiat sacerdotum qui noluerit à nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod à nobis extinguitur, & à prædecessoribus nostris ac reliquis, vt dictum est, totius orbis Episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus, sed quæ male pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, ne messem dominicam vlla corrumpant zizania. Ita enim fructum vberem domini sacerdotes præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consuerunt radicitus amputentur. Cesset ergo tot iudicibus prohibita & damnata præsumptio, nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos præfata voluptate aliis ad nutriendum tribuunt, sed ipsi domino suo nutriant, ipsi fructum cum vsura reddant, fructuososq; manipulos, & cum gloria repræsentent. Nam si dominus leprosos inter cæteras ouium suarum curas tetigit & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? aut cur nosipsi qui pastorale officium susscepimus, aliis alendas tradimus? maxime cum dominus Petro præceptori nostro dixerit: Si diligis me, pasce oues meas. & multa talia & his similia. Nam benedictio quam prædicti coëpiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre quàm salutem: & illi qui pontificatus apicem non habebant, quomodo ea quæ non habebant, dare poterant? quoniam nihil dante erat quod ipse possit accipere. Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest quod non habet? præsertim cum pontifices non erant ea quæ solis pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita quæ per manus impositionem tangebant, cum ea quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideo quicquid ex supradictis ministeriis pontificalibus præsumebant irritum erat, & nihil tactis perficiebant, sed magis iuxta prophetam maledictionem pro benedictione, si ratum est dicere, conferebant. Quapropter per illam illicitam manus impositionem, vt paulò superius prælibauimus, vulneratum caput illi qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula: id est, reiterari necesse est, quod legitime actum, aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, inuenire non possum: cum ille qui honorem pontificalem non habuit, pontificalia non potest iura tribuere, nec hoc sibi poterant vindicare, cuius capaces per hoc quod illis obstiterat non fuerunt. Huius ergo discussionis curam nobis specialiter vindicantes, ita misericordiam rogamus, vt si qua forsitan his commissa sunt corrigantur, ne talia liceat vltra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur: quia vt nobis gratulationem facit Ecclesiarum status salubri dispositione attributus, vel adornatus, ita non leui nos mœrore contristat quotiens aliquid contra instituta Canonum vel ecclesiasticam disciplinam præsumpta, aut commissa cognoscimus: quæ si non qua debemus vigilantia resecemus, illos qui nos speculatores esse volunt excusare non possumus, si eius Ecclesiam quæ nobis generaliter commissa est in quantum prævalemus puram à tam illicitis superstitionibus non custodiamus: quia non aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet idipsum dicamus omnes, simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sapientia. Nec aliter veri discipuli domini erimus, nisi radicem amaritudinis sursum germinantem, sicut hæc vt asseritis modo facit, ne nocere valeat, vt episcopale ministerium vilescere faciat per eorum negligentiam, id est, omnium sacerdotum qui euellere mala, & meliora plantare, sunt ab eo præpositi, vnusquisque pro viribus extirpare festinet, & ipse qui pro suis ouibus est æterno iudici rationem redditurus, eas fouere & educare decertet. Si domini desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dicatur, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ, & reliqua. Et iterum monente dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum amat diligenter, & cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, amore & reuerentia coartamur, vt tantæ superstitionis quæ nulla (vt suprà dictum est) fulcitur autoritate, periculum quantum possumus declinemus, ne beati magistri nostri, & summi Apostoli dilectio, qua se amatorem dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quoniam omnis negligenter pascens totiens

A tiens sibi commendatum dominicum gregem conuincitur summum non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari: nam gratia prorsus maior acquiretur, si de commissis ouibus lucrum offerat domino solicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, & quicquid furto perierat à me exigebas, die nocteq; æstu vrebar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo laborat & vigilat qui pascit oues Laban, quanto labore, quantisq; vigiliis debet intendere qui pascit oues dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos vt de his
B qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat, tantusq; vos beati Petri Apostolorum principis amor incendat, vt in ouili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ precioso Christi sanguine redemptæ eorum non pereant deceptione. Restat enim quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur: quia vt dictum est, si nec Episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in Ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium per quod pastor intret. Audite fratres non me, sed
C ipsam dicentem veritatem: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro. & reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est. Cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia tantum inueniantur posita, quicquid amplius positum in his inuenitur, stare nullatenus poterit, & ideo cum omnibus suis fundamentis & actionibus, atque radicibus, vt euellatur necesse est, ita vt amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet, & non faciat vobis fratres totiens repetita locutio fastidium, quia summa necessitas est, sæpius prohiberi quod totiens à vobis vt cognouimus illicite vsurpatur, & quoniam veritas sæpius exagitata magis splendescit vt lumen, & quod totiens repetendo admonetur, nimis vsurpatur. Super his enim multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt, à quibus ipsi sicut nunc à
D nobis, ita olim ab eis damnata & prohibita sunt. Ideo sæpius repetentes omnes monemus vt vitentur huiusmodi, & à talibus se abstineant, qui noluerint vnà cum eis à sacerdotali ministerio: vt rebelles fieri alieni: quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis: & ita in postmodum de tali re querela cessabit, quia contumeliæ studio fit, quicquid interdictum totiens vsurpatur. Omnia hæc decretalia & cunctorum decessorum nostrorum constituta quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum promulgata sunt disciplinis, ita vobis & omnibus episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, quoniam
E occurreret veritas, si falsitas displiceret: & meritò nos qui summa ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faueamus errori. Data Calend. Iunij, Libio & Theodosio IIII. C C. Consulibus.

De sacerdotibus qui de Ecclesiis suis ad alias migrant Ecclesias.

F EOs autem sacerdotes qui de Ecclesiis suis ad alias migrauerunt, tandiu à communione nostra habemus alienos, quandiu ad eas redierint ciuitates in quibus primum sunt constituti: quoniam si alius alio transmigrante in locum viuentis ordinatus est, tandiu vacet sacerdotij dignitate qui suam deseruit ciuitatem, quandiu successor eius quiescat in domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA DAMASI ET EPISCOPORVM qui ad eum in Romanam vrbem ex Italia & Gallia conuenerant.

DAMASVS & cæteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in domino salutem. Credimus sanctitatem vestram,fidem in Apostolorum eruditione fundatam tenere,& hanc populis vniuersis exponere,quæ videlicet à constitutis patrum nulla ratione dissentit,per quos iustum est cæteros erudiri:sed relatione Gallicanorum & venerandorum fratrum,quosdam hæresibus fauere cognouimus,quod malum non solum cauere debēt episcopi,sed etiam reluctari cōtra ea quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorundā prauis interpretationibus deceptorum.Variis ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum laborare sententiis.Auxentium ergo Mediolanum præcipue in hac causa damnatum esse liquet: vnde iustum est vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea quæ legis sunt sapere, & non fidem doctrinis variis maculare.Itaq; dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia pullulare patet Arrianorū, tunc patres nostri trecenti decem & octo electi habito tractatu in vrbe Nicena, hunc murum fortissimum contra arma diabolica statuerunt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt pater & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis,vniusq; magnitudinis debeat credi,vniusq; essentiæ siue substantiæ,simul & spiritus sanctus.Aliter enim sapientes alienos esse à nostra cōmunione iudicauerunt.Quē termi num salutarē adorabilēq; deliberationē corrumpere quidā aliis cogitationibus,atq; temerare voluerunt,sed in ipso principio ab his ipsis qui in Arimino reuocare, aut retractare compellebantur,vsq; ad hoc causa correpta est, vt confiterentur alia sibi circunuentione subreptum, aut certè quia non intellexerunt patrum sententiæ in Nicæna cōstitutæ hoc esse contrarium: neq; enim præiudicium aliquod fieri potuit, per numerum Arimino congregatum, quando constat neque Romanum episcopum,cuius ante omnia decebat eos expectare decretum,neq; Vincentium qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit, neque alios talibus præbuisse consensum, maxime dum (sicuti prædiximus) isti ipsi qui per conuentionem declinasse videbantur,ipsi denuò ytentes meliori cōsilio hęc sibi displicere testati sunt. Perspicit itaq; vestra salubritas hanc solam fidem quæ Nicææ apostolorum autoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandam,& simul orientales hoc facere nobiscum qui se catholicos esse cognoscunt, occidentales etiam gloriari. Credimus autem languentes in isto conamine non tarde à nostra separandos esse communione, & ab eis episcopatus nomen auferri, quatenus populi eorum liberati errore respirent. Nullo enim modo à deceptione poterunt corrigere populum,qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet etiam cum omnibus dei sacerdotibus etiam charitatis vestræ sententia,in qua vos fixos ac firmos existere iudicauimus.Si ergo nos vobiscum recte credere debemns, vestræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete fratres charissimi. Data XVII. Calend. Nouembris, Siritio & Ardabure IIII. CC. consulibus.

EPISTOLA DAMASI AD EPIscopos Italiæ.

VNIVERSIS episcopis per Italię prouincias constitutis Damasus episcopus in domino salutem. Optaueram dilectissimi pro nostri charitate collegij omnes domini sacerdotes sicut in primitiua fuit Ecclesia, vnum esse cor,& animam vnam, atque in vna deuotione persistere,nec quemquam sacerdotum gratia,aut formidine secularium deprauari,aut à via veritatis quoquo modo abscedere. Sed quia multa quæ corrigi possunt,proueniunt,exuperat culpas delinquentium misericordia dei, atq; ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio.

Relatum

Relatum est enim ad sedem Apostolicam vos accusationes fratrum per scripta susscipere absque legitimo accusatore: quod deinceps in omni orbe terrarum fieri Apostolica autoritate prohibemus,& quod nuper factū est absque vlla retardatione corrigere rogamus,nec vnquā prius per scripta eorum qui accusantur causam discutere,nisi per querelarū institutiones vocati canonice ad synodū veniant, & præsens per præsentem agnoscat veraciter, & intelligat quæ ei obiiciuntur.Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: Antequam scruteris ne reprehendas,intellige prius & tunc increpa,antequam audieris ne respondeas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet his qui elati sunt ad eorum examinationem ordinem seruari ab his qui secundum deum perscrutari deputati sunt,quatenus ita cum operatione cooperante inueniamus,& cōfessorem deum qui dicit: Vbi duo sunt vel tres cōgregati in nomine meo,ibi sum in medio eorum.Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat,sed quoniam non est præsentialiter accusatus,ideo non est ejectus.Nec vos vllo modo agere oportet,quod ille noluit facere, leges enim seculi accusatores presentes exigunt,& non per scripta absentes.Vnde canonica patrum constituta non semel, sed sæpissime clamant,nec accusationes, nec testimonia vlla per scripta posse proferri, nec de aliis negotiis quicunq; testimonium dicant, nisi de his quæ sub præsentia eorum esse noscuntur.Similiter & qui alium accusare elegerit,præsens per se & non per alium accuset, scriptione videlicet præmissa: neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat,locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.Curandum quoque est, ne ita quisquā subrepat,faciatq; citius quod nō licet.Omnipotens deus hęc vos & cūcta diuina mandata & apostolica præcepta custodientes,in cunctis actib⁹ vestris cœlestis brachij extensione protegat, atq; ad cœlestis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat,Amen.Data III. Idus Aprilis,Siritio & Ardabure IIII.CC.consulibus.

EPISTOLA CONCILII CARTHAGINENsis ad Innocentium Papam.

DOmino beatissimo & honoratissimo fratri Innocentio vniuersalis ecclesiæ Papæ,Aurelius,Numidius,Rusticianus, Fidentius,Euagrius, Antonius,Palatinus,Adeodatus,Vincentius,Publianus,Theasius,Tutus,Pannonius,Victor,Restitutus, alius Restitutus,Rusticus,Fortunatian⁹,Ampelius,Auinius,Felix, Donatian⁹, Adeodatus, Octauius Serotinus, Maiorinus, Porturianus, Crispolis, Victor, alius Victor, Leutius,Marinus,Fructuosus,Faustinianus,Quoduultdeus,Candori, us,Maximus,Magarius,Rusticus,Rufinianus,Proculus,Thomas, Iuuarius,Octauianus,Prætextatus,Sixtus,Quoduultdeus,Pentadius,Cyprianus, Seruilius,Pelagius,Marcellus,Venantius,Didymus,Saturninus, Bazecenus,Germanianus,Germamenus, Iuuentius,Maiorinus,Iuuentius,Candidus,Cyprianus,& Aemilianus Romanus,Aphricanus, & Marcellinus, qui in Concilio ecclesiæ Carthaginensis assuimus. Cum ex more ad Carthaginensem ecclesiam solenniter veniremus, atque ex diuersis causis congregata ex nobis synodus haberetur,compresbyter noster Orosius nobis literas sanctorum fratrum,& consacerdotum nostrorum dedit Auerothis & Lazari,quarum formam his constituimus esse subdēdam. His ergo lectis Pelagium & Cœlestium autores nefarij prorsus & anathematizandi ab omnibus nobis erroris aduertimus. Vnde factum est, vt recensendum peteremus quid ante quinquennium super Cœlestij nomine hic apud ecclesiam Carthaginēsem fuerit exagitatum. Quo recitato,sicut ex subditis aduertere poterit sanctitas tua,quāuis iudicatio manifesta cō staret,quia in illo tempore episcopali iudicio excisum hoc tantum vulnus ab ecclesia videretur,nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, vt huiusmodi persuasionis autores quanuis & ad presbyterium idem Cœlestius postea peruenisse dicatur,nisi hi apertissime anathematizauerint, ipsos quoque anathematizari oportet, vt si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt ab eis,vel decipi possunt,cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum domine frater sanctæ charitati tuæ intimandum duximus,vt statutis nostræ mediocritatis,etiā apostolicæ sedis adhibeatur autoritas, pro tuēda

salute

Universidad de Deusto
Biblioteca

salute multorum,& quorundam etiam peruersitate corrigenda.Id enim agunt isti damnabi- G
libus disputationibus suis,vt non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium,nullum relinquãt locum gratiæ dei qua Christiani sumus, qua & idipsum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum,dum à carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur,dicente domino: Si vos filius liberauerit tunc vere liberi eritis. Quod auxilium fides impetrat,quæ est in Christo Iesu domino nostro.Isti autem asserunt(sicut à fratribus qui eorum libros legerunt cognouimus)in eo dei gratiam putandam, quod talem hominis instituit creauitq; naturam, quæ per propriam voluntatem legem dei possit implere siue naturaliter in corde conscriptam, siue in literis datam: eandem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam deus in adiutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam qua, H
vt dictum est, Christiani sumus, cuius Apostolus prædicator est, dicens: Condelector enim legi dei secũdum interiorem hominem,video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,quæ est in membris meis, miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: nolunt omnes cognoscere omnino,nec aperte quidè oppugnare audent. Sed quid aliud agunt cum hominibus animalibus non percipientibus quæ sunt spiritus dei? persuaderi non cessant ad operandam perficiendámque iustitiam,& dei mandata complenda solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptum est: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: &, non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: I
& quod vnum corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam quæ data est nobis: &, gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit,sed plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum: &, gratias ago deo qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum,quia idonei non sumus aliquid cogitare quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: &, habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis dei, & non ex nobis. & innumerabilia quæ de scripturis omnibus si colligere volumus, tomus non sufficit, & veremur ne apud te tempora ista commemorando quæ maiore gratia de sede apo
stolica prædicas,inconuenienter facere videamur, sed ideo facimus, quia in eo quod infir- K
miores sumus quaquauersus quisque nostrum verbum dei prædicando putatur attentior, crebrius eos patimur in nos audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalibus gestis quæ in oriente confecta dicuntur,omnia tuæ veneration i iustè visus fuerit absolutus,error tamen ipse & impietas quę iam multos assertores habet per diuersa diſperſos,etiam apostolicæ sedis autoritate anathematizanda est.Consideret enim sanctitas tua,& pastoralibus nobis compatiatur visceribus,quàm sit pestiferum & exitiale ouibus Christi,quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur,vt nec orare debeamus,ne intremus in tentationem:quod dominus discipulos monuit,& posuit in oratione quam docuit vt non deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est.Si enim possibilitate naturæ,& arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta,quis non ea videat inaniter à domino peti,& fallaciter orari,cum orando poscuntur,quæ naturæ iam ita conditæ sufficientibus viribus obtinentur? nec debuisse dicere dominum Iesum Christum,vigilate & orate,sed tantummodo vigilate,vt nõ intretis in tentationem:nec beatissimo Petro primo apostolorum, rogaui pro te, sed moneo te,vel impero ac præcipio,ne deficiat fides tua. Contradicitur enim istorum contemptione benedictionibus nostris,vt incassum supra populum dicere videamur, quicquid eis à domino precamur,vt recte ac pie viuendo illi placeant,vel illa quæ pro fidelibus precatur apostolus dicens: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det nobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem, cor- M
roborari per spiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo super populum dicere, da illi virtutem domine corroborari per spiritum tuum, istorum nobis disputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium,si hoc à deo poscitur,quod in nostra potestate est: virtute enim corroborari si volumus, inquiunt, possumus ea possibilitate naturæ, non misericordia quam nunc accipimus,sed quam cum crearemur accepimus.Paruulos etiam propter salutem quæ per saluatorem Christum datur,baptizandos negant,sic eos mortifera doctrina in æternum necant, promittentes etiam si non baptizantur, habituros vitam æternam: nec pertinere ad eos de quibus dominus ait: Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat:quia,inquiunt,isti non perierant,nec est quod in eis saluetur,vel tanto precio redimãtur,quia

A tur,quia nihil est in eis vitiatum,vel tenetur sub diaboli potestate captiuum,nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum. Quanquam per baptismum Christi etiam paruulorum dicant fieri redemptionem.Libello vero suo Cœlestius in Carthaginensi Eccle-
sia iam confessus est.Sed multi eorum qui perhibentur esse vel fuisse discipuli,hæc mala quibus fundamenta Christianæ fidei conantur euertere,quacunque possunt astutia affirmare nõ cessant:vnde etiam si Pelagius Cœlestiusq; correcti sunt, vel ista nunquam sensisse se dicunt, & quæcunque scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negabunt: nec est quemadmodum de mendacio conuincantur: generaliter tamen quicunque dogmatizat, & affirmat humanã
B sibi ad vincenda peccata & dei mandata facienda sufficere posse naturam,& eo modo gratiæ dei quæ sanctorum eiuidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur: & quicunque negat paruulos per baptismum Christi à perditione liberari & salutem percipere sempiternam,anathema sit. Quæcunque autem alia eis obiiciuntur, non dubito venerationem tuam cum gesta episcopalia perspexerit,quæ in oriente eadem causa confecta dicuntur, id indicaturam,vnde omnes in dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatissime papa.

INNOCENTII PAPAE EPISTOLA ad Concilium Carthaginense.

C

INnocentius Aurelio & omnibus sanctis episcopis,& cæteris qui in cõcilio Carthaginensi affuerunt ecclesiæ dilectissimis fratribus in domino salutem.Inquirendo de his rebus quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus,maxime à vero iustoq; & catholico tractari Concilio,antiquæ traditionis exempla seruãtes,& Ecclesiasticæ memores di
sciplinæ, nostræ religionis vigorem mentis non minus nunc in consulendo quàm antea cum pronunciaretis vera ratione firmatis,qui ad
D nostrum referendum approbatis esse iudicium,scientes quod apostolicæ sedi(cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum)debeatur,à quo ipse Episcopatus & tota autoritas huius nominis emersit. Quem sequentes cum mala tam dãnare cauemus,quàm probare laudanda,vel id vero quod patrum instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda,quod illi non humana,sed diuina decreuere sentẽtia,vt quicquid quanuis de disiunctis remotisq; prouinciis cogeretur, non prius ducerent finiendum,nisi ad eius sedis notitiam perueniret,vt tota huius autoritate iuxta quę fuerit pronunciatio firmaretur,indeq; sumerent cæteræ ecclesiæ,velut de natali suo fonte aquæ cunctę
E præcipere,quos abluere, quos veluti in cœno immundabili sordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur charissimi fratres quod per fratrem & coëpiscopum nostrum Iulium literas ad nos destinastis,& cum pro illis curam geritis quibus præsidetis ecclesiis,sollicitudinem vestram pro omnium vtilitate monstratis, & per cunctas totius orbis Ecclesias omnibus vnà quod prosit decernendum esse deposcitis, vt suis constabilitæ regulis ecclesiæ,& hoc quod illos caueat pronunciationis iuste firmata decretalibus petere non pos-
sit,qui peruersis instructi imò destructi verborum argutiis,sub imagine catholicæ fidei dispu
F tantes velut pestiferum exhalantes virus,& vt hominum recte sentientium in deteriorẽ partem corda corrumpant,tutam veri dogmatis quærunt euertere disciplinam. Sanandum ergo celerius,ne longiusexecrandus animis morbus inserpat, vt si medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interuentu desperatus euadat: vel cum post se putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cætera quibus illud possit quod natum fuerat vulnus obduci: ac si id manens sanari non poterit,ne corpus reliquum sua tabe corrumpat,ferro amputet quod nocebat, quod reliquum,integrum & seruet intactum.Præcidẽdum ergo, id est, quod velut puro sanoq; nimium corpori vulnus obrepsit,ne cum tardius abstergitur,in ipsis penè visceribus huius mali non hauriendi post sentina considat.Nam quid nos de his post hæc rectum mentibus æstimemus qui sibi se putant debere quod boni sunt,nec illum considerant,cuius quotidie gratiã consequuntur? Sed iam isti qui tales sunt,nullam dei gratiam consequuntur,qui sine illo tantum assequi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum assequi se posse confidunt, quantum vix illi qui ab illo postulabant, & accipiunt, promerentur. Quid enim tam iniquum esse potest, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicũ, quàm huic denegare debere, quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo præstantior quàm potest is esse, qui te vt esses effecit? Et cum te putes ei debere quod viuis, quomodo te non putas illi debere quod non quotidianam eius consequendo gratiam taliter viuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra possibilitate ex toto perfectos, quomodo adiutoriũ in nos cum tales à nobis etiã esse possumus, prouocamus? Qui enim adiutorium dei negat, vellem interrogare quid dicat, nos non te mereri, an illum hoc nõ posse præstare, an nihil esse propter quod vnusquisque hoc debeat postulare? Posse hoc deum opera ipsa testantur. Adiutorio quotidiano nos egere, negare nõ possumus, hoc enim seu bene viuimus, prouocamus, vt melius sanctiusq; viuamus, seu praue sentientes à bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam eius auxilio plus egemus. Nunquid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere quod liberum arbitrium cum nasceremur accepimus? Vltra iam à domino nihil quæramus, id est, autoris nostri obliti eius potentiam, vt nos ostendamus liberos, abiuremus, quasi iam amplius quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, nescientes quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terreni & mũdani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendũ non liberum arbitrium, sed dei solius facere possit auxiliũ. Nã si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui digne hoc non quæreret sicubi liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus & iam electus à domino nihil egerit, tamen ita dominum deprecatur postulans, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille dominum postulat adiutorẽ. Quod nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus: ille deum ne derelinquatur, exorat. Nonne rogo manifeste discimus quod oremus, cum ille tantopere beatus sicut suprà diximus vir, ne despiciatur exoptat: illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusetur, qui cum sciat tãtum in sua natura esse adiutorem, sibi dominum, & assiduum adiutorem, nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus protinus exoptat, & per corpus omnis psalterij hoc & prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnum scit, vt assidue diceret, ita necessariũ confessus est vt doceret, quemadmodum Pelagius Cœlestiusq; seposita omni responsione psalmorum, taliq; abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidunt nos adiutorium dei nec debere quærere, nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testantur? Libero enim arbitrio olim ille peruersus dum suis inconsultis vtitur bonis cadens in præuaricationis profunda, demersusq; nihil quemadmodum exinde surgere posset, inuenit, suaq; in æternum libertate deceptus, huius ruinæ iacuisset oppressus, nisi eum post Christi per suam gratiã releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ præteritum omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit, & eius confirmans statum quo rectius constabiliusq; procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit. Nam quanuis hominem redemisset à præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post illa corrigere, multa seruauit. Quotidiana præstat ille remedia, quib⁹ nisi freti confisiq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim vt quo auxiliante vicimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ qua dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei & dei beneficio profitetur ingratum. Nam nec nostra communione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt. Sic enim sua spõte dum sequuntur illa quæ dicuntur, longius à vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quẽadmodum dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possumus ista iactãtes? Quis rogo tantus illorum pectora error obcæcat, vt si ipsi nullam dei gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de aliis cõsiderant, quid quotidie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidem isti omnes cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, vt se auxilio credant euocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim dei adiutorium, non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui euellendi sunt longius & ab ecclesiæ procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupans insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate

impunitate seruati, necesse est multas in hac sua prauitate mentes inducant, decipiantq; innocentes vel potius imprudentes qui fidem catholicam non sequuntur, putabant enim eos recte sentire, quos adhuc vident in ecclesia perdurare. Separetur ergo à sano corpore vulnus insanum, remotoq; morbi sæuientis afflatu, cautius quæ sunt syncera perdurẽt, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sic totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus, & vnà vobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamen aliquando in se dei adiutorium, quod hucusque negauerunt, prouocauerint, & opus eius sibi auxilio esse cognouerint, vt de hac labe in qua sui cordis incuruatione corruerant liberentur, & quasi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatisq; omnibus quibus totus ne verũ aspiceret fœdabatur & calligabat aspectus, dãnent hæc quæ hucusq; senserunt, & aliquando animum rectis disputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos consiliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate pontificum istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis cum resipuerint & ecclesia non negare, vt à suis præcipitiis intra ouile domini redigantur, ne foras præsenti & tanto præsidio à fide munitionis excluſi periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atq; vexandi, quibus obsistere hac qua illos in se irritauerant doctrinæ peruersitate non possunt. Sed talibus vestris monitis, & sic satis abundãtibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum, nec quicquam superesse dicimus quod dicamus, cum nihil prætermissum à vobis, nihil constat esse suppressum quo illi refutati & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideo à nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis cõstat vt doctissimos sacerdotes cũcta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit sufficere præteriisse. Bene valete fratres in domino charissimi.

EPISTOLA CONCILII MILEVITANI ad Innocentium Papam.

DOmino beatissimo meritoq; venerabili, & in Christo venerando Papæ Innocentio Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alippius, Augustinus, Placẽtius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurẽtius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Lucius, Honorius, Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturnius, Cresconius, Lucius, Honorius, Seruius, Therẽtius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Cresconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præsidius, Cresconius, Lampadius, Delphinus, ex concilio Mileuitano in domino salutem. Quia te dominus gratiæ suæ præcipuo munere in sede apostolica, talemq; nostris temporibus præstitit, vt nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, si apud tuam venerationem quæ pro ecclesia sunt suggerenda tacuerim⁹, quàm ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorũ membrorum Christi pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris. Noua quippe hæresis & nimium pernicioſa tentat assurgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: isti dicunt posse homine in hac vita præceptis dei cognitis ad tantam perfectionẽ iustitiæ sine adiutorio graminem tiæ saluatoris, per solum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiam non sit necessarium dicere, dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur, ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum tanquam diuinum adiutorium poscere debeamus, ne in peccatũ tentati decidamus, sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis voluntatem, tanquam frustra apostolus dixerit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. &, Fidelis deus qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere. Fruſtra enim dominus dixerit apostolo Petro, rogaui pro te ne deficiat fides tua: & omnibus suis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem: si hoc totum est potestatis humanæ. Pueros quoque paruulos si nullis imbuantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

buantur Christianæ gratiæ sacramentis, habituros vitam æternam, nequaquam Christiana G
præsumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apostolus: Per vnum hominem peccatũ intrauit in mundum,& per peccatum mors,& ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et alio in loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Vt ergo alia omittamus quæ contra scripturas sanctas plurima disserunt, hæc interim duo quibus omnino totũ quod Christiani sumus conantur euertere, quæ fidelia corda sustineant, non esse rogandum deum, vt contra peccati malum atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor,& non opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentum? Hæc insinuantes apostolico pectori tuo non habemus opus multa dicere,& tantam impietatem exaggerare, cum proculdubio te ista permoueant, vt ab eis H
corrigendis ne latius serpant, multosq; contaminent, vel potius interimant, dum sub nomine Christi à gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare nõ possis. Huius autem pernicioſissimi erroris autores esse perhibẽtur Pelagi⁹ & Cœlestius, quos quidẽ in ecclesia sanari maluimus, quàm desperata salute ab ecclesia resecari, si necessitas vlla compellat. Quorum vnus, id est Cœlestius, etiã ad presbyteriũ in Asia peruenisse dicitur, de quo ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruitur. Pelagius vero, sicut à quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ, Hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur: veruntamen multo plures qui eius sensus diligentius indagare potuerunt, aduersus eum pro Christi gratia,& catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue san I
ctus filius tuus frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur adiuuante misericordia domini dei nostri Iesu Christi, qui te regere, consulentem & orantem exaudire dignatur, autoritati sanctitatis tuæ de claro scripturarum lumine depromptæ, facilius eos qui tam peruersa & tam pernicioſa sentiunt esse cessuros, vt de correctione potius eorum gratulemur, quàm contristemur interitu, domine beatissime. Quamlibet autem ipsi eligant, certe vel alios plurimos quos possunt si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instanter & celeriter prouidendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidię scripta direximus, imitãtes Carthaginẽsem ecclesiam & Carthaginẽsis prouinciæ coëpiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac causa scripsisse competimus. Et alia manu: Memor nostri in domini gratia augearis domine beatissime, merito venerabilis,& in Christo honorande sanctissime papa. K

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE ad Mileuitanum Concilium.

INNOCENTIVS Siluano seni, Valentino, & cæteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt dilectissimis fratribus in domino salutẽ. L
Inter cæteras ecclesiæ Romanæ curas & apostolicæ sedis occupationes, quibus diuersorum consulta fideli ac modica disceptatione tractamus, frater & coëpiscopus noster Iulius dilectionis vestræ literas quas ex Mileuitano nostra autoritate concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querela parili scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia tantam sollicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, vt non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas magis ouium siue delectationis herba seduxit, ac si in errore permãserint, M
aut segregari penitus velint, aut illicitè petita vitantes dudum custodiæ pristinæ circumspectione tutari, in vtraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili cæteræ ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes luporum morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum & catholicæ fidei plena consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam vt durum arbitror conniuentiam præbere peccantibus, ita impium iudico manum negare conuersis. Diligenter ergo & congrue apostolicæ consulitis honoris arcana. Honoris inquam illius quem præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarum super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatam.

A tam. Verum hæc missa facio. Neque enim hæc vestram credo latêre prudentiam, qui id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes prouincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanent, præsertim quotiens fidei ratio mutilatur, arbitror omnes fratres & coëpiscopos nostros, nõ nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris autorem referre debere, velut nũc retulit vestra dilectio, quod per totũ mundũ possit ecclesiis omnibus in cõmune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inuentores malorum ad duplicis relationem synodi sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione seiunctos. Gemino igitur bono charitas vestra fungetur, nam & canonum potiemini gratia seruatorum, & beneficio vestro totus orbis tutabitur. Quis enim catholicorum cum aduersariis
B Christi velit vlterius miscere sermonem? Quis saltem ipsam vitæ lucem communione partiri? nouæ hæreseos nimirum fugiantur autores. Quid enim acerbius in dominum fingere potuerunt, quàm cum adiutoria diuina cassarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere, Cur mihi opus deo? Merito in hos Dauid hymnum dicit: Ecce homines qui non posuerunt deum adiutorem sibi. Negantes ergo auxilium dei, inquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata sola tantummodo libertate contendat. O prauissimarum mentium peruersa doctrina: aduertat id tandem quod primum hominem ita libertas ista decepit, vt dum indulgentius frenis vtitur eius, in præuari-
C cationis præsumptione concideret: Neque ex hac potuit erui, nisi prouidentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentus. Audiat Dauid dicentem: Adiutorium nostrum in nomine domini. &, Adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Quæ incassum dixerit, si tantum in eius erat positum voluntate, quod à domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cúmque in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ nõ nisi adiutorium dei legamus esse nectendum, eámque nihil posse cœlestibus præsidiis destitutam, quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter (vt asseritis) defendentes, sibimet, imò quod est dignius dolori communi, plurimis Pelagius Cœlestiúsque persuadent? Multipharii equidem ad instruendum tale magisterium vti possemus exemplis, nisi sciremus & sanctitatem vestram ad plenum scripturas
D omnes scire, intelligere, callere, diuinas præsertim, cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta, vt his solis valeat præsens dogma rescindi, opúsque non esse recognitis, cum his quæ facile vobis occurrentia posuistis, nec audeant obuiare, nec possint. Ergo dei gratiam conantur auferre, quam necesse est erga institutam status pristini libertatem quæramus, quippe nec aliàs diaboli machinas, nisi eadem possumus iuuante vitare. Illud vero quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmiis absque baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc in eis
E sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismũ velle cassare, cum prædicant hos id gratiæ habere quod in eis credunt non nisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renasci, fateantur necesse est nec regenerationis sacra fluenta prodesse. Verum vt superfluorum hominum praua doctrina celeri veritatis possit ratione distingui, proclamat dominus in Euangelio dicens: Sinite infantes, & nolite eos prohibere venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Quare Pelagium Cœlestiúmque, id est, inuentores vocum nouarum, quæ (sicut dixit Apostolus) ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consuerunt parare quæstiones, ecclesiastica communione priuari apostolici vigoris autoritate censemus, donec resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum
F ipsius voluntatem, eósque interim dominico ouili non recipi, quoad ipsi peruersæ viæ secuti tramitem deserere voluerint. Abscindendi sunt enim qui vos conturbant, & volunt euangelium Christi perdere. Simul autem præcipimus, vt quicunque ad id pertinentia similiter defensare nituntur,& par eos vindicta constringat. Non solum enim qui faciunt, sed etiã qui consentiunt facientibus, digni sunt morte: quia nõ multum interesse arbitror inter committentis animum & consentientis fauorem. Addo & amplius, plerunq; dediscit errare, cui nemo consentit. Hæc igitur fratres charissimi in supradicta maneat fixa sententia, absint atriis domini, careant duntaxat custodia pastorali, ne duarum ouium dira cõtagia serpant forsitan per vulgus incautum, rapaciq; lupus corde lætetur intra ouile domini, cum per tantas ouium fusas cateruas, dum à custodibus dissimulatur, habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo ne permittendo lupum mercenarij magis quàm pastores videamur esse. Iubemus sanè, G
quia Christus dominus noster propria voce signauit, nolle se mortem morientis, sed tãtum
reuertatur & viuat, vt si vnquam ad sanum de proposito praui dogmatis errore resipuerint,
damnauerintq; ea quorum seipsos præuaricatione damnauerunt, eis medicinã solitam, id est,
receptaculum suum ab ecclesia non negari, ne dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere
extra ouile remanentes & expectantes, hostis rapidi faucibus glutiantur, quas in semetipsos
spiculis malæ disputationis armarunt, Bene valete fratres. Data sexto Calend. Febru. Honorio & Constantio consulibus.

H

EPISTOLA FAMILIARIS QVINque Episcoporum ad Innocentium Papam de Pelagio hæretico, & suæ opinionis assertoribus.

DOMINO beatissimo meritoq; honoratissimo fratri Innocentio papæ Aurelius, Alipius, Augustinus, Euodius, & Possidius, in domino salutem. De conciliis duobus prouinciæ Carthaginensis atque Numidiæ ad tuam sanctitatem à non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus, cótra inimicos gratiæ Christi qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodãmodo dicunt, tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus: qui naturã humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem, ideo saluam, vt iudicẽt superfluum saluatorem. Tantũ enim dicunt valẽtem vt suis viribus semel in origine suæ creationis acceptis possint per liberũ arbitrium, nihil vlterius adiuuãte illius gratia qui creauit, domare & extinguere omnes cupiditates, tẽtationesq; superare. Multi eorum insurgunt aduersum nos & dicũt animæ nostræ, nõ est salus illi in deo eius. Familia Christi quæ dicit, Quãdo K
infirmor tunc fortis sum: & cui dicit dominus eius, Salus tua ego sum: suspenso corde cũ timore & tremore adiutoriũ dei etiam per charitatẽ tuæ veneratiõnis expectat. Audiuimus enim esse in vrbe Roma, vbi ille diu vixit, nõnulos qui diuersis causis ei faueant. Quidam scilicet qui nobis talia persuasisse perhibẽtur, plures vero qui eum talia sentire non credunt, præsertim quia in oriente vbi degit gesta ecclesiastica facta esse credendũ est, nisi quibus putatur esse purgatus: vbi quidã si episcopi eum catholicũ pronunciarunt, nõ ob aliud factum esse credendum est, nisi quia dixit se dei gratiam confiteri, & ait, posse hominem suo labore ac voluntate iuste viuere, vt ad hoc adiuuari dei gratia nõ negaret. His enim auditis verbis catholici antistites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris dei legere L
& populis dei prædicare consueruntẽ eam vtiq; de qua dicit Apostolus. Non irritã facio gratiam dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, nõ qua creati sumus ea propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illũ dicere gratiam quã etiam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus, negari vero eam qua Christiani & filij dei sumus, quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices qui ecclesiastica consuetudine gratiæ nomen audierunt, nescientes quid huiusmodi homines vel suæ doctrinæ libris, vel suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio, quia fortasse correctus est (quod vtinam ita sit) sed de M
tam multis quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas velut coniunctas trahentibus, firmas autem & in fide stabiles ipsa cõtentione fatigantibus, vsquequaque iam plena sunt omnia. Aut ergo à tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, quam fateatur, si tamen iam fatetur non ad peccandum, sed iuste viuendum homines adiuuari, aut hoc ipsum cum eo per literas agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica & Apostolica veritas, tunc sine vllo scrupulo ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis illius absoluendus est, tunc est reuera de eius purgatione gaudendum. Siue enim dixerit gratiam esse liberum arbitrium, siue gratiam esse remissionem peccatorum, siue gratiam esse legis præceptum, nihil eorũ

dicit

A dicit quod per ministrationem spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationésque vincendas, quem ditissime effudit super nos, qui ascendit in cœlum, & captiuauit captiuitatem, deditque dona hominibus. Hinc enim oramus vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spiritus dei (vnde pignus accepimus) adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat, & dicit, ne nos inferas in tentationem, non vtique id orat vt homo sit quod est natus: neque orat id quod habeat liberum arbitrium, quia iam accepit cum crearetur ipsa natura: neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur, dimitte nobis debita nostra: neque orat vt accipiat mandatum, sed planè orat vt faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit vtique peccatum quod est contra
B mandatum. Orat igitur vt non peccet, hoc est, vt ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat Apostolus dicens: Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali. Vnde satis apparet quod non ad peccandum, id est, non ad malefaciendum: quanuis esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen eius potestas nõ sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas. Ipsa igitur oratio clarissima testificatio est, hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus siue rectũ siue correctum. Distinguenda est lex & gratia: lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet, nisi esset volũtas: nec gratia iuuaret, si satis esset voluntas. Iubetur vt habeatur intellectus, vbi dicitur: Nolite esse sicut mulus & equus, quibus non est intellectus: & tamẽ oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Iubetur vt habeamus sa-
C pientiam, vbi dicitur: Stulti aliquãdo sapite: & tamen oratur vt sapientiã habeamus, vbi dicitur: Si quis autem vestrum indiget sapientia postulet à deo qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei. Iubetur vt habeamus cõtinentiam, vbi dicitur: Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset hoc donũ, adij dominum & deprecatus sum illum. Postremo ne nimiũ longum sit cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus malũ, vbi dicitur: Declina à malo: & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali. Iubemur vt faciamus bonum, vbi dicitur: Declina à malo & fac bonum: & tamen oratur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes: atq; inter cætera quæ illis orat dicit,
D vt ambuletis digne deo in omne beneplacitum, in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatẽ cum hæc præcipiũtur, sic & ipse agnoscat gratiã cum petuntur. Misimus reuerẽtiæ tuæ librũ quem dederũt religiosi & honesti adolescentes serui dei, quorũ etiam nomina nõ tacemus, nã Thimasius & Iacobus vocãtur: qui, sicut audimus, & etiã nosse digna-
ris, ipsius Pelagij exhortatione spem quã habebant in seculo reliquerunt, & nunc cõtinentes deo seruiunt. Qui cum errore eodem aliquando per qualemcunq; operam nostram domino inspirante caruissent, pertulerunt eundẽ librum, Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur impendio rogauerunt. Factum est ad eosdem dum rescripta est ipsa responsio, agentes gratias rescripserunt: vtrunque misimus, & cui responsum, & quod responsum est. Et ne nimium
E essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi petimus inspicere non graueris, quemadmodum sibi obiecta quæstione quod gratiam dei negaret, ita respondit, vt eam esse non diceret, nisi naturam in qua nos condidit deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non cõtendimus, anathematizet illa, & eam cõfiteatur apertissime gratiam quã doctrina Christiana demonstrat, & prędicat esse propriam Christianorum, quæ non est natura, sed qua saluatur. Quæ natura non auribus doctrina sonante vel aliquo adiumento visibili fouetur, sicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus, & occulta misericordia, sicut ille facit qui dat incrementum deus. Si enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia dei qua creati sumus, vt nonnihil essemus, nec ita essemus aliud,
F aut cadauer quod non viuit, aut arbor quæ non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines, qui vt essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tantum beneficio creatori nostro gratias agere valeamus: vnde & meritò gratia ista dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate dei donata est: alia est tamen qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, vt dicere possimus, si deus pro nobis, quis contra nos? qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his quos Pelagius grauiter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad facienda, verumetiam ad perficienda mandata diuina per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc Apostolica doctrina gratiam non immeritò

ſ isto

Universidad de Deusto
Biblioteca

isto nomine appellat, qua ſaluamur, & iuſtificamur ex fide Chriſti: de hac ſcriptum eſt,Non G
irritam facio gratiam dei, nam ſi per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. De
hac ſcriptum eſt: Euacuati eſtis à Chriſto,qui in lege iuſtificamini à gratia excidiſtis. De hac
ſcriptum eſt:Si autem gratia iam non ex operibus,alioquin gratia iam non eſt gratia.De hac
ſcriptum eſt:Ei autem qui non operatur,credenti autem in eum qui iuſtificat impium, depu-
tatur fides eius ad iuſtitiam: ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiã,
ſed ſecundum debitum.Et multa alia quæ melius potes ipſe meminiſſe & intelligere prudẽ-
tius & illuſtrius prædicare.Illam vero gratiam qua creati ſumus homines,etiam ſi illam ap-
pellandam non immeritò intelligimus,mirum eſt tamen,ſi ita appellatam in vllius legitimis
propheticis, euangelicis, apoſtolicisq; literis legimus. Cum itaque de hac gratia à Chriſtia- H
nis fidelibus catholicisq; nouiſſima illi obiiceretur quæſtio,vt eam oppugnare deſineret,quid
eſt quod cum hæc ſibi in libro ſuo,velut aduerſante perſona,idem ipſe obieciſſet, vt ſe reſpõ-
dendo purgaret,nihil aliud reſpondit,niſi naturam creati hominis referre gratiam creato-
ris,atq; ſe ita dicere ſine peccato impleri poſſe iuſtitiã per lib.arb.cum adiutorio diuinæ gra-
tiæ,quod deus hoc dederit homini ipſa poſſibilitate naturæ.Cui meritò reſpondetur: Ergo e-
uacuatum eſt ſcandalum crucis,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.Nõ enim ſi non moreretur
propter delicta noſtra,& reſurgeret propter iuſtificationẽ noſtram, nec aſcẽdiſſet in altũ, &
captiuans captiuitatẽ daret dona hominibus,iſta naturæ poſſibilitas quã defendit, nõ eſſet in
hominibus.An fortè dei mandatũ deerat,& ideo Chriſtus mortuus eſt? Imò etiã & hoc erat I
ſanctũ & iuſtum & bonũ.Iam dictum fuerat,nõ concupiſces:iam dictum fuerat, diliges proxi
mum tuũ ſicut teipſum.In quo ſermone apoſtolus omnẽ legem dicit impleri.Et quoniam niſi
diligat deũ,nemo diligit ſeipſum,ideoq; dominus in his duobus præceptis totam legem dixit
prophetasq; impleri. Quæ duo præcepta iam erãt hominibus diuinitus data, at æternũ præ-
mium iuſtitiæ promiſſum nondũ erat.Hoc ipſe nõ dicit,qui in ſuis literis poſuit,etiã in veteri
teſtamento regnũ cœlorum eſſe promiſſum. Si ergo ad faciendã perficiendãq; iuſtitiã iam e-
rat naturæ poſſibilitas per lib.arb.iam erat legis dei ſanctũ, iuſtum, benignumq; mandatum,
iam erat promiſſum præmium ſempiternum.Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Ergo neque
per legem iuſtitia,neque per naturæ poſſibilitatem,ſed ex fide ac dono dei per Ieſum Chriſtũ K
dominum noſtrũ vnum mediatorem dei & hominum.Ex quo enim per vnum hominẽ pec-
catum intrauit in mundũ,& per peccatum mors,& ita in omnes homines pertranſiit, in quo
omnes peccauerunt,proculdubio à corpore mortis huius,vbi lex alia repugnat legi mentis,
neminẽ liberauit aut liberat ſuæ poſſibilitas naturæ, quæ perdita redẽptore indiget, ſauciata
ſaluatore,ſed gratia dei per fidẽ vnius hominis mediatoris dei & hominũ,hominis Ieſu Chri
ſti,qui & deus cum eſſet,hominẽ fecit,& manens deus, homo factus, refecit ipſe quod fecit.
Puto autem quod nõ lateat fides Chriſti, quæ poſtea in reuelationem venit in occultis fuiſſe
temporibus patrum noſtrorũ,per quam tamen etiã ipſa dei gratia liberati ſunt,quicunq; om-
nibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto dei iudicio,non tamen vitupe-
rabili.Vnde dicit Apoſtolus: Habentes autem eundem ſpiritũ fidei,vtiq; eundem quem & il- L
li ſecundũ quod ſcriptũ eſt,Credidi propter quod locutus ſum,& nos credimus,propter quod
& loquimur.Inde eſt quod ait ipſe mediator: Abraham cõcupiuit videre diem meũ, vidit &
gauiſus eſt.Inde prolato ſacramẽto Melchiſedech menſæ dominicæ,nouit æternũ eius ſacer-
dotium figurare.Iam vero data in literis lege quam dicit apoſtolus ſubintraſſe, vt abundaret
delictũ,& de qua dicit,ſi ex lege hæreditas,iam nõ ex promiſſione, Abrahæ antè per repro-
miſſionem donauit deus.Quid igitur lex?tranſgreſſionis gratia poſita eſt, donec veniret ſe-
men cui promiſſum eſt,diſpoſitũ per angelos in manu mediatoris.Mediator autem vnius nõ
eſt,deus autem vnus eſt.Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit.Si enim data eſſet lex quæ poſ M
ſet iuſtificare,omnino ex lege eſſet iuſtitia: ſed concluſit,ſcriptura dicente, omnia ſub pecca-
cato,vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.Nonne ſatis oſtenditur hoc actum
eſſe per legem,vt peccatum cognoſceretur & prævaricatione augeretur? Vbi enim lex nõ eſt
nec prævaricatio:& ſic aduerſus victoriam peccati ad diuinam gratiam quę in promiſſioni-
bus eſt,cõfugeretur,atq; ita lex nõ eſſet aduerſus promiſſa dei, quia ideo per illam fit cogni-
tio peccati,& ex prævaricatione legis abundantia peccati, vt ad liberationem quærãtur pro-
miſſiones dei, quod eſt gratia dei,& incipiat eſſe in homine iuſtitia,non ſua, ſed dei, hoc eſt,
data dono dei. Quam etiam nunc quidam ſicut & tunc de Iudæis dictum eſt, ignorantes dei
iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti: per legem quippe
& illi

A & illi iuſtificari ſe arbitrantur, ſufficiente ſibi ad eandem cuſtodiendam libero arbitrio, hoc
eſt, iuſtitia ſua prolata ex natura humana, nõ donata ex gratia diuina, ꝓpter quod iuſtitia dei
dicitur. Vnde ſcriptum eſt: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſtitia
dei manifeſtata eſt,teſtificata per legem & prophetas.Cum dicit manifeſtata eſt, oſtẽdit quia
& tunc erat,ſed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit,tunc velut in vellere occulta,
nunc autem velut in area manifeſta.Cum ergo lex ſine gratia,non mors peccati potuiſſet eſ-
ſe,ſed virtus:ſic enim dictum eſt: Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex: ſicut
confugiunt multi à facie repugnantis peccati ad gratiam velut in aream nunc patentem, ita
B pauci ad eam confugiebant,velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum diſtributio
refertur ad altitudinem diuitiarum ſapientiæ,& ſcientiæ dei,de qua dictũ eſt: Quàm inſcru-
tabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.Quapropter ſi ante tempus legis,& tempo-
re ipſo legis iuſtos patres ex fide viuentes,nõ poſſibilitas naturæ infirmę & indignæ ac vitia-
tæ,& ſub peccato venũdatæ,ſed dei gratia per fidẽ iuſtificabat, & nunc eadem in apertũ iam
veniens reuelata iuſtificat.Anathematizet ergo Pelagius ſcripta ſua, vbi cõtra eam, etſi non
per contumaciam,tamen ignorantiam diſputat, poſſibilitatem defendendo naturæ, ad vin-
cenda peccata & implenda mandata:aut ſi ea ſua eſſe negat,aut ſcriptis ſuis,aut inimicis ſuis
dicit immiſſa quæ ſua eſſe negat, anathematizet ea & dãnet paterna exhortatione & autori-
tate ſanctimoniæ tuæ. Si ergo vult, oneroſum ſibi & pernicioſum diſcat eccleſiæ ſcandalum
C auferre,quod ſcandalũ auditores & in peruerſum dilectores eius vſq; quaq; ſpargere nõ quie-
ſcunt.Si enim cognouerint eundẽ librum quẽ illius vel putant eſſe, vel norunt epiſcoporũ ca
tholicorum autoritate & maxime ſanctitatis tuæ quẽ apnd eum eſſe maioris póderis minime
dubitamus,ab eodẽ eſſe ipſo anathematizatũ atq; damnatum, nõ eos vlterius æſtimamus au-
ſuros loquẽdo contra gratiam dei quæ reuelata eſt per paſſionem & reſurrectionem Chriſti,
nec pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana turbare, ſed potius adiuuante miſericordia dei
certantibus nobiſcũ pietate & charitate flagrãtibus etiã orationibus tuis,non ſolũ vt in æter-
num beati,verũetiam iuſti & ſancti ſint, non in ſua virtute, ſed in eadem gratia confiſuros:
vnde & ad ipſum ſcriptam ab vno homine epiſtolam, ad quem per quendam orientalẽ dia-
conum,ciuem autẽ Hipponienſem, tanquã purgationis fieri quædam ſcripta tranſmiſit, tuæ
D beatitudini potius credidimus dirigenda,melius iudicantes, & petentes vt eam ei mittere ip
ſe digneris,ſic enim eam legere potius nõ dedignabitur, magis in illa eum qui miſit, quàm
qui ſcripſit attendens.Illud vero quod dicunt poſſe hominem eſſe ſine peccato, & mandata
dei facile cuſtodire ſi velit,quanuis cum hoc per adiutorium dei gratiæ,quæ tamen per incar
nationem vnigeniti eius reuelata atque donata eſt,dicitur,tolerabilius dici videatur: tamen
quoniam meritò quęri poteſt,vbi & quando per eandem gratiam id efficiatur in nobis,vt ſi-
ne illo prorſus peccato ſimus,vtrum in hac vita quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,
an vero in illa,cum fiet ſermo qui ſcriptus eſt,vbi eſt mors victoria tua?vbi eſt mors aculeus
E tuus?aculeus enim mortis peccatum eſt,diligentius pertractandum,propter alios quoſdã qui
inique ſenſerunt,atq; in ſuis literis memoriæ mandauerunt, etiã in hac vita eſſe poſſe homi-
nem ſine peccato, non ab initio natiuitatis ſuæ, ſed conuerſione à peccatis ad iuſtitiam, & à
via reproba ad bonam vitam.Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Helizabeth ſcri-
ptum eſt,ambulaſſe eos in omnibus iuſtificationibus dei ſine querela.Hoc quod dictum eſt ſi-
ne querela, ſine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imò etiam quod aliis lo
cis in literis eorum inuenitur, pie confitentes adiutorium gratiæ domini noſtri non per na-
turalem ſpiritum hominis, ſed per principalem ſpiritum dei.Qui parum videntur cõſideraſ
ſe ipſum Zazhariam fuiſſe etiam ſacerdotem. Omnes autem tunc ſacerdotes neceſſe habe-
F bant ex lege dei primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium,deinde pro populo. Sicut ergo
nunc per orationis ſacrificium conuincimur non eſſe ſine peccato, quoniam iuſſi ſumus di-
cere, Dimitte nobis debita noſtra: ita & nunc per ſacrificia victimarum animalium conuin
cebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis iubebantur offerre. Quod ſi
res ita ſe habet,vt per gratiam ſaluatoris proficiamus quidem in hac vita deficiente cupidi-
tate, charitate creſcente, perficiamur autem in illa vita cupiditate extincta,charitate cõple-
ta,profecto illud quod ſcriptum eſt,Qui natus eſt ex deo non peccat, ſecundum illam chari-
tatem dictum eſt, quæ ſola non peccat:ad natiuitatẽ quippe quæ ex deo eſt, augenda & perfi-
cienda charitas pertinet,nõ ea quæ minuenda eſt & conſumẽda cupiditas,quæ tamen quãdiu
eſt in membris noſtris,lege quadã ſua repugnat legi mentis: ſed natus ex deo, nec obediens

Universidad de Deusto
Biblioteca

desideriis eius,nec exhibens membra sua arma iniquitatis, peccato potest dicere, Iam nõ ego G
operor illud,sed id quod habitat in me peccatum. Sed quomodo se habeat ista quæstio, quia
etsi non inuenitur homo in hac vita sine peccato,id tamen dicitur posse fieri per adiutorium
gratiæ & spiritus dei,quod vt fiat conandum atq; poscendum est. Tolerabiliter in hoc quisq;
fallitur,nec diabolica impietas,sed error humanus est elaboranda & optanda affirmare, etiã
si quod affirmat,non possit ostendere.Id enim credit fieri posse,quod certe laudabile est vel-
le. Nobis autem sufficit quod nullus in ecclesia dei fidelium reperitur in quolibet profectu
excellenti atque iustitia, qui audeat dicere sibi non necessariam precationem orationis do-
minicæ, dimitte nobis debita nostra, & dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, H
& in eo veritas non sit,quanuis iam sine querela viuat. Non enim qualescunque, etiam ten-
tationes humanæ, sed graue peccatum est quod in querelam venit. Det veniam tua sanctitas,si prolixiorem epistolam fortassis quàm velles tuæ misimus sanctitati.Non enim riuulum
nostrum tuo largo fonti augẽdo refundim°, verumetiam noster,licet exiguus,ex eodem quo
etiam tuus abundans emanat capite fluentorum: hoc aperte probare volumus tuis rescriptis
de communi participatione vnius gratiæ consolari.

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE 1
de Pelagio hæretico.

INnocentius Aurelio,Alipio,Augustino,Euodio, Passidio Episcopis salutem.Fraternitatis vestræ literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ vigore firmatas,à vobis missas & conciliis vestris per fratrem & coëpiscopum nostrum Iulium,pergrato suscepimus animo,quod earũ tenor omnisq; contexio in cõsideratione quotidianæ gratiæ dei, & in eorũ correctione qui cõtrà sentiunt,integra ratione consistit, & vt illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato quouis nostræ legis K
exemplo,quẽ sequi debeãt dignũ possit præbere doctorem. Sed de his vt arbitror iam satis suprà diximus.Sed subinde cõtra eos subuenit,& suppeditat quod dicatur,nec potest aliquando deesse quod vincat, cum tam miserũ impiumq; sit quod nostræ virtute fidei & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempsit,inimica damnabilitq; cor suum disputatione confundens, cum credit nihil esse quod à deo accipiat,nec aliquid superesse quod petat ad sanãdum: sed qui sibi hoc abstulit,vlterius quid reliquit?Si ergo sunt aliqui,quos in sui defensionem peruersitas tanta defixit,qui huic se dogmati dedant atq; coniungant,sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinã, quod abhorrens longius & penitus approbatur aduersum,infecti illorum & monitis & verbis vt ha- L
berentur inducti,quatenus ad rectum vitæ tramitem redeant, festinabunt, ne diutius mentem obsidens,velut pestis eorum sensibus error inuadat. Nam si Pelagius quocunque restitit loco,eorum animos qui facile vel simpliciter crederent, disputandi hac affirmatione decepit,seu hic illi in vrbe sunt, quod nescientes nec manifestare possumus, nec negare cum & si sunt lateant,nec aliquando audeant vel illum prædicantem ista defendere,vel talia aliquo nostrorum presente iactare,& in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile nec alicubi possit agnosci,siue in quouis terrarum loco degãt dei nostri misericordia gratiaq; credimus quod facile corrigantur,audita eius damnatione qui fuerit pertinax, & resistens huius dogmatis autor inuentus,non interest,vbi isti fuerint,dum vbicunq; inueniri potuerint, sunt sa- M
nandi: nobis tamen nec suaderi potest eum esse purgatum, quanuis ad nos à nescio quibus laicis sint gesta perlata,quibus ille & auditum se crederet,& absolutum.Quę vtrum vera sint dubitamus,quod sub nulla illius concilij executione venerunt,nec eorum aliquas accepimus de hac re literas,apud quos istius rei præstitit causas.Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere,hoc magis credimus quod egisset,quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis qui diiudicauerant iudicare: verum cum sint aliqua in ipsis posita gestis quæ obiecta partim mussitando ille suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis, quàm vera ratione vt ad tempus videre poterat,purgauit,alia negando,alia falsa interpretatione vertendo.Sed vtinam, quod magis optandum

A optandum est,etiam ille se ad veram catholicæ fidei viam ab illo sui tramitis errore conuertat,vt cupiat velitq; purgari,considerans quotidianam dei gratiam adiutoriumq; cognoscẽs, vt videatur verum,& approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum iudicio,sed ad catholicam fidem corde conuerso.Vnde nõ possum illorum nec approbare nec culpare iudicium,cum nesciamus vtrum vera sint gesta, aut si vera sunt, illum subterfugisse constet magis quàm se in tota virtute purgasse. Qui si confidit,nouitq; non omni dignũ esse indignatione quod dicat,aut iam hoc totum se refutasse quod dixerat, non à nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare,vt possit absolui.Nam si adhuc taliter sentit,quando se nostro iudicio quibusuis acceptis literis cum sciat damnandum se esse committet? Quod si accer-
B sendus esset ab his melius fieret qui magis proximi & non longo terrarum spatio videntur esse disiuncti.Sed non deerit cura si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ senserat,ac datis literis erroris sui,vt regressum ad nos decet veniam postulare fratres charissimi.Librum sanè qui eius esse dicebatur,nobis à vestra charitate transmissum euoluimus,in quo multa blasphema erant, nihil quod placeret,nihil quod penitus non displiceret, à quouis damnandum atque calcandum,cuius similia nisi qui ista scripserat, nemo alter in mẽtem reciperet atq; sentiret.Nam hoc loco de lege latius disputare velut coram posito repugnantiq; Pelagio,necessarium esse non duximus,cum vobiscum totam rem scientibus,pariq; nobiscum assensione gaudentibus,colloquamur.Tunc enim melius hæc exempla ponun-
C tur,quando cum his quos harum constat rerum prudentes esse tractamus. Nam de naturæ possibilitate,ac de libero arbitrio,& de omni dei gratia,& quotidiana gratia,cui non sit recte sentienti vberrimũ disputare? Anathematizet ergo ista quæ sensit,vt illi qui eius sermonibus fuerant præceptisq; collapsi,quid tandem habeat fides vera cognoscant.Facilius enim reuocari poterunt,cum ista à suo senserint autore damnari.Quod si ille pertinaci in hac voluerit impietate persistere,est agendum quatenus vel his possit subueniri, quos non suus sed huius magis error induxit,ne & illis hæc medicina pereat,cuius iste talem non admittit,nec postulat curam.Deus vos custodiat incolumes fratres charissimi.Data VI.Calend.Februarij.

D

COELESTINI PAPAE DECRETA.

E DIlectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archadio,Sillucio, & cæteris Galliarum episcopis Cœlestinus. Apostolici verba præcepti sunt, apud Iudæos atque gentiles sine offensione nos esse debere: hoc quisquis Christianus est,tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit,non parum periculi illi manere poterit ante dominum,qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos qui neminem perire volumus, ista contristent quæ autoribus Christianis percellunt animos Christianos,dominicus in euãgelio sermo testatur: ait enim ipse saluator,quod expediat scandalizanti vnũ de pusillis,in maris profundum demergi. Ideo quæ sit iam eius pœna quæramus,cui tale supplicium legimus expedire.

1 Filij nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa dominum nostrum sollicitudo laudanda est,tantum nescio quibus presbyteris,illic licere qui dissensioni ecclesiarum studeant,sunt apud nos prosecuti,vt indisciplinatas quæstiones vocantes in medium,pertinaciter
F eos dicant prædicare aduersantia veritati.Sed vestræ dilectioni iustius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi.Legimus super magistrum non esse discipulum, hoc est,non sibi debere quenquam ad iniuriam doctorum vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos à deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit docente Apostolo eis tertius locus intra ecclesiam deputandus.Quid illic speciei est vbi magistris tacentibus hi loquuntur?qui, si ita est,eorum discipuli non fuerunt.Timeo ne conniuere sit hoc tacere:timeo ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis taliter loqui.In talibus causis nõ caret suspicione taciturnitas,quia occurreret veritas,si falsitas displiceret.Meritò nanque causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit his liberum habere pro voluntate sermonem: desinat si ita res sunt incessere nouitas vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio emergere, quos intra portum stantes statio

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia nō mo- G
uentur. Recurrerunt ad apoſtolicam prædicti ſedem, hæc ipſa nobis quæ tentat perturbatio
conquerentes. Habete fratres chariſſimi pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant ſe, ſi ta-
men cenſeantur presbyterij dignitate, vobis eſſe ſubiectos. Sciant omnes qui male docent,
quod ſibi diſcere magis ac magis competat quàm docere. Nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi
illi ſummam teneant prædicandi? Niſi fortè illud obſiſtat quod non autoritate, non adhuc ra
tione colligitur, vt aliqui è fratrum numero nuper de laicorum conſortio in collegium no-
ſtrum fortaſſis admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vendicare. Super his multa iam dicta ſunt
eo tempore quo ad fratris tuendi dedimus ſcripta reſponſum, nunc tamen repetentes ſæpius
admonemus, vetentur huiuſmodi qui laborant per terras aliud quàm ille noſter iuſſit agrico H
la ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui ni
tuntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

2 Auguſtinum ſanctæ recordationis virum, quem pro vita ſua atque meritis in noſtra cō-
munione ſemper habuimus, nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit,
quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros optimos etiam antè à meis
ſemper prædeceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpote
qui vbique cunctis & amori fuerit & honori: vnde reſiſtatur talibus quos male creſcere vi-
demus: nephas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, I
nos quoq; conuenit macerari: quanuis maneat hos beatitudo promiſſa, quicunque probantur
perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere, quibus quid promittat dominus in futurū ſequens
ſermo declarat. Non eſt agentium cauſa ſolarum, vniuerſalis eccleſia quacunque nouitate
pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis quæ nobis non placent diſplicere. Quod ita demū pro-
bare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio de tali re impoſtorum querela ceſſabit. Domi-
nus incolumes vos cuſtodiat fratres chariſſimi.

3 Quia nonnulli catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum ſenſibus ſeu pra-
uitate ſiue imperitia demorantes, piiſſimis diſputationibus obuiare præſumunt. Et cum Pe-
lagium atque Cœleſtium anathematizare non dubitent, magiſtris tamen veſtris tanquam
neceſſarium modum exceſſerint obloquuntur, eáque tantummodo ſequi & probare profi- K
tentur, quæ ſacratiſſima beati Apoſtoli ſedes contra inimicos gratiæ dei per miniſterium
præſulum ſuorum ſanxit & docuit. Neceſſarium igitur fuerit diligenter inquirere quid re-
ctores Romanæ eccleſiæ de hæreſi quæ eorum temporibus exorta fuerat iudicauerint, & cō-
tra nocentiſſimos liberi arbitrij defenſores, quid de gratia dei ſentiendum eſſe cenſuerint,
ita vt etiam Aphricanorum conciliorum quaſdam ſententias iungeremus, quas vtique ſuas
fecerunt apoſtolici antiſtites cum probarunt. Vt ergo plenius qui in aliquo dubitant, inſtru-
antur, conſtitutiones ſanctorum patrum compendioſo manifeſtemus indiculo. Quod ſi quis
non nimium eſt contentioſus, agnoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſub- L
ditarum autoritatum breuitate pendere, nullamq; ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi
cum catholicis credat & dicat.

4 In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſſibilitatem, & innocentiā perdi-
diſſe, & neminem de profundo illius ruinæ per liberū arbitrium poſſe conſurgere, niſi eū gra
tia dei miſerentis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Innocentio, atq; dicente in epiſtola
ad Carthaginenſe concilium. Liberū enim arbitrium ille perpeſſus dum ſuis incōſultius vti-
tur bonis, cadens in prȩuaricationis profunda demerſus eſt, & nihil quēadmodum exinde re-
ſurgere poſſet inuenit, ſuaq; in æternum libertate deceptus huius ruina latuiſſet oppreſſis, niſi
eum poſtea Chriſti per ſuam gratiam releuaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis puri-
ficationem omne præteriti peccati vitium ſui baptiſmatis lauacro purgauit. M

5 Neminem eſſe per ſemetipſum bonum, niſi participationem ſui ille donet qui ſolus eſt
bonus. Quod in eiſdem ſcriptis eiuſdem pontificis ſententia proteſtatur, dicens: Nunquid
nos de eorum poſt hæc rectum mentibus æſtimemus, qui ſibi ſe putant deberi quod boni
ſunt, nec illum conſiderant, cuius quotidie gratiam conſequuntur, qui ſine illo tantum ſe aſ
ſequi poſſe confidunt?

6 Neminem etiam baptiſmatis gratia renouatum idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli in-
ſidias, & ad euincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium dei perſeue
rantiam bonæ conuerſationis acceperit: quod eiūſdem antiſtitis in eiſdem paginis doctrina
confirmat dicens: Nam quanuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen ſciens
iterum

A iterum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrige-
re, multa ſeruauit, quotidiana præſtans illi remedia, quibus niſi freti confiſiq; nitamur, nulla-
tenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, vt quo auxiliante vincimus, eo
iterum non adiuuante vincamur.

7 Quod nemo niſi per gratiā libero bene vtatur arbitrio. Idē magiſter in epiſtola ad Mi-
leuitanum cōcilium data prædicat dicens: Aduerte tandem ô prauiſſimarū mentium peruer
ſa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentius frenis e-
ius vtitur, in præuaricationē præſumptionis incederet, nec ex hac potuit erui, niſi ei prouidē-
tia regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti domini reformaſſet aduentus.

B 8 Quod omnia ſtudia & omnia opera ac merita ſanctorum ad dei gratiam laudemq; refe-
renda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo quod ipſe donauerit. In quam nos ſenten-
tiam dirigit beatæ recordationis papæ Zozimi regularis autoritas, cum ſcribens ad totius or
bis epiſcopos ait: Nos autem inſtinctu dei (omnia enim bona ad autorē ſuum referēda ſunt
vnde naſcuntur) ad fratrum & coēpiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus.
Nunc autem ſermonem ſynceriſſimæ veritatis luce radiantem tanto Aphri epiſcopi honore
venerati ſunt, ita vt ad eundem virum reſcriberent. Illud vero quod in literis quas ad vni-
uerſas prouincias curaſti eſſe mittendas poſuiſti dicens, Nos tamen inſtinctu dei, &c. ſic acce-
pimus dictum, vt illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, di-
C ſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens amputares. Quid enim tam libero feciſtis ar-
bitrio, quàm quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſtis? & tamen inſtinctu
dei factum eſſe fideliter ſapienterq; vidiſtis, veraciter fideliterq; vt dixiſtis, ideo vtique quia
præparatur voluntas à domino, & vt boni aliquid agant paternis inſpirationibus ſuorum ip-
ſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei, vt nec noſtrum
deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis moribus ma-
gis illius valere non dubitemus auxilium.

9 Quod ita deus in cordibus hominum, atque in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta co
D gitatio, pium conſilium, omniſq; motus bonæ voluntatis ex deo ſit, quia per illum aliquid bo-
ni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit,
qui cum ad totius orbis epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quod ergo tē-
pus, ait, interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis cogitatio-
nibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt: ſuperbum eſt enim vt quicquam ſibi huma
na natura præſumat, clamante Apoſtolo: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem &
ſanguinem, ſed contra principes & poteſtates aëris huius, contra ſpiritualia nequitiæ in cœ-
leſtibus. Et ſicut ipſe iterum dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu
ius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et iterum: Gratia dei ſum id quod
ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed
E gratia dei mecum.

10 Illud etiam quod intra Carthaginenſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium
Apoſtolicæ ſedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, vt quicunque dixe
rit gratiam dei qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſſio-
nem peccatorum valere quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium vt non commit-
tantur, anathema ſit. Et iterum quarto capitulo ait, vt ſi quis dixerit gratiam dei per Ieſum
Chriſtum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reue-
latur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus quid appetere, & quid vitare debea-
mus, non autem per illam nobis præſtari, vt quid faciendum cognouimus etiam facere dili-
F gamus atque valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat Apoſtolus, ſcientia inflat, charitas ve-
ro ædificat, valde impium eſt vt credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Chriſti, &
ad eam quæ ædificat non habere, cum ſit vtrunque donum dei, & ſcire quid facere debeam⁹,
& diligere vt faciamus, vt ædificante charitate ſcientia nō poſſit inflare. Sicut autem de deo
ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam: ita ſcriptum eſt etiam, charitas ex deo eſt. Item
quinto capitulo, vt quiſquis dixerit ideo nobis gratiam iuſtificatiōis dari, vt quod facere per
liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam etſi gratia non
daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa diuina implere mandata, ana-
thema ſit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, vbi non ait, ſine me diffici-
lius poteſtis facere, ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 Præter eas autem batissimæ & Apostolicæ sedis inuiolabiles sanctiones, quibus nos piis- G
simi patres pestiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum,& in eis vsque in finem perseuerantiam, ad Christi gratiam referre docuerunt,obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus,quæ ab Apostolis tradita in toto mundo,atque in communi ecclesia catholica vniformiter celebrantur, vt legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione funguntur,apud diuinam clemẽtiam humani generis agunt causam, & tota secũ congemiscente ecclesia postulant & precãtur,vt infidelibus donetur fides,vt idololatræ ab impietatis suæ liberẽtur erroribus,vt ludæis ablato velamine lux veritatis appareat, vt hæ retici catholicæ fidei perceptione resipiscant,vt schismatici spiritum rediuiuæ charitatis ac- H
cipiant,vt lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, vt denique catechumenis ad regenerationis sacramenta productis, cœlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter à domino peti,rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni eorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis suæ,& ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ: quod adeò totum diuini operis esse sentitur,vt hæc efficiente deo,gratiarum semper actio laudisq; confessio,pro illuminatione talium vel correctione referatur.

12 Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter a- I
git,non otioso contemplamur intuitu,cum siue paruuli,siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius ad fontem vitæ adeunt quàm exorcismis & exuflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur,vt tunc vere appareat,quomodo princeps mundi huius mittat foras,& quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiantur in possessionem trãslata victoris,qui captiuam ducit captiuitatem,& dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis ex diuina sumptis autoritate documentis,ita adiuuante domino confortati sumus,vt omnium bonorum affectuum,atque operum, & omnium studiorum omniumq; virtutum,quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum fateamur autorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtique auxilio & munere dei non aufertur liberum arbitrium,sed K
liberatur,vt de tenebroso lucidum,de prauo rectum,de languido sanũ,de impudente sit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas dei,vt nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona,& pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus: agit quippe in nobis vt quod vult & velimus & agamus,nec otiosa in nobis esse patitur quæ exercenda non negligẽda donauit,vt & nos cooperatores simus gratiæ dei: ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere,ad illum sollicite recurramus qui sanat omnes languores nostros,& redimit de interitu vitam nostram,& cui quotidie dicimus,ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo.

13 Profundiores vero difficiliores q; partes occurrentium quæstionum quas latius pertrac- L
tarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere,quia ad confitendum gratiã dei,cuius operi ac dignationi penitus subtrahendum nõ est,satis sufficere credimus quicquid secundum prædictas regulas Apostolicæ sedis scripta docuerunt, vt prorsus non opinemur catholicum quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

A EPISTOLAE LEONIS
PAPAE PRIMI, ET DECRETA.

EPISTOLA PRIMA.

Maximo ac Paterno consulibus circa annum Christi (teste Cassiodoro) CCCCXLV. Secundum Ma- *al. Paterio
B rianum Scotum,ad ueritatem euangelij. CCCCLXIIII. Iuxta nero cyclum Dionysij CCCCXLII. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus quartus,scripta est ab eodem papa præsens epistola.

Capitulorum sequentis epistolæ tituli.

Vt nullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat. I
Vt quicunque ad sacerdotium, uel uiduarum mariti, uel habentes numerosa coniugia,promoti fuerint, ab ecclesiasticis officiis arceantur. II
C Quod usuras,non solum clerici exigere nõ debeant, sed nec laici. III
Vt clericus nec suo, nec alieno nomine fœnus exerceat. IIII
Vt,si quis sacerdotum contra interdicta fecerit, à suo submoueatur officio. V

CAPITVLVM I.

D LEO Episcopus vrbis Romæ, vniuersis episcopis per Campaniã,& Picenum,vel Tusciam,& per vniuersas prouincias constitutis,in domino salutem. Vt nobis gratulationem facit ecclesiarum status,salubri dis- Idem inepi. Damasi pa.
positione compositus, ita non leui nos mœrore contristat,quoties aliqua contra statuta canonum,ecclesiasticamq; disciplinam præsumpta, vel commissa cognoscimus,quæ si non,qua debemus vigilantia resecemus,illi, qui nos speculatores esse voluit,excusare non possumus, per- Ezech.3.d. 33.b
mittentes syncerum corpus ecclesiæ (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione fœdari, quum ipsa sibi membrorum per dissimilationem compago non congruat. Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus Dist.54.Admittuntur.
nulla natalium,nulla morum dignitas suffragratur,& qui à dominis suis libertatem consequi minime potuerunt,ad fastigium sacerdotij, tanquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat,prouehuntur, & probari deo se posse creditur, qui domino suo necdum probare se po- *al.ministerium
E tuit. Duplex itaque in hac parte reatus est,quod & sacrum *mysterium talis consortij vilitate polluitur,& dominorum quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatem pertinet,iura solUuntur. Ab his itaq;,fratres charissimi,omnes vestræ prouinciæ abstineant sacerdotes,& non Ibidem.
tantum ab his, sed & ab aliis etiam,qui aut originali,aut alicui conditioni obligati sunt, votumus temperari,nisi fortè eorum petitio,aut voluntas accesserit,qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à castris dominicis,quibus nomen eius adscribitur,nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

2 Qualis vero vnicuiq; natalium honestas,& morum esse debeat,qui sacri altaris ministe- 1.Tim.3.a Leui.21.c
F rio est sociandus,& Apostolo nos docente,& diuina præceptione didicimus,& canonum regulis,à quibus plerosq; fratrum declinasse, & penitus deuiasse repperimus. Nam constat ad sacerdotium peruenisse viduarum maritos,quosdam etiam,quibus fuerint numerosa coniugia,& cum omni licentia vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permissos,contra illam beati Apostoli vocem,qua talibus exclamat,dicens: Vnius vxoris vi- 1.Timo.3.a Leui.21.c
rum. Et contra illud antiquæ legis præceptum,quo dicitur,& cauetur: Sacerdos virginẽ vxorem accipiat,non viduam,non repudiatam. Hos ergo,quicunq; tales admissi sunt,ab ecclesiasticis officiis,& à sacerdotali nomine,apostolicæ sedis autoritate iubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vendicare, cuius capaces, per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Huius discussionis curam nobis specialiter vendicantes,vt,si qua forsitan de his cõmissa

Universidad de Deusto
Biblioteca

missa sunt,corrigantur, ne liceat vltra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur,quanquam ignorare nunquàm licuerit sacerdotem,quod canonum fuerit regulis definitum.Hæc ergo ad prouincias vestras, per Innocentium, Legitimum, & Segetium fratres, & coëpiscopos nostros scripta direximus, vt quæ male pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, & messem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum vberem, quæ sunt syncera præstabunt,si ea,quæ natam segetem enecare consueuerunt,diligentius amputentur.

14.q.4.Nec hoc prætereundum

3 Nec hoc quoq; prætereundum esse duximus,quosdam,lucri turpis cupiditate captos,vsurariam exercere pecuniam,& fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos,qui sunt in clericali officio constituti,sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus.Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati,decernimus , vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Dist.46.Sicut non suo.

4 Illud etiam duximus præmonendum,vt sicut non suo,ita nec alieno nomine,aliquis clericorum exercere fœnus attentet.Indecens enim est,crimen suum commodis alienis impendere.Fœnus autem hoc solum aspicere,& exercere debemus,vt, quod hic misericorditer tribuimus , ab eo domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet , recipere valeamus.

5 Hoc itaq; admonitio nostra denunciat,quòd,si quis fratrum contra hæc constituta venerit,vel venire tentauerit,& prohibita fuerit ausus admittere, à suo se nouerit officio submouendum,nec eum communionis nostræ futurum esse consortem,qui socius esse noluit disciplinæ.Ne quid vero sit,quòd prætermissum à nobis,fortè credatur, omnia decretalia constituta,tam beatæ recordationis Innocentij,quàm omnium prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus,& canonum ordinata sunt disciplinis,ita vestram dilectionem custodire debere,mandamus,vt si quis *illa contempserit,veniam sibi deinceps nouerit denegari. Data sexto Idus Octob.Maximo & Paterno viris clarissimis consulibus.

Distin.19.Si Roma.pō. § quibus ad hæc.

*al.in illa commiserit

EPISTOLA II. EIVSDEM, AD EPISCOPOS PER Italiam,ꝙ plurimi Manichæorum vigilantia ipsius papæ Leonis in vrbe Roma detecti sunt.

Theodosio XVIII.*& Albino consulibus, circa annum Christi (teste Cassiodoro)* CCCCXLVI.*secundum Marianum Scotum,ad ueritatem euangelij* CCCCLXV.*Iuxta autem Dionysij cyclum* CCCCXLIII *qui fuit Leonis papæ pontificatus annus quintus,scripta est præsens epistola.*

SIN consortium vos nostræ solicitudinis,dilectissimi fratres,aduocamus, vt vigilantia pastorali , ne quid diabolicæ licere possit astutiæ commissis vobis gregibus diligentius consulatis,ne is,qui domini misericordia releuante per nostram curam à nostris ouibus morbus abiicitur,necdum vobis præmonitis,& adhuc quid agatur ignaris,perve strias se dispergat ecclesias,& suarum furtim cuniculos inueniat latebrarum,ne quod à nobis in vrbe extinguitur,tenebrosis apud vos radicibus seminetur.Plurimos impietatis Manichęę sequaces & doctores in vrbe inuestigatio nostra repperit, vigilantia diuulgauit, autoritas & censura coërcuit,quos potuimus emendare,correximus, & vt damnarent Manichæum cum prædicationibus & disciplinis suis,publica in ecclesia professione,& manus suæ subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos , pœnitentiam concedendo, leuauimus.Aliquanti vero,qui ita se demerserunt, vt *nullum his auxiliantis posset remedium subuenire,subditi legibus,secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia,quæ tam in scripturis, quàm in occultis traditionibus suis habent prophana, vel turpia, vt nosset populus, quid refugeret,aut vitaret , oculis Christianæ plebis certa manifestatione probauimus,adeò,vt ipse, qui eorum dicebatur episcopus, à nobis tentus, proderet flagitiosa, in suis mysticis quæ *teneret,sicut gestorum vos series potest edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus,quibus lectis,omnia, quæ à nobis deprehensa sunt, nosse poteritis.Et quia aliquantos de his,quos, ne absoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse,hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolythum nostrum, vt effecta certior sanctitas vestra,solicitius agere dignetur,& cautius, nec vbi Manichææ peruersitatis

*aliàs nullo his auxilijre medio possit subueniri

*al.teneret

A tatis homines plebes vestras facultatem lædendi , & huius sacrilegij possint inuenire doctores.Aliter enim nobis commissos regere non possumus,nisi hos,qui sunt perditores,& perditi,zelo fidei dominicę persequamur,& à sanis mentibus,ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus,abscindamus.Vnde hortor dilectionem vestram,obtestor, & moneo,vt qua debetis,& potestis, solicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, nec vbi occultandi se reperiant facultatem.Vt enim habebit à deo ingens remunerationis præmium,qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus , ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare,quicunque plebem suam, contra sacrilegæ persuasionis authores,noluerit custodire.Data tertio Calend.Februarij,Theodosio XVIII. & Albino VV. CC. Conss.

EPISTOLA EIVSDEM AD *IVLIANVM EPIscopum Aquileien.ꝙ omnis cuiuslibet ordinis clericus,qui catholicam deserens, hæreticæ communioni se miscuerit,& ad ecclesiam conuersus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promotione remaneat.

*al.Ianuarium

Calippio & Ardabure consulibus, circa annum Christi,teste Cassiodoro CCCCXLIX. *secundum autem Marianum Scotum,ad ueritatem euangelij* CCCCLXVIII.*iuxta uero Dionysij cyclum* CCCCXLVI *qui fuit pontificatus Leonis papæ annus octauus scripta fuit præsens epistola,similiter & sequens.*

*al. Alypio

EPISTOLA III.

DEO episcopus vrbis Romæ*Iuliano Aquileien.episcopo. Lectis fraternitatis tuæ literis,vigorem fidei tuæ, quem olim noueramus, agnouimus , congratulantes tibi,quòd ad custodiam gregum Christi , pastoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali sæuitia, simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant,sed etiam ea, quæ sunt sana corrumpant. Quod, ne viperea possit obtinere fallacia,dilectionem tuam duximus commonendam,insinuantes, ad animæ periculum pertinere , si quisquam de his, qui à nobis in hæreticorū atque schismaticorum sectam delapsus,& se vtcunque hæreticæ communionis contagione maculari,resipiscens,in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est , vt siue presbyteri, siue diaconi,aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt,atque ad catholicam fidem,quam iampridem amiserant, rursum reuerti ambiunt, prius errores suos, & ipsos autores errorum,damnari à se, sine ambiguitate fateantur, vt sensibus prauis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio,ne vllum membrum talium possit societate violari,quum per omnia illis professio propria cœperit obuiare.Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, vt in magno habeant beneficio,si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine , stabilitate perpetua maneant , si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non leuem apud deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promouendos ordines iudicarit.Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur incul patis,multo magis non debet licere suspectis . Proinde dilectio tua , cuius deuotione gaudemus,iungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam , vt circunspecte atq; velociter impleantur, quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter digesta sunt & salubriter ordinata.Non autem dubitet dilectio tua,nos,si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum,& pro fidei integritate decernimus, vehementius commouēdos, quia inferiorum ordinum culpæ,ad nullos magis referendæ sunt,quàm ad desides,negligentes rectores,qui multam sæpe nutriunt pestilentiam , dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Data pridie Calend.Iulij,Alypio & Ardabure VV. CC. Conss.

Matth.7.c

1.q.1.Si quis hæreticæ

1.q.7.Saluberrimum 1.q.1.Ois cuiuslibet. Et cap. Si quis hæreri. Et in decre. Iuo.lib.3.

Dist.87.Inferiora culpæ

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA QVARTA EIVSDEM

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Quod prohibeatur in die Epiphaniæ baptismum celebrari. Cap.I
Quod cuncta nobis per ordinem rerum, per incarnationem domini nostri salutis sacramenta digesta sunt. II
Quod in baptismo mors proueniat interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitetur trina demersio, & ab aquis eleuatio sit, uelut resurrectio de sepulchro. III
Quod beatus apostolus Petrus in die pentecostes uirorum tria milia baptizauerit. IIII
Quod hæc duo tempora, id est, pascha & pentecoste à Romanis pontificibus ad baptizandum præfixa sunt. V
Quod omni tempore, hi, qui necessitate mortis urgentur, id est, ægritudinis, obsidionis, persequutionis, naufragij, debeant baptizari. VI
Vt de Sicilia terni, semper annis singulis, de episcopis ad diem tertium Calendarum Octobrium, Romam sociandi synodo indissimulanter occurrant. VII

25.q.1. Diuinis præcep.

EO Episcopus vniuersis episcopis per Siciliam constitutis, in domino salutem. Diuinis præceptis, & apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu, ac, si quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium, celeri solicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur, vt periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis, quia negligenter pascens toties commendatum dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

Ioan.22.e

CAPITVLVM I.

Quum ergo mihi, de charitatis vestræ actibus fraterna affectione solicito, certis indiciis innotuerit, vos in eo, quod inter sacramenta ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita vt baptismi sacramentũ numerosius in die Epiphaniæ, quàm paschali tempore celebretis, miror vos, vel præcessores vestros tam irrationabilem nouitatem vsurpare potuisse, vt, confuso temporis vtriusq; mysterio, nullam esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus à Magis, & diem quo resurrexit à mortuis. Quã culpam nullo modo potuissetis incidere, si vnde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis, & beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. A cuius vos regulis recessisse, *minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua commonitionis nostræ increpatio præcessisset. Nunc autem quia nó desperatur correctio, mãsuetudo seruanda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdote excusatio, quæ prætendat inscientiam, maluimus tamen & censuram necessariam temperate, & ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

*al.minus posset æquanimiter

2 Semper quidem in æterno consilio dei mansit, humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum, per Iesum Christum dominum nostrum temporaliter gerendarum, in incarnatione verbi sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est, quo, annuncian te angelo, beata Maria fœcundandam se per spiritum sanctum credidit, & cõcepit, aliud, quo, salua integritate virginea, puer æditus, exultante gaudio cœlestium ministrorum pastoribus indicatur, aliud, quo infans circunciditur, aliud, quo hostia pro eo legalis offertur, aliud, quo tres Magi, claritate noui syderis incitati, in Bethleem ab Oriente perueniunt & adoratũ paruulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec idem sunt dies, quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in Aegyptum translatione, subtractus est, vel quibus ab Aegypto in Galilæam, persequutore mortuo, reuocatus est. Inter has autem dispensationum varietates, accedunt augmenta corporea, crescit dominus (sicut Euangelista testatur) profectibus ætatis & gratiæ. Per dies paschæ in templum Hierusalem cum parentibus venit, & quum abesset societate redeuntium, sedens cum senioribus, & inter admirantes magistros disputans inuenitur, rationemq;

Lucæ.1.d
Lucæ.2.a.b c.d
Matth.2.a
Matt.2.c.d
Lucæ.2.f.g

A rationemq; remansionis suæ reddens, quid est, inquit, quod me quærebatis? nesciebatis, quòd in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? significans, eius se esse filium, cuius esset & templum. Iam vero quum in annis maioribus apertius declarandus, baptismum præcursoris sui Ioannis expetiit, quid deitatis eius remansit ambiguum, quando, baptizato domino Iesu, spiritus sanctus in columbæ specie super eum descendit & mansit, audita de cœlis patris voce, dicentis: Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quæ omnia ideo, quanta potuimus breuitate, perstrinximus, vt notũ sit dilectioni vestræ, vniuersos dies Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramentorum mysteria coruscasse, sed aliter quæq; signis denunciari, aliter rebus impleri, nec quæcunq; numerantur in operis

Matth.3.d
Lucæ.3.e

B bus saluatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiam illa, quæ post beati Ioannis lauacrum, à domino gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum, quia spiritus sapientiæ, & intellectus, ita apostolos, & totius ecclesiæ eruditiuit magistros, vt in Christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendæ erant causæ solennitatum, & in omnibus institutis patrum, principúmque nostrorum rationabilis seruanda discretio, quia non aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet. Idipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.

1.Cor.1.b

C 3 Quanuis ergo & illa, quæ ad humilitatem, & illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in vnam concurrant, eandemq; personam, totumq; quicquid in illo, & virtutis diuinæ est, & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum, propriè tamen in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis nouam creaturam condit ex veteri, vt in renascentibus, & mors Christi operetur, & vita, dicente beato apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et cætera, quæ latius magister

De cõs.dist. 4. Proprie in morte Roma.6.a

D gentium, ad commendandum sacramentum baptismatis, disputauit, vt appareret ex huius doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum, & in dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum, in quo, per similitudinem, formamq; mysterij, ea *quærantur membris, quæ in ipso capite sunt gesta congruere, dum in baptismatis regula, & mors interuenit, interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis eleuatio, resurgentis ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet, celebrãdæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est, & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse dominus Iesus Christus, posteaquam resurrexit à mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, & formam,

*al.quæ gerunt in membris, his, quę in ipso sunt cap. gestacõ gruerent.

E & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De quo vtiq; eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi propriè voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic obseruantiæ, etiam pentecostes ex aduentu spiritus sancti consecrata solennitas, quæ de paschalis festi pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, vt hi, quos à die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij sui effectum dono spiritus sancti cõsequantur. Ipse enim vnigenitus dei in fide credentium, & in virtute operum nullam inter se & spiritum sanctum vo

Matth.28.d

*al.ad vos, vel ad eos

F luit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura, dicens: Ego rogabo patrem, & aliorum paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis. Et iterum: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vniuersa, quæcunque dixi vobis. Et iterum: Cum venerit ille spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Cum itaque veritas Christus sit, & spiritus veritatis, spiritus sanctus, nomenque paracleti vtrique proprium, non dissimile est festum, vbi vnum est sacramentum.

Ioan.14.b
Ioan.14.d
Ioan.16.c
Ioan.14.a
Ioan.19.c

4 Hoc autem nos, non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica autoritate seruare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in eo die, quo

De cõs.dist. 4. Proprie in morte

omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem credentiũ numerum,promissus spiritus sancti repleuit aduentus,trium milium *populum,sua prędicatione cõuersum, lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, quæ apostolorũ actus cõtinet,fideli historia docet,dicens:His auditis compuncti sunt corde, & dixere ad Petrũ,& ad reliquos apostolos.Quid faciemus,viri fratres:Petrus vero ait ad illos:Pœnitentiã,inquit,agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi,in remedium peccatorũ,& accipietis donũ spiritus sancti.Vobis enim repromissio est,& filiis vestris, & omnibus,qui longe sunt,quoscunq; aduocauerit dominus deus noster.Aliis etiã verbis plu ribus testificatus,exhortabatur eos,dicens:Saluamini à generatione ista praua.Qui ergo receperunt sermonem eius,baptizati sunt,& appositæ sunt in illa die animæ circiter tria milia.

*al.populorum

Acto.2.f

De cõs.dist. 4. Duo tempora.

§ Vnde quia manifestissime patet,baptizandis in ecclesia electis,hęc duo tẽpora (de quibus loquuti sumus) esse legitima,dilectionem vestram monemus,vt nullos alios dies huic obseruantiæ misceatis.

*al.mystica & rationabilis.

6 Quia,etsi sunt alia quoq; festa,quibus multa in honorem dei reuerentia debeatur,principalis tamen,& maximi sacramenti custodienda nobis est *mysticæ rationis exceptio, nõ interdicta licentia,qua in baptismo tribuendo quolibet tẽpore periclitantibus subuenitur.Ita eñ ad has duas festiuitates cõnexas sibimet,atq; cognatas incolumium,& in pacis securitate dementiũ,libera vota differimus,vt in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis,in timore naufragij, nullo tẽpore, hoc vere salutis singulare remediũ cuiquam denegemus.Si quis aũt Epiphaniæ festiuitatẽ,quæ in suo ordine debito honore veneranda est ob hoc existimat priuilegiũ habere baptismatis,quia hoc quidã putant,q̃ in eadẽ die dominus ad baptismũ sancti Ioannis accesserit, sciat illius baptismi aliam gratiã, aliam fuisse rationẽ, nec ad eandem pertinuisse virtutẽ,qua per spiritum sanctum renascuntur,de quibus dicitur, Qui nõ ex sanguinibus,neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati,nec quærens remediũ renascendi,sic voluit baptizari,quomodo voluit circuncidi, hostiamq; pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege,quã non venerat soluere,sed adimplere,& implendo finire,sicut beatus Apostolus prædicat, dicens:Finis aũt legis Christus ad iustitiã omni credenti.Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens,se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiã sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis & aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamentum testificatio fuit noui, & lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, sic diuersa sacrificia vnam hostiam præformarunt, & multorum agnorũ occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.Sic & Ioannes,non Christus, sed Christi præuius,non sponsus, sed sponsi amicus fuit adeò fidelis, & non sua quærens, sed quæ Iesu Christi, vt se profiteretur, ad soluenda calciamenta pedum eius indignum, quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille autem baptizaturus esset in spiritu sancto & igni, qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata consumeret. His itaque, fratres,tot tantisq; existentibus documentis, quibus, omni ambiguitate submota,euidenter agnoscitis,in baptizandis electis,qui secundum apostolicam regulam,& exorcismis scrutandi,& ieiuniis sanctificandi,& frequentibus sunt prædicationibus imbuendi,duo tantum tempora,id est,pascha & pentecoste esse seruanda.Hoc vestræ indicimus charitati,vt ab apostolicis institutis nullo vlterius recedatis excessu. Quia inultum post hæc esse non poterit,si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

De conſ.di. 4.Si qui necessit.

Ibidem. Si quis autem Epipha. Et in decr.Iuo. lib.1.

Ioan.1. Matth.3.d Lucæ.3.e. Lucæ.2.c.d Galat.4.a Matth.5.b Roma.10.a

Ioan.19.f

Ioan.1.b

Ioan.3.d Matth.3.c Lucæ.3.c.d

In dec.Iuo. lib.1.de cõs. dist.4. Duo aũt tempora

Nicæ.cõc. c.5

7 Quare illud primitus pro custodia concordissimæ vnitatis exigimus, vt quia saluberrime à sanctis patribus constitutum est, binos in annis singulis, episcoporum debere esse conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam, fraterno concilio sociandi,*occurrant & indissimulanter à vobis hæc consuetudo seruetur.Quoniam adiuuante gratia dei,facilius poterit prouideri,vt in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, quum coram beatissimo apostolo Petro semper in communione tractatum fuerit,vt omnia instituta,canonumq; decreta apud omnes domini sacerdotes inuiolata permaneant.Hæc autem quæ vobis,inspirante domino,insinuanda credidimus,per fratres & coepiscopos nostros,*Bachillum atque Paschasinum,ad vestram volumus notitiam peruenire. Quibus referentibus, cognoscamus, quàm reuerenter à vobis apostolicæ sedis instituta seruentur. Data XII.Calend.Nouemb.Alypio & Ardabure viris clariss.conſ.

*al. indissimulanterẽ occurrant, qđ vtiq; laboriosum non est,si vicissim iter vos hæc cõsuetudo seruetur. Quoniam

*al.Yacillũ

Epistola

EPISTOLA QVINTA EIVSDEM ad Dorum Beneuentanum episcopum.

Posthumiano & Zenone consulibus circa annum Christi (teste Cassiodoro) CCCCL. Secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij. CCCCLXIX. *iuxta uero cyclum Dionysij* CCCCXLVII. *qui fuit pontificatus Leonis papæ annus nonus,scripta est præsens epistola similiter & sequens.*

IVDICIVM,quod de te sperabamus,dolemus esse frustratum, quando,ea te commisisse perspicimus,quæ omnem ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili nouitate fœdarent, cum plenissime noueris, quanta solicitudine per omnes domini ecclesias paternorum velimus canonum præcepta seruari, & hanc maxime curam ad sacerdotes vniuersarum plebium pertinere, vt sanctarum constitutionum regulæ nullis corrumpantur excessibus. Vnde miramur te, quem authoritatum apostolicæ sedis obseruantissimum esse conuenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, vt traditarum tibi legum non custos,sed transgressor existeres.Libello etenim Pauli presbyteri tui,qui in subditis habetur,cognouimus,apud te nouo ambitu,fœdoq; colluuio presbyterij ordinem fuisse turbatum, ita vt vnius festina,& immatura prouectio quædam eorum deiectio facta sit, quos ætas commendabat,& nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperitia fauentium studia id,quod nunquam habuit consuetudo,poscebant,vt incipiens emeritis,& nouellus præferretur antiquis,tuæ fuerat industriæ,atque doctrinæ, vt iniuste petentium desideria rationabili autoritate cohiberes, ne quem in sacerdotali propere prouehebas honore, ad iniuriam eorum,quibus ociabatur,inciperet. Miror,*qui si fieret,dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis vitium roboraretur.Neque enim ignorabas dixisse dominum,quòd qui se humiliat, exaltabitur,qui vero se exaltat,humiliabitur.Eundemq; dixisse, vos autem quæritis, de pusillo crescere,& de honore maiores esse. Vtrunque enim inordinatum, vtrunque præposterum est,& omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis,quantũ adulationis obtinuit,vt cupiditas eminendi non solũ superbientem minuat,sed etiam conniuentem:Si vero (vt asseritur) primi, secundiq; presbyteri, circa Epicarpium sibimet præponendum, tam huic assentatio fuit, vt illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio deiicientibus, tribui debuit, quod volebant,cui tam misere voluntati te dignius fuerat obuiare,quàm cedere.Deformis autem, & ignaua subiectio bene sibi conscijs,& non irritam facientibus gratiam dei, præiudicare nõ potuit, vt primatus suos quocunque commercio in alterutrum transferentes, subsequentiũ suorum minuerent dignitatem, *& quem vltimum sibi anteposuerant, cæteris præmineret. Prædicti igitur presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet priuari etiã sacerdotio mererentur,tamen vt eis pro apostolicæ sedis pietate parcatur, vltimi inter omnes ecclesiæ presbyteros habeantur. Et vt iudicij sui sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt, quem propria sententia sibimet prætulere, cæteris omnibus presbyteris in eo ordine permanentibus, quem vnicuique ordinationis suæ tempus asscripsit? Nec quisquam, præter prædictos duos, imminutæ dignitatis patiatur iniuriam, sed in eorum statum tantummodo hoc recurrat opprobrium, qui nouello & immature ordinato,inferiores fieri elegere, vt illã euangelicam sententiam ad se sentiant pertinere,qua dicitur,quo iudicio iudicaueritis,iudicabitur de vobis,& qua mensura mensi fueritis,eadem remetietur vobis. Paulus vero presbyter ordinem suum,de quo laudabili firmitate non cessit,obtineat.Nec vlterius aliquid in cuiusquam præsumatur iniuriam,ita vt dilectio tua, quam nõ immerito tota facti huius pulsat inuidia,hoc saltem remedio curare se properet, vt sine dissimulatione hæc quæ decernimus, tradantur effectui,ne si iterato ad nos imploratio iuxta confugerit, necesse sit seuerius commoueri,cum his,quæ male sunt facta,correctis,malimus redintegrare disciplinam, quàm augere vindictam. Exequutionem vero præceptionum nostrarum fratri, & coepiscopo nostro Iulio commisisse nos noueris,vt omnia illi,quemadmodum constituimus,roborentur. Data *Idus Martij,Posthumiano viro clarissimo consule.

*al.quis Lucæ.14.c. 18.c

*al.sed qui vltimũ sibi antepoſuerant,hi tãtũ cæteris non præmineret

Matth.7.a Marci.4.c

*al.viij Id.

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola eiusdem ad Eutychen Constantinopolitanum abbatem. G

EPISTOLA SEXTA.

*al.literis

EO episcopus. Ad notitiam nostram tuæ dilectionis *Epistola retulisti,quòd Nestoriana hæresis quorundam rursus studiis pullularet.Solicitudinẽ tuam ex hac parte nobis placuisse, rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo , quem sumpsimus, Vnde non ambigimus authorem catholicæ fidei dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius,quorum hoc *improbitate fiat,potuerimus agnoscere,necesse est,auxiliante domino prouidere, quatenus nefandum virus dudumq; damnatum, radicitus possit extingui.Deus te custodiat incolumem dilectissime fili. Datum Calendas Iunij,Posthumiano & Zenone.VV. CC.Conss.

*al. prauitate vel importunitate

H

EPISTOLA SEPTIMA.

Asterio & Protogene consulibus , circa annum Christi (teste Cassiodoro) CCCCLI. secundum Marianum Scotum,ad ueritatem euangelij CCCCLXX. iuxta autem Dionysij cyclum CCCCXLVIII. qui fuit Leonis papæ pontificatus annus decimus,hæc epistola scripta est.similiter & uiginti sequentes. I

EO Theodosio Augusto. Quantum præsidij dominus ecclesię suæ in fide vestræ clementiæ præpararit,his etiam literis, quas ad me misisti ostenditur, vt vobis non solum regium,sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudeamus. Siquidem præter imperiales & publicas curas,piissimam solicitudinem Christianæ religionis habetis,ne scilicet in populo dei,aut schismata,aut hæreses,aut vlla scandala conualescant,quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ & incõmutabili trinitati vnius deitatis confessione seruitur. Quid autem in Constantinopolitana ecclesia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & coëpiscopum nostrum Flauianum potuerit commouere? vt Eutychen presbyterum communione priuaret,nondum potuimus euidenter cognoscere. Quanuis enim prædictus presbyter ad sedem apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit,breuiter tamen aliqua prælibauit,asserens se Nicænæ synodi constituta seruantem frustra in fidei diuersitate culpatum,Eusebij autem episcopi accusatoris eius libellus,cuius exemplaria ad nos prædictus presbyter misit,de obiectionis euidentia nihil habebat. Sed cum presbytero hæreseos crimen intenderet,quem tamen nostrum sensum arguerit,nõ euidenter expressit,quanuis & ipse episcopus Nicænæ synodi profiteatur in hac re se esse decretis,propter quod non habuimus,vnde aliquid diceremus.Et quia causæ meritum,fidei ratio, & laudabilis solicitudo vestrę pietatis exegit,necesse est,iam locum subreptionibus non patere,sed prius de quibus eum æstimat arguendum instrui nos oportet,vt possit de bene cognitis congrue iudicari. Ad prædictum autem episcopum dedi literas, quibus mihi displicere cognosceret, q̃ ea quæ in tanta causa gesta fuerant,etiam nimio silentio reticeret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare.Quem credimus,vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum vt in lucem ductis his,quæ adhuc videntur occulta, id quod euangelicæ & apostolicæ doctrinæ conuenit, iudicetur. Data ad Calend.Martias , Asterio & Protogene Consulibus.

K

L

Epistola eiusdem ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum,vbi quærit, cur Eutyches à communione ecclesiæ fuerit separatus. M

EPISTOLA OCTAVA.

*al.sancta & laudabili fide

DILECTISSIMO fratri Flauiano episcopo, Leo episcopus. Cum Christianissimus & clemẽtissimus Imperator *sanctæ & laudabilis fidei,pro ecclesiæ catholicæ pace solicitus ad nos scripta transmiserit,de his,qui apud vos perturbationis strepitum mouerant,miramur fraternitatem tuam,quicquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse,& non potius procurasse,vt primitus nos insinuatio magis tuæ relationis instrueret,ne de rerum

A de rerum gestarum possemus fide ambigere.Accepimus enim libellum Eutychetis presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio episcopo immerito communione priuatum , maxime cum euocatum se assumsse testetur,nec sui præsentiam denegasse, adeo vt in ipso iudicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse,nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus fit, vt contestatorios libellos in Constantinopolitana vrbe proponeret. Quibus rebus intercidentibus,necdum agnoscimus,qua iustitia à communione ecclesię fuerit separatus.Sed respicientes ad causam facti tui nosse volumus rationem , & vsque ad nostram notitiam cuncta deferri,quoniam nos, qui sacerdotum domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus,incognitis rebus,in cuiusquam partis præiudicium definire,priusquam vniuersa,quæ gesta sunt, veraciter audiamus . Et ideo fraternitas tua per idoneam maxime, aptamq; personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem nouitatis emerserit,
B quod sæueriori sententia dignum fuerit vindicari . Nam & ecclesiastica moderatio, & religiosa piissimi principis fides multam nobis solicitudinem Christianæ pacis*indicunt,vt amputatis dissensionibus,fides catholica inuiolata seruetur,& his,qui praua defendunt,ab errore renocatis,nostra authoritate, quorum fides probata fuerit, muniatur . Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum , si quid in se inuentum fuerit quod reprehensione sit dignum.
C Decet enim in talibus causis hoc maxime prouideri,vt sine strepitu concertationum,& charitas custodiatur,& veritas defendatur, frater charissime . Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse solicitos,quàm plenissime,& lucide,vniuersa nobis, quod ante facere debuit,indicare festinet,ne inter assertiones,partium,aliqua ambiguitate fallamur, & dissensio, quæ in suis initiis abolenda est , nutriatur, cum in corde nostro ea obseruantia, deo inspirante,permaneat,ne constitutiones venerabilium patrum diuinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinentes, praua cuiusquam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumem,frater charissime. Datum.xij.Calend.Maij,Asterio,& Protogene viris clarissimis consulibus.

*al.inducũt vel indicant

D

RESCRIPTVM FLAVIANI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, ad sanctissimum Leonem papam vrbis Romæ.

De *subdoli hostis insidiis.* I
E De *fraudulenta subtilitate hæreticorum.* II
De *blasphemiis Eutychetis.* III
De *excommunicatione eius iustissima.* IIII

CAPITVLVM I.

DOMINO beatissimo, & deo amabili patri , Leoni Flauianus in domino æternam salutem. Nulla res diaboli venena compescit,nec continet mortiferas eius sagittas.Sursum enim, atque deorsum peruolans,quærit, quos possit occidere,quos possit superare, quos possit deuorare : Propter quam rem vigilandum est , & orationibus à deo
F obtinendum, vt fatuas inquisitiones euitare possimus . Decet enim sequi patres nostros, nec commutare definitionem eorum perpetuam , quorum regulam secundum sacras scripturas esse didicimus.Depositis ergo fletibus,& lachrymis (quas incessanter fundo,quia sub me clerus degens,inuasus est à fero dæmone, & non potui eum liberare,nec auferre à tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere) quomodo raptus sit,quomodo resiliit à proposito diuino,& ad illum cucurrit,qui perdere consueuit, præcepta patrum *declinans, & constituta eorum despiciens,iam incipio enarrare.

*al. dedignans

2 Sunt enim quidam veste sua oues significantes , interius lupi rapaces , quos ex fructibus eorum debemus agnoscere . Isti prima fronte videntur esse de numero nostro , sed non sunt de numero nostro . Si enim de numero nostro essent , nobiscum mansissent . Quando autem cœperunt assumere impietatẽ,illud,quod prius occultabatur in illis,aperitur, & dolus

Matth.7.c 1.Ioan.2.c

t omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnis sit omnibus manifestus. Inueniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes, & vituperantes, patrum disciplinas, & * reliquas sanctas scripturas ad suam perditionem, quos quidem debemus præuidere, & à quibus multum oportet cauere, ne in malitia sua aliqui occupati, concidant de sua firmitate, Exacuerunt enim *linguam suam, quasi serpentes, & venenum in labiis habent, quasi aspides. De his, hæc propheta clamauit. G

*al. reliquũt

*al. quasi aspides linguas suas, de quibus propheta clamat, Acuerunt linguas &c.

3 Talis inter nos Eutyches emersit quondam presbyter, & archimandrites, qui quasi nostræ religionis sectam *sapiebat, & hanc *præferebat. Nestorij *autem impietatem confirmabat, & succingebatur proiNestorio militare in pugna, quæ contra Nestorium parabatur. Trecentorum autem decem, & octo, sanctorum patrum de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes eius, quibus omnes assenserunt, tentauit euellere, antiquam impij Valentini, & Apollinaris reparans sectam, & non timuit præceptum regis veri dei, dicentis: Quicunq; scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt mola asinaria alligetur collo eius, & demergatur in profundum maris. Verecundiam autem omnem eius perfidia abiecit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens, in sancta synodo asserebat instanter, dicens: Dominum nostrum Iesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum à nobis vnius substantiæ, & vnius personæ, cognoscatur, neq; carnem domini coëssentialem nobis substitere, tanquam ex nobis susceptam & coadunatam *dei verbo secundum substantiam, sed dicebat virginem quidem quæ eum genuit, secundum carnem consubstantialem nobis esse. Ipsum autem dominum non susceptisse ex ea carnem *consustantialem nobis, & corpus domini non esse quidem corpus hominis, humanum vero corpus esse, quod est ex virgine, omnium patrum expositionibus contraria sentiens. H I

*al. consubstantiuam

4 Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam, olim, quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram literas, quibus literis docuimus, & presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus est, & iussimus, eum *cum monasteriis nullam habere rationem, & exclusimus eum à communione nostra, vt sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus episcopis, sub beatitudine vestra degentibus, manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui, quid ille senserit, quasi ad orthodoxum vel per literas, vel per aliquam coniunctionem loquantur. K

*al. in monasterio

EPISTOLA EIVSDEM AD THEODOsium Augustum. IX.

PRO integritate fidei catholicæ Christianissimum principem conuenit esse solicitum, & hoc indefessis precibus diuinam misericordiam posco, vt cordi vestro, id quod est veritatis inspiret, neq; falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. A me autem, atq; ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euangelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide literis meis (quas clementiam vestram iamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est) arbitror vos accepisse. Ratum est nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere, quod etiã venerandi patres, quondam apud Nicæam congregati, secundum fidem symboli credendum & confitendum sacratissima autoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma peruersum merito anathematizauimus, ita iuste etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant, à domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni, ac supplicationi nostræ dignetur annuere, vt intra Italiam haberi iubeatis episcopale concilium, cito (auxiliante deo) poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius ecclesiæ sunt commota, resecari, vt per vniuersum regnum vestrum catholicæ fidei integritate seruata, & pacem Christianam manere, & vestram apud deum crescere gloriam gaudeamus. Data. viij. Calend. Iunias, Asterio, & Protogene cons. L M

Rescriptum

A RESCRIPTVM LEONIS PAPAE AD FLAuianum Constantinopolitanum episcopum contra Eutychetis perfidiam & hæresim. Epistola. X.

Quod ignorãtia sanctarum scripturarum Eutychen hæreticum fecerit. I
Contra eos, qui in duos filios dispẽsationis dominicæ mysterium scindere moliuntur. II
B *Contra eos, qui passibilem diuinitatem unigeniti filij dei audent asserere.* III
Contra eos, qui in duas naturas Christi temperamentum, uel confusionem, argumentantur. IIII
Contra eos, qui cœlestem, aut alterius cuiusq; substantiæ existere formam serui, quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt. V
Contra eos, qui duas quidem ante adunationem naturas domini delirant, unam uero post adunationẽ confingunt. VI

CAPITVLVM I.

C LEO episcopus dilectissimo fratri Flauiano Constantinopolitano episcopo. Lectis dilectionis tuę literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit, atq; contra integritatẽ fidei exortum fuisset, agnouimus, & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis relata patuerunt. Quibus Eutyches qui presbyterij nomine honorabilis videbatur, multũ *imprudens, & nimis imperitus, ostenditur, vt etiam de ipso dictum sit à propheta. Noluit intelligere, vt bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid aũt iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus doctioribusq; non credere? Sed in hanc insipiẽtiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur *obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nec ad euangelicas authoritates, sed ad semetipsos, recurrunt. Sed ideo D magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem symboli initia comprehendit? Et quod per totum mũdum omnium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur.

*al. ipudens Psalm. 35 24. q. 3. quid aũt iniquius

*al. obstaculo

2 Nesciens igitur quid deberet de verbi dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen, in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem, & indiscretam confessionem solicito apprehendisset auditu, qua fidelium vniuersitas profitetur, credere se in deum patrẽ omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum, qui natus est de spiritu sancto, * & Maria virgine. Quibus tribus sen E tentiis omniũ fere hæreticorum machinæ destruũtur. Cum enim deus omnipotens creditur, pater sempiternus, eidem filius demonstratur, in nullo à patre differens, quia de deo deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, nõ posterior tempore, non inferior potestate, nõ dissimilis gloria, non diuisus essentia, idem vero sempiterni genitoris vnigenitus, sempiternus natus est de spiritu sancto, * & Maria virgine. Quæ natiuitas tẽporalis illi natiuitati diuinæ, & sempiternæ nihil minuit, nihil cõtulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit, vt & mortẽ vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati, & mortis authorem, nisi naturã nostram ille susciperet, & suam faceret, quem in peccatum contaminare, nec mors potuit detiF nere. Conceptus quippe est de spiritu sancto, intra vterum matris virginis, quæ ita illum, salua virginitate, ædidit, quemadmodum, salua virginitate, concepit. Sed si, de hoc Christianæ fidei, fonte purissimo syncerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obcæcatione sibi propria tenebrarat, doctrinę se euangelicę subdidisset, dicente Matthæo: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham, apostolicæ quoq; prædicationis expetisset *instructum, & legens in epistola ad Romanos: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem ad propheticas paginas piam solicitudinem contulisset, & inuenisset promissionẽ dei ad Abraham, dicentis: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset apostolum dicentem: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius.

*al. ex

*al. ex

Heb. 2. d

Matth. 1. a

*al. instrumentum Roma. 1. a

Gene. 22. d Galat. 3. a Galat. 3. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaiæ.7.e

Nõ dicit,& seminibus,quasi in multis,sed quasi in vno,& semini tuo,quod est Christus,Esaię G
quoq; prædicationem interiore apprehendisset auditu dicentis: Ecce virgo in vtero concipiet,& pariet filium, & *vocabitur nomẽ Emmanuel quod est interpretatũ, nobiscum deus.
*al.vocabũt Esa.10.a
Eiusdemq; prophetæ fideliter verba legisset:Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius
*al.hũeros *al.vocabũt potestas super *humerum eius,& *vocabitur nomen eius magni consilij, angelus,admirabilis,cõsiliarius,deus fortis,princeps pacis,pater futuri seculi.Nec frustratorie loquens,ita verbum diceret carnem factum,vt æditus vtero virginis Christus, haberet formam hominis,&
Lucæ.6 Esaiæ.6.d non haberet materni corporis veritatem. An fortè ideo putauit dominum nostrum Iesum Christum,non nostræ esse naturæ,quia missus ad beatam Mariam angelus, ait: Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanH
*al.fuerit ctum,vocabitur filius dei, vt quia conceptus virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis *fieret caro concepti?Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis,& mirabiliter singularis,vt per nouitatem creationis proprietas remota sit generis,fœcun
*al.virginis Prouer.9.a Ioan.1.b ditatem enim *virgini spiritus sanctus dedit,veritas autem corporis sumpta de corpore est.
*al.spiritus & ædificante sibi sapientia domum,verbum caro factum est, & habitauit in nobis,hoc est, in ea carne,quam sumpsit ex homine,& quam *spiritu vitæ rationalis animauit.

3 Salua igitur proprietate vtriusq; naturę,& in vnam coëunte personam,susceptа est à maiestate humilitas,à virtute infirmitas,ab æternitate mortalitas,& ad resoluendum conditioI
nis nostræ debitum,natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili,vt quod nostris remediis cõ gruebat,vnus,atq; idẽ,mediator dei,& hominũ,homo Christus Iesus,& mori posset ex vno,& mori nõ posset ex altero.In integra ergo veri hominis, pfectaq; natura,verus natus est deus, totus in suis,est totus in nostris.Nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio creator condidit,& quæ reparanda suscepit.Nam illa,quæ deceptor intulit,& homo,deceptus,admisit,nullum habuere in saluatore vestigium.Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum,ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui, sine sorde peccati, humana augens,diuina non minuens,quia exinanitio illa,qua se inuisibilis visibilem præbuit, & creator,ac dominus omnium rerum vnus voluit esse mortaliũ, inclinatio fuit miseratioK
nis,non defectio potestatis.Proinde qui manens in forma dei, fecit hominẽ, idem in forma *al.forma serui,dei formam nõ admisit,ita formã dei, serui forma serui,factus est homo.Tenet enim sine defectu proprietatẽ suam vtraq; natura.*Et sicut formam serui,dei forma non admisit,ita formam dei,serui forma nõ minuit. Nam quia gloriabatur diabolus,hominem,sua fraude deceptum,diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum,duram mortis subiisse sententiam,seq; in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium, deum quoq; iustitiæ exigente ratione, erga hominem, quẽ in tanto honore condiderat,propriam mutasse sententiã,opus fuit secreti dispensatione concilij,vt incommutabilis deus (cuius voluntas non potest sua benignitate priuari)primam erga nos pietatis suæ dispensationem,sacramento occultiore, compleret,& homo, diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam,contra dei propositum non periret.

4 Ingreditur ergo hæc mundi infima filius dei, de cœlesti sede descendens, & à paterna L
gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in suis,visibilis factus est in nostris.Incomprehensibilis voluit cõprehendi. Ante tempora manens, esse cœpit ex tempore. Vniuersitatis dominus seruilem formam, obumbrata maiestatis suæ immensitate suscepit. Impassibilis deus, non dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiscentiam nescisset, carnis materiam ministrauit. Assumpta est igitur de matre domini natura,non culpa, nec in domino Iesu Christo, ex vtero virginis genito, quia
*al. matri est natura natiuitas est mirabilis,ideo*nostræ est naturæ dissimilis.Qui enim verus est deus,idem verus M
est homo.Et nullum est in hac vnitate mendacium, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo deitatis.Sicut enim deus non mutatur miseratione,ita homo non consumitur dignitate.Agit enim vtraque forma cum alterius communione,quod proprium est verbo scilicet, operante, quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs.Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ nõ recessit,
Ioan.1.a Ioan.1.b Ioan.1.a Galat.4.a ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemq; est, quod sæpe dicendum est, vere dei filius, & vere hominis filius. Deus per id, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum. Homo per id, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis,Deus per id,quod omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factũ est nihil.

Homo

A Homo per id,quod factus est ex muliere,factus est sub lege. Natiuitas carnis manifestatio est humanæ naturæ.Partus virginis diuinæ est virtutis indicium. Infantia paruuli ostenditur humilitate cunarum.Magnitudo altissimi declaratur vocibus angelorum.Similis est rudimentis hominum,quem Herodes impius molitur occidere.Sed dominus est omnium,quem magi gaudentes veniunt suppliciter adorare.Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum ve- Matth.2.c
niret,ne lateret,quod carnis velamine tegeretur,vox patris de cœlo intonans dixit:Hic est fi- Matth.2.b
lius meus dilectus,in quo mihi bene complacuit.Quem itaq; sicut hominem,diabolica tentat Matth.3.d
astutia,eidem sicut deo angelica famulantur officia.Esurire,sitire,lassescere,atq; dormire eui- Lucæ.3.c
denter humanum est. Sed & de quinque panibus, quinque milia hominum satiare, & largiri Marci.1.b
B Samaritanæ aquam viuam, cuius haustus bibenti præstat, ne vltra iam sitiat, supra dorsum Matth.4.a
maris, plantis non subsidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempestate con- Ioan.19.e
sternere, sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo (vt multa præteream) non eiusdem natu- Ioan.4.a
ræ est,flere miserationis affectu *amicum mortuum,& eundem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ,ad vocis imperium excitare redituum, aut in ligno pendere,& in noctem (luce Ioan.8.c
conuersa) omnia elementa tremefacere,aut clauis transfixum esse,& paradisi portas fidei la- Lucæ.9.b
tronis aperire,ita non eiusdem naturæ est, dicere, ego & pater vnum sumus, & dicere, pater Ioan.4.a
maior me est.Quanuis enim in domino Iesu Christo dei,& homine, vna persona sit,aliud ta- Matth.14.c
men est,vnde in vtroq; communis est contumelia,aliud vnde communis est gloria. De no- Lucæ.8.d
C stro enim illi est minor patre humanitas,de patre illi est æqualis cum patre diuinitas. *al.Lazarũ
5 Propter hanc vnitatem personæ, in vtraque natura intelligendam, & filius hominis le- Ioan.11.c
gitur descendisse de cœlo,cum filius dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpserit. Matth.17.d
Et rursus,filius dei crucifixus dicitur,ac sepultus,cum hæc non in diuinitate ipsa, qua vnige- Lucæ.23.f
nitus,consempiternus,& consubstantialis est patri,sed in naturæ humanæ fit infirmitate per- Ioan.10.f
pessus.Vnde vnigenitum filium dei crucifixum & sepultum, omnes etiam in symbolo con- Ioan.14.d
fitemur secundum illud Apostoli dictum: Si enim cognouissent, nunquam dominum ma- 1.Cor.2.b
iestatis crucifixissent.Cum autem ipse dominus noster,atq; saluator,fidem discipulorum suis
D interrogationibus erudiret,quem,inquit,dicunt homines esse filium hominis? Cumq; illi di- Matt.16.b.c
uersas aliorum opiniones retexuissent,vos,ait, quem me esse dicitis? Vbi beatus Petrus, diuinitus inspiratus,& confessione sua omnibus gentibus profuturus, Tu es,inquit,Christus filius
dei viui. Nec immerito beatus est pronunciatus à domino, & à principali petra soliditatem & virtutis,traxit & nominis,qui per reuelationem patris eundem & filium dei est confessus, & Christum, quia vnum horum sine alio receptum non proderat ad salutem, sed æqualis erat periculi,dominum Iesum Christum aut deum tantummodo sine homine,aut sine deo so- *al. corporis
lum hominem credidisse.Post resurrectionẽ vero domini,quæ vtiq; veri *hominis fuit, quia
aliter nõ est resuscitatus,quàm qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta die- Actor.1.a
rum mora gestum est,quàm vt fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Collo- Ioan.20.g
E quens enim cum discipulis suis,& cohabitans atque conuescens,& pertractari se diligenti cu- Ibidem.e
riosoq; contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens, ideo & clausis ad discipulos Lucæ.24.d
ianuis introibat, & flatu suo dabat spiritum sanctum,& donato intelligentiæ lumine sancta- Ioan.20.f
rum scripturarum occulta pandebat.Et rursus,idem vulnus lateris,fixuras clauorum,& om- Lucæ.24.f
nia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego
sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, vt
agnosceretur, in eo proprietas diuinæ humanæq; naturæ individua permanere, & ita sci-
remus, verbum non hoc esse, quod carnem, & vt vnum dei filium & verbum confiteremur
& carnem.Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus,qui naturam
F nostram in vnigenito dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis
agnouit.Nec sententiam beati apostoli & euangelistæ Ioannis expauit dicentis: Omnis spiri- 1.Ioan.4.a
tus,qui confitetur Iesum Christum in carne venisse,ex deo est,& omnis spiritus qui soluit Iesum,ex deo non est,& hic est Antichristus. Quid autem est soluere Iesum, nisi humanam ab
eo separare naturam,& sacramentum fidei,per quod vnum saluati sumus, imprudentissimis
euacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Christi, necesse est, vt etiam in
passione eius eadem obcæcatione desipiat.Nam si crucem domini non putat falsam,& susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat,cuius credit mortem, agnoscat
& carnem.Nec diffiteatur nostri corporis hominem,quem cognoscit fuisse passibilem quoniam negatio veræ carnis,negatio est etiam corporeæ passionis. Si enim Christianã susciput

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem,& à prædicatione euangelij ſuũ non auertit auditum,videat,quæ natura transfixa cla- G
Ioan.19.f uis pependerit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi,intelligat, vnde
*al.regeneretur ſanguis & aqua effluxerint,vt eccleſia dei lauacro*rigaretur,& poculo.Audiat & beatum Pe-
1.Petri.1.a trum apoſtolum prædicãtem, ꝙ ſanctificatio ſpiritus per aſperſionem fiat ſanguinis Chriſti.
Ibidem.d Nec tranſitorie legat eiuſdem apoſtoli verba,dicentis:Scientes, ꝙ non corruptibilibus argen
to & auro redempti eſtis,de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſan
guine,quaſi agni incontaminati & immaculati Ieſu Chriſti. Beati quoq; Ioannis apoſtoli te
1.Ioan.1.d ſtimonio non reſiſtat,dicentis:Sed ſanguis Ieſu filij dei emundat nos ab omni peccato.Et ite
1.Ioan.5.a.b rum:Hæc eſt victoria,quæ vincit mundum fides noſtra. Et quis eſt,ꝙui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius dei? Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus H
Chriſtus. Non in aqua ſolũ,ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt,qui teſtificatur, quoniam
Chriſtus eſt veritas.Quia tres ſunt,qui teſtimoniũ dant,ſpiritus,aqua & ſanguis,& ij tres vnũ
ſunt.Spiritus vtiq; ſanctificationis, & ſanguis redẽptionis & aqua baptiſmatis quæ tria vnum
ſunt,& indiuidua manent,nihilq; eorum à ſui connexione ſeiungitur.Quia catholica eccleſia
ac fide viuit ac proficit, vt in Chriſto Ieſu, nec ſine vera diuinitate humanitas, nec ſine vera
credatur humanitate diuinitas.

6 Quum autem ad interloquutionem examinis veſtri Eutyches reſponderit,dicens:Confi
teor ex duabus naturis fuiſſe dominum noſtrum ante adunationem,poſt adunationem vero
vnam naturã confiteor,miror tam abſurdam,tamq; peruerſam eius profeſſionem,nulla iudi- I
cantium increpatione reprehenſam,& ſermonem nimis inſipientẽ, nimisq; blaſphemum,ita
omiſſum,quaſi nihil,quod offenderet,eſſet auditum,quũ tam impie duarum naturarum ante
incarnationem vnigenitus dei filius fuiſſe dicatur,quàm nefarie, poſtquam verbũ caro factũ
eſt,natura in eo ſingularis aſſeritur.Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabiliter æſtimet
dictum, quia nulla veſtra eſt ſententia confutatum, dilectionis tuæ diligentiam commone
mus,frater chariſſime,vt ſi per inſpirationem miſericordię dei,ad ſatisfactionem cauſa per
ducitur,imprudentia hominis imperiti etiam ab hac ſenſus ſui macula per te purgetur. Qui
quidem (ſicut geſtorum ordo patefecit) bene cœperat à ſua perſuaſione diſcedere, quum, ve
ſtra ſententia coarctatus,profiteretur ſe dicere,quod ante non dixerat,& ei fidei acquieſcere K
cuius prius fuiſſet alienus. Sed quum, anathematizando, impio dogmati noluiſſet præbere
conſenſum,intellexit eum fraternitas veſtra in ſua manere perfidia,dignumq; eſſe, qui iudi
cium cõdemnationis exciperet. De quo ſi fideliter atq; vtiliter dolet, & quàm recte mota ſit
*al.pœnitudinem Ioan.10.b.c Lucæ.9.g epiſcopalis authoritas, vel ſe reum cognoſcit, vel ſi ad ſatisfactionis *plenitudinem, omnia
quæ ab eo male ſunt ſenſa,viua voce & præſenti ſubſcriptione damnauerit,nõ erit reprehen
ſibilis erga correctũ quantacunq; miſeratio.Dominus noſter verus & bonus paſtor,quia ani
mam ſuam poſuit pro ouibus ſuis,& qui venit animas hominum ſaluare,non perdere,imita
*al.deprehẽditur tores nos vult eſſe ſuæ pietatis,vt peccantes quidẽ iuſticia coërceat,conuerſos autẽ miſericor
dia non repellat.Tunc enim demum fructuoſiſſime fides veſtra *defenditur,quando etiam à L
ſectatoribus ſuis opinio falſa damnatur.Ad omnem vero cauſam pie ac fideliter exequendã,
fratres noſtros Iulianum epiſcopũ & Renatum presbyterum tituli ſancti Clementis,ſed & fi
lium meũ Hilarium diaconũ vice noſtra direximus.Quibus Dulcitiũ notarium noſtrũ,cuius
fides nobis eſt ſæpe probata,ſociauimus,confidentes affuturum diuinitatis auxiliũ,vt is,qui er
rauerat,damnata ſenſus ſui prauitate,ſaluetur. Deus te incolumem cuſtodiat,frater chariſſi
me.Data Idibus Iunij,Aſterio & Protogene conſ.Era.ccccl xxxvj.

EPISTOLA XI. EIVSDEM LEONIS PAPAE ad Iulianum epiſcopum Coenſem, contra Eutychenæ impietatis errorem. M

*al.eos LICET per*noſtros quos ab vrbe pro fidei cauſa direximus,pleniſſimas ad fratrem Flauianum literas miſerimus,contra nimiæ impietatis errorem, tamen quia per filium noſtrum Baſiliũ diaconem,ſcripta tuæ dilectionis accepimus,quæ multũ nobis catholici ſenſus feruore placuerunt,etiã hanc paginã,quæ illis epiſtolis conſonaret, adiecimus,vt vnanimiter atq; cõſtanter,his qui euangeliũ Chriſti corrũpere cupiũt,reſiſtatis, quoniam

A quoniam ſancti ſpiritus in nobis atq; in vobis vna eſt eruditio,eademq; doctrina, quam quicunq; non recipit,non eſt membrum corporis Chriſti,nec poteſt eo capite gloriari, in quo natura ſuam aſſerit non haberi. Quid autẽ prodeſt imprudentiſſimo ſeni, Neſtorianæ hæreſeos nomine,eorum lacerare opinionẽ,quorum piiſſimam conuellere nõ poteſt fidem, quum quantum Neſtorius à veritate diſceſſit, deitatem verbi ab aſſumpti hominis ſubſtantia ſeparando,tantũ à recto tramite etiam iſte deſciſcat,qui vnigenitum dei filium ſic de vtero beatæ virginis prædicat natũ,vt humani quidem corporis ſpeciẽ geſſerit,ſed humanæ carnis veritas verbo vnita non fuerit?De quo prodigio falſitatis,quis non videat,quæ opinionum monſtra naſcantur?Negator enim mediatoris dei & hominũ, hominis Ieſu Chriſti, neceſſe eſt,vt
B multis impietatibus impleatur,eumq; aut Apollinaris ſibi vendicet, aut Valentinus vſurpet, aut Manichæus obtineat,quorum nullus in Chriſto humanæ carnis credidit veritatem. Quavtiq; non recepta,non ſolum ꝙ ſecundum carnem atq; animã rationalem, qui erat in forma dei,manens idem in forma ſerui,homo natus eſt,denegatur,ſed etiã,ꝙ crucifixus eſt, & mortuus,ac ſepultus,quodq; die tertia à mortuis reſurrexit,& quod ad dexteram dei patris ſedens ad iudicandos viuos & mortuos,in eo corpore ſit venturus,in quo eſt iudicatus ad mortem, abnuitur,quia hæc redemptionis noſtræ ſacramenta vacuantur,ſi Chriſtus veram veri hominis,totamq; naturam ſuſcepiſſe non creditur. An quia manifeſta erant ſigna diuina, falſa dicentur documenta corporea,& teſtimonia vtriuſq; naturæ valebunt,vt creator intelligatur,
C non valebunt,*vt creatura ſaluetur?Quod deitatis eſt,caro non minuit, quod carnis eſt,dei- *al.ne
tas non peremit. Idem enim & ſempiternus ex patre, & temporalis ex matre, in ſua virtute inuiolabilis,in noſtra infirmitate paſſibilis.In deitate trinitatis cum patre & cum ſpiritu ſancto,vnius eiuſdemq; naturę,in ſuſceptione autem hominis nõ vnius ſubſtantię,ſed vnius eiuſdemq; perſonæ, vt idem eſſet dies in paupertate, omnipotens in abiectione, impaſſibilis in ſupplicio,in morte immortalis. Nec enim verbum aut in carnem, aut in animam aliqua ſui parte conuerſum eſt,quum ſimplex & incõmutabilis natura deitatis tota ſit ſemper in ſua eſſentia,nec damnum ſui recipiens,nec augmentum, & ſic aſſumptam naturam beatificans,vt glorificata,in glorificante permaneat.Cur autẽ inconueniens, aut impoſſibile videatur,vt vi
D delicet verbum & caro & anima vnus Ieſus Chriſtus,& vnus deus,hominisq; ſit filius,ſi caro & anima,quæ diſſimiliũ naturarum ſunt, vnam faciunt etiã ſine verbi incarnatione perſonam, quum multo facilius ſit,vt hanc vnitatem ſui atq; hominis,deitatis præſtet poteſtas,q̃ vt eam in ſubſtantiis ſuis obtineat ſolius humanitatis infirmitas? Nec verbũ igitur in carnem,nec in verbum caro mutata eſt,ſed vtrunq; in vno manet,& vnus in vtroq; eſt,non diuerſitate diuiſus,non permixtione confuſus,nec alter ex patre,alter ex matre,ſed idem aliter ex patre ante omne principium,aliter de matre in fine ſeculorum,vt eſſet mediator dei & hominum, ho- 1.Tim.2.b
mo Ieſus Chriſtus, in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, quia aſſumpti, non Coloſſ.2.b
aſſumentis'proiectio eſt,ꝙ deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne Philip.2.b
E nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtiũ, terreſtrium,& infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur,quoniã dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.In eo vero quod Eutyches in epiſcopali ſuo iudicio auſus eſt dicere,ante incarnationẽ duas in Chriſto fuiſſe naturas,poſt incarnationẽ autem vnã neceſſariũ fuerat, vt ad reddendũ rationẽ profeſſionis ſuæ, crebris atq; ſolicitis iudicũ interrogationibus vrgeretur,ne tanq̃ inane aliquid præterflueret, quod non niſi de hauſtu venenatorũ dogmatum apparebat effuſum.Arbitror enim,talia loquentem hoc habere perſuaſum,ꝙ anima,quam ſaluator aſſumpſit, prius in cœlis ſit commorata,q̃ de Maria virgine naſceretur,eamq; ſibi verbum in vtero copularet.Sed hoc catholicæ
F mentes,auresq; non tolerant,quia nihil ſecum dominus de cœlo veniens,noſtræ conditionis exhibuit,nec animã enim,quæ anterior extitiſſet, nec carnem,quæ non materni corporis eſſet,accepit.Natura quippe noſtra non ſic aſſumpta eſt,vt prius creata,poſt aſſumeretur,ſed vt ipſa aſſumptione crearetur.Vnde quod in Origene merito damnatum eſt,qui animarum, antequam corporibus *inſererentur,non ſolum vitas,ſed & diuerſas fuiſſe aſſeruit actiones,neceſſe eſt,vt etiam in iſto,niſi maluerit ſententiam abdicare,plectatur.Natiuitas enim domini *al.miſceantur
ſecundum carnem quanuis habeat quædam propria,quibus humanæ conditionis initia tranſcendat, ſiue quòd ſolus ex ſancto ſpiritu ab inuiolata virgine ſine concupiſcentia carnis eſt conceptus, & natus, ſiue quòd ita viſceribus matris eſt æditus, vt & fœcunditas pareret, & virginitas permaneret, non alterius tamen naturæ erat eius caro, quàm noſtra, nec alio illi, q̃ cæteris hominibus,anima eſt inſpirata principio,quæ excelleret,nõ diuerſitate generis, ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſublimitate virtutis.Nihil enim carnis ſuæ habebat aduerſum,nec diſcordiam deſideriorum G
gignebat,compugnantia voluntatum. Senſus corporei vigebant ſine lege peccati, & veritas
affectionũ ſub moderamine deitatis & mentis.Nec tentabatur illecebris,nec cedebat iniuriis.
verus homo,vero vnitus eſt deo, nec ſecundum exiſtentem prius animam deductus è cœlo,
*aliàs verbi deitate perſonam 1.Timo.2.b nec ſecundum carnem creatus eſt ex nihilo, eandem gerens in *deo verbi dei perſonam, &
tenens communem nobiſcum in corpore,animaq; naturam. Non enim eſſet dei hominumq;
mediator,niſi idem deus,idemq; homo in vtroq; & vnus eſſet & verus.Incitat quidem nos ad
latitudinem diſſerendi materiæ magnitudo, ſed apud eruditionẽ tuam non eſt copia laboran
dum,præſertim iam,quũ per noſtros ad fratrem Flauianum ſufficientes literas miſerimus,ad
cõfirmandos animos non ſolum ſacerdotũ,ſed etiam laicorũ.Præſtabit,vt credimus,miſeri- H
cordia dei,vt abſq; cuiuſq̃ animæ detrimento poſſint aduerſum diaboli dolos, & ſana defen-
di & vulnerata curari.Data idibus Iunij,Aſterio & Protogene viris clariſſ.conſ.

EPISTOLA XII. EIVSDEM LEONIS PAPAE AD Theodoſium Auguſtum,de legatis,quos vice ſua deſtinauit ad ſynodum Epheſinam, pro erroribus Eutychetis collectam. I

AESARI Theodoſio religioſiſſimo & piiſſimo Auguſto,Leo papa eccleſiæ catho-
licæ vrbis Romæ. Quantum rebus humanis conſulere prouidentia diuina digne-
tur, ſolicitudo clementiæ veſtræ, ſpiritu dei incitata demonſtrat, quæ in catholica
eccleſia nihil impacatum,nihil vult eſſe diuerſum,quoniam fides,quæ non niſi vna eſt,in nul
lo poteſt eſſe ſui diſſimilis.Vnde licet Eutyches(quantum geſtorum epiſcopalium ordo pate-
fecit) imperite atq; imprudenter errare detectus ſit,debueritq;, à ſua merito reprobabili per-
ſuaſione diſcedere,quoniam tamen pietas veſtra,quæ in honorem dei religioſiſſima catholi-
*al.imperito ſent,ea in qua cam diligit veritatem,apud Epheſum conſtituit ſynodale concilium,vt *imperitus in quo ni K
mis caligat,veritas innoteſcat,fratres meos Iulianum epiſcopum,& Renatum presbyterum,
& filium meum Hilarium diaconum miſi,qui ad vicem præſentiæ meæ pro negotij qualitate
ſufficerent,& qui eum ſecum deferrent iuſtitiæ, & benignitatis affectum, vt quia dubitari nõ
poteſt,quæ ſit Chriſtianæ confeſſionis integritas,& totius erroris prauitas damnaretur,& re-
ſipiſcens,qui deuiauerat,ſi pro venia ſupplicaret,ſacerdotalis ei beneuolentia ſubueniret,quũ
in libello ſuo,quem ad nos miſit,hoc ſaltem ſibi ad promerendam veniam reſeruauit,vt cor-
recturum ſe eſſe promitteret,quicquid noſtra ſentẽtia de his,quæ male ſenſerat,improbaſſet.
Quid autem catholica eccleſia vniuerſaliter de ſacramento dominicæ incarnationis credat,
& doceat,ad fratrem & coëpiſcopum noſtrum Flauianum plenius continent ſcripta,quæ mi L
ſi. Data Idibus Iunij,Aſterio & Protogene viris clariſſ.conſ.

EPISTOLA XIII. EIVSDEM LEONIS PAPAE ad Pulcheriam Auguſtam,de his vnde ſupra, ad Theodoſium Auguſtum.

QVANTVM præſidij dominus eccleſiæ ſuæ in veſtra clementia præpararit, multis M
ſæpe probauimus documentis. Et quicquid noſtris temporibus, contra impugna-
tores catholicæ veritatis, induſtria ſacerdotalis obtinuit, ad veſtram maxime glo-
riam redundauit,dum, ſicut ſpiritu ſancto docente,didiciſtis, illi per omnia poteſtatem ve-
ſtram ſubiicitis, cuius munere & protectione regnatis. Vnde quia, contra integritatem fi-
dei Chriſtianæ, diſſenſionem quandam in Conſtantinopolitana eccleſia Eutyche authore
generatam, fratris & coëpiſcopi noſtri Flauiani relatione cognoui, ita vt totius cauſæ ſpe-
ciem ſynodalium geſtorum textus oſtenderit, dignum gloriæ veſtræ eſt, vt error, qui (vt
arbitror) de imperitia magis,quàm de verſutia natus eſt, auferatur, priuſquam vllas ſibi vi-
res de conſenſu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat, quia etiam ignorantia graues

nonnunquam

A nonnunquam incidit lapſus,& plerunque in diaboli ruit foueas incauta ſimplicitas,per quam
in ſupradicto ſubrepiſſe intelligo ſpiritum falſitatis,vt dum æſtimat,ſe religioſius de filij dei
maieſtate ſentire,ſi ei naturæ noſtræ veritatem ineſſe non dicat,totum illud, quòd verbũ ca-
ro factum eſt,vnius atque eiuſdem putet eſſe ſubſtantiæ.Et quantũ Neſtorius à veritate exci-
dit,dum Chriſtum de matre ſolum hominem aſſerit natum,tantum etiã hic à catholico tra-
mite deuiat,qui de eadem virgine non noſtram credit æditam eſſe ſubſtantiam, volens vti-
que eam ſolius deitatis intelligi,vt quòd formam ſerui geſſit,& quòd noſtri ſimilis fuit atque
conformis, quædam noſtræ naturæ fuerit imago,non veritas.Nihil autem prodeſt, dominũ
noſtrũ beatæ Marię virginis filium verũ, perfectumq; hominẽ dicere,ſi non illius generis ho
B mo creditur,cuius in euangelio prædicatur . Dicit enim Matthæus : Liber generationis Ieſu
Chriſti filij Dauid,filij Abraham,& ita humanæ originis ordinem ſequitur,vt generationum
lineas vſque ad Ioſeph , cui mater domini erat deſponſata, deducat. Lucas vero , retrorſum
ſucceſſionum gradus relegens,ad ipſum humani generis principem redit , vt Adam primũ, Gene.32.f
& Adam nouiſſimum eiuſdem oſtendat eſſe naturæ . Potuerat quippe omnipotentia filij dei Gene.18.a
ſic ad docendos , iuſtificandosq; homines apparere , quomodo & patriarchis & prophetis in
ſpecie carnis apparuit,quum aut luctamen iniit,aut ſermonem conſeruit, quumve officia ho
ſpitalitatis non abnuit, vel etiam appoſitum cibum ſumpſit.Sed illæ imagines huius hominis
erant* indicia, cuius veritatem ex præcedentium patrum ſtirpe ſumendam , ſignificationes *al.indices
C myſticæ nuntiabant.Et ideo ſacramentum reconciliationis noſtræ,ante tempora æterna di-
ſpoſitum,mille implebant figuræ , quia nondum ſuperuenerat ſpiritus ſanctus in virginem, Prouer.9.a
nec virtus altiſſimi obumbrauerat ei,vt & intra intemerata viſcera,ædificante ſibi ſapientia Ioan.1.b
domum , verbum caro fieret , & forma dei ac forma ſerui in vnam conueniente perſonam,
creator temporũ naſceretur in tempore,& per quem facta ſunt omnia, ipſe inter omnia gi-
gneretur.Niſi enim nouus homo, factus in ſimilitudinem carnis peccati, noſtram ſuſciperet
vetuſtatem,& conſubſtantialis patri,conſubſtantialis eſſe dignaretur & matri,naturamq; ſibi
noſtram, ſolus à peccato liber,vniret,ſub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiui-
tas , nec aliter * poſſideremus triumphantis victoriam, ſi extra noſtram eſſet conſerta natu *al.vtipoſſe mus triumphãtis victoria,
D ram.De hac autem participatione mirabile ſacramentum nobis regenerationis * indulſit, vt *al.induxit Ioan.1.b
per ipſum ſpiritum, per quem Chriſtus & conceptus eſt & natus, etiam nos,qui per concupi-
ſcentiam carnis ſumus geniti, ſpirituali iterum origine naſceremur . Propter quod ab euan-
geliſta de credentibus dicitur:Qui non ex ſanguinibus,neq; ex voluntate carnis, neque ex vo
luntate viri,ſed ex deo nati ſunt.Cuius ineffabilis gratiæ particeps non eſt,nec poteſt filiorum
dei adoptionem conſequi,quiſquis à fide ſua,hoc quod nos principaliter ſaluat, excludit.Vn-
de multum doleo,multumq; contriſtor,quòd hic,qui antea de humilitatis propoſito laudabi-
lis videbatur, contra vnicam ſpem noſtram,patrumq; noſtrorum, vana nimis & ſtolida au-
det aſtruere.Qui dum videret,inſipiẽtiæ ſuæ ſenſum catholicis auribus diſplicere, reuocare, 24.q.2.Dã-
ſe à ſua opinione debuerat, nec ita eccleſiæ præſules commouere,vt damnationis ſententiam nationis ſen
E mereretur accipere,quam vtique, ſi in ſua ſententia voluerit permanere, nullus poterit rela- tentiam.
xare.Sedis enim apoſtolicæ moderatio hanc temperantiam obſeruat,vt & ſeuerius agat cum
obduratis,& veniam cupiat præſtare correctis . Quia ergo multa mihi fiducia eſt de pietatis
tuæ ſynceriſſima fide,obſecro gloriã clementiæ tuæ,vt ſicut ſancto ſtudio tuo catholica præ-
dicatio ſemper adiuta eſt,ita nunc quoque eius faueat libertati, quam forte ideo permiſit do-
minus hac tentatione pulſari,vt quales intra eccleſiam lateant,poſſit agnoſci.Quorum plane
non eſt negligenda curatio , vt nec epiſcoporum nos contriſtet amiſſio. Auguſtiſſimus verò
& Chriſtianiſſimus Imperator cupiens quàm celerrime turbata componi, epiſcopali cõcilio,
quod Epheſi vult haberi,nimium breue & anguſtum tempus indixit, diem Kalendarum Au-
F guſtarum præſtituendo conuentui,quũ à tertio die Iduum Maiarum,quo ſerenitatis eius ſcri-
pta ſuſcepimus,maior pars reliqui ſit temporis abſumenda,vt profectio ſacerdotum,qui ne-
gotio ſufficiant,valeat ordinari.Nam illud,quod pietas eius etiam me credidit debere inter-
eſſe concilio, etiam ſi ſecundum aliquod præcedens exigeretur exemplum , nunc tamen ne-
quaquam poſſit impleri,quia rerum præſentium nimis incerta conditio à tantæ vrbis populis
me abeſſe non ſineret,& in deſperationem quandam animi tumultuantiũ mitterentur, ſi per
occaſionem cauſæ eccleſiaſticæ viderer,patriam & apoſtolicã ſedem velle deſerere.Quia igi-
tur ad publicam vtilitatem pertinuiſſe cognoſcitis,vt ſalua clementiæ veſtræ venia,charitati
me & precibus ciuium non negarem , in his fratribus meis , quos vice mea miſi, me quoque

adeſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

adesse cum cæteris,qui affuerint,æstimate, quibus secundum causam, satis mihi & gestorum G
serie,& ipsius,de quo agitur,professione,patefactam,euidenter & plene quid seruandum esset
ostendi.Non enim de portiuncula aliqua fidei nostræ,quòd minus lucide claresceat, quæritur,
sed hoc stultissima resultatio audet incessere, quod dominus noster in ecclesia neminẽ sexus
vtriusq; voluit ignorare.Siquidem ipsius catholici symboli breuis & perfecta confessio duo-
decim apostolorum totidem est signata sententiis,tanquam instructa sit munitione cœlesti, vt
omnes hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. Cuius symboli plenitu-
dinem,si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere,in nullo à decretis sacratissimi
Nicæni concilij deuiaret,& hoc à sanctis patribus intelligeret constitutum,vt contra apostо-
licam fidem,quę non nisi vna est,nullum se ingenium,nullum eleuaret eloquium.Et ideo pro H
vestræ pietatis cõsuetudine elaborare dignamini,vt quod contrà singulare sacramentum sa-
lutis humanæ, blasphema insipientia protulit,ab omnium animis repellatur.Ac si ipse,qui in
hanc tentationem incidit,resipiscat,ita vt per libellarem satisfactionem, proprium damnet
*al.non negetur. errorem,communio ei sui ordinis*reformetur.Quod etiã sancto Flauiano episcopo me cle-
mentia tua scripsisse cognoscat,vt charitas non negetur,si error aboletur. Datum Idibus Iu-
nij,Asterio & Protogene viris clariss.consu.

EPISTOLA QVARTADECIMA EIVSDEM ad Ephesinam synodum secundam,in qua prouocat congregatos episcopos, Eutychetis blasphemias condemnare.

I

HEO episcopus sanctæ synodo,quæ apud Ephesum conuenit. Religiosa clementis-
simi principis fides sciens ad suam gloriã maxime pertinere, si intra ecclesiam ca-
tholicam nullius erroris germen exurgeret. Hanc reuerentiam diuinis detulit in-
stitutis,vt ad sanctæ dispositionis effectum autoritatem apostolicæ sedis adhiberet,
tanquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatum sit, K
Matth.16.b quando dicente domino,quem me esse dicunt homines filium hominis,varias quidem diuer
sorum opiniones discipuli memorarunt.Sed quum ab eis,quid ipsi crederẽt,quæreretur,prin
ceps apostolorum plenitudinem fidei breui sermone complexus,Tu es,inquit, Christus filius
dei viui,hoc est,tu qui es vere filius hominis,idem vere es filius dei viui.Tu,inquam,verus in
deitate,verus in carne,& salua geminæ proprietate naturæ vtrinque vnus.Quod si Eutyches
intelligeret,ac viuaciter crederet,nequaquam ab huius fidei tramite deuiaret.Propter quam
Ibidem. ei respondetur à domino, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi,
sed pater meus,qui est in cœlis.Et ego dico tibi,quia tu es Petrus,& super hanc petram ædifi-
cabo ecclesiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduersus eam.Nimis autem à compa
ge huius ædificationis alienus est,qui & beati Petri confessionem non capit,& Christi euan- L
gelio contradicit,ostendens se nullum vnquam studium cognoscendæ veritatis habuisse, &
*al.matu- superfluo honorabilem visum,qui nulla*autoritate cordis ornauit caniciem senectutis. Ve-
ritate. rum quia etiam talium non est negligenda curatio, & pie ac religiose Christianissimus Im-
perator haberi voluit episcopale concilium, vt pleniore iudicio omnis possit error aboleri,
fratres nostros Iulianum episcopum,Renatum presbyterum,& filium nostrum Hilariũ dia-
conem, cumq; his Dulcitium notarium probatæ nobis fidei, missi, qui vice mea sancto con-
uentui vestræ fraternitatis interssint,& communi vobisum sententia, quæ domino sint placi-
tura,constituãt.Hoc est,vt primitus pestifero errore damnato,etiam de ipsius, qui imprudẽ- M
ter errauit,restitutione tractetur,si tamen doctrinam veritatis amplectens,sensus hæreticos,
quibus imperitia eius fuerat irretita,plene,aperteq; propria voce & subscriptiõe damnauerit,
quod etiam in libello,quem ad nos miserat, est professus, spondens, per omnia nostram se-
quuturum se esse sententiam.Acceptis autem fratris & coëpiscopi nostri Flauiani literis,ple-
nius ad eum de his,quę ad nos videtur retulisse,rescripsimus,vt abolito hoc,quo inquinatus
videbatur,errore,in laudem & gloriam dei per totum mundum vna sit fides,& vna,eademq;
Philip.2.b confessio,& in nomine Iesu omne genu flectatur,cœlestium,terrestrium& infernorũ,& om-
nis lingua confiteatur,quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.Data Idibus Iu-
nij,Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

A

EPISTOLA DECIMAQVINTA eiusdem,ad Flauianum Constantinopolitanum.

LIteras tuæ dilectionis accepi,cum gestis, quæ apud vos super fidei quæstione confe-
cta sunt.Et quia clementissimus Imperator pro ecclesiæ pace sollicitius synodũ vo-
luit congregari,quanuis euidenter appareat,rem, de qua agitur, nequaquam syno-
dali indigere tractatu,tamen frater charissime,subsequutos esse significo, quos in hac re pla-
B cuit destinare.Nec necessarium fuit, nunc amplius scribi,quum,propitio deo,de his, quæ cau
sæ credidimus conuenire,per ea,quæ ipsi portabunt scripta,sis plenius instruẽdus. Data. XV.
Calendas Iulij,Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA DECIMASEXTA eiusdem,ad Theodosium augustum.

C ACceptis clementiæ vestræ literis, & multum vniuersali ecclesiæ gaudendũ esse pro-
spexi,quòd Christianam fidem,qua diuinitas honoratur,& colitur,in nullo dissimi-
lem,in nullo vult esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam mise-
ricordiam dei efficacius suffragetur,quàm si vna gratiarum actio, & vnius cõfessionis sacri-
ficium maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotum & cunctorum fidelium ita
demum erit plena deuotio,si in his, quæ per vnicum dei filium deum verbum pro nostra re-
demptione sunt gesta,nihil aliud sentiatur,quàm quod ipse prædicari de se iussit,& credi.Vn
de quanuis ad diem concilij episcopalis,quem pietas vestra cõstituit,occurrere me ratio nul-
la permittat,quum nec aliqua ex hoc exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non
patiatur deserere ciuitatem,præsertim quũ tam euidens fidei causa sit, vt rationabilibus cau-
sis ab indicenda synodo fuisset abstinendum, tamen inquantum dominus iuuare dignatur,
D meum studium commodaui, vt clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis
hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quiq; præsentiæ
meæ impleant vicem,quia non talis quæstio orta est,vnde aut possit,aut debeat dubitari.Da-
ta.XII.Calend.Iulij,Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA DECIMASEPTIMA EIVSdem,ad Pulcheriam augustam.

E QVantum sibi fiduciæ de fide vestræ clementiæ ecclesia dei debeat polliceri, multis
probauimus sæpe documentis,dum sicut spiritu sancto docente,didicistis,illi per o-
mnia potestatem vestram subiicitis, cuius munere & protectione regnatis. Vnde
quia contra integritatem fidei Christianæ, dissensionem quandam in Constantinopolitana
ecclesia,Eutyche autore,generatam,fratris & coëpiscopi mei Flauiani,relatione cognoui, vt
totius causæ speciem synodalium gestorum textus ostenderet, dignum gloriæ vestræ est, vt
error qui de imperitia magis,quàm de versutia natus est,auferatur,priusquam vllas vires de
consensu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat. Nam quantum Nestorius à veritate
excidit, dum dominum Iesum Christum de matre virgine hominem solum asserit natum,
F tantum etiam hic à catholico tramite deuiauit, qui de eadem virgine æditum, non nostræ
credidit esse naturæ,vt quòd formam serui gessit, quod nostri similis fuit, atque conformis,
quædam nostræ carnis fuerit imago,non veritas. Nihil autem prodest dominum nostrum,
beatæ Mariæ virginis filium,hominem dicere,si non illius generis,atque seminis homo cre-
ditur,cuius in ipso euangelij exordio prædicatur.Vnde multum doleo,multumq; contristor,
quod hic,qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra vnicam spem no-
stram,patrumq; nostrorum vana & nimis peruersa audet astruere. Qui quum videret insipi-
entiæ suę sensum catholicis auribus displicere,reuocare se à sua opinione debuerat,ne ita ec-
clesiæ præsules commoueret,vt sententiam damnationis exciperet.Quã vtique si in suo sen-
su voluerit permanere,nullus poterit relaxare.Sedis enim apostolicæ moderatio hanc tem-

perantiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

perantiam seruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniã cupiat præstare correctis. Quia G
ergo mihi multa fiducia est de pietatis vestræ syncerissima fide, obsecro gloriosissimam cle-
mentiam vestram, vt sicuti sancto studio tuo catholica prædicatio semper adiuta est, ita nũc
*al.lucida quoq; eiusdẽ faueas libertati. Nõ enim portiuncula aliqua fidei nostræ, quę minus * lucide sit
clara, pulsatur, sed hoc imperita resultatio audet incessere, quod dñs in ecclesia sua neminẽ
voluit ignorare. Et ideo pro vestræ pietatis cõsuetudine elaborare dignemini, vt contra sin-
gulare sacramentũ salutis humanæ, quod blasphema insipientia protulit, ab omniũ animis re-
pellatur. Ac si ipse, qui in hac tentatione incidit, resipiscat, ita vt, quod male senserat, propria
voce, & subscriptione condemnet, communio illi sui ordinis reformetur. Quod etiam fratri, H
& coëpiscopo meo Flauiano me clementia vestra scripsisse cognoscat, & his, quos misimus
delegasse, vt venia concedatur, si error aboletur. Ne autem piissimi principis dispositioni, qua
episcopale concilium voluit congregari, nostra videretur præsentia defuisse, fratres meos
Iulianum episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui
vicem præsentiæ meæ implere sufficerent. Sed ei, qui in errore est, melius consuletur, si vbi
desipuit, ibidem resipiscat, & vbi damnationẽ meruit, illic indulgentiam consequatur. Data
Idus Iunij, Asterio & Protogene. vv. cc. consu.

EPISTOLA DECIMAOCTAVA EIVS-
dem ad Iulianum episcopum. I

Literæ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt redditæ, quàm spirituali catholicæ fidei
vigeas amore demonstrant, & multum gaudere me faciunt, quod in eadem senten-
tia pia corda concurrunt, vt secũdum doctrinam spiritus sancti impleatur in nobis,
1. Cor. 1. b quod Apostolus ait: Obsecro autem vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt
idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu,
& in eadem sententia, cuius vnitatis nimium se Eutyches facit extraneum, qui in sua per-
uersitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis à domino sit obligatus, intelligit. Et quan-
quam sacerdotem domini reperiendum putat, qui eius imperitiæ, amentiæq; consentiat, diu K
apud nos incertum fuit, quid in ipso catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flauiani nul
las literas sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur,
non plene potuimus discere, vnde procederet, vel quo tẽderet tam dolosa causatio. Sed post-
eaquam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallacium
querelarum velamine tegebantur, quàm essent detestanda, patuerunt. Et quia clementissimus
Imperator, pro beneuolentia, ac pietate animi sui, de statu huius, qui ante honorabilis vide-
batur, diligentius voluit iudicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale cõcilium, per
fratres nostros Iulianum episcopum, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconũ
Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi ad fratrem nostrum Flauianum, sufficientia L
pro qualitate causæ scripta direxi, quibus & vestra dilectio, & ecclesia vniuersa cognoscat, de
antiqua, & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quid diuinitus traditum tenea-
mus, & quid incommutabiliter prædicemus? Quia tamen non debemus partes miserationis
omittere, congrua moderatione credidimus sanciendum, vt si condemnatus presbyter ple-
na satisfactione corrigitur, sententia, qua obstrictus est, relaxetur. Si vero, in eodem insipien-
tiæ suæ luto iacere delegerit, statuta permaneant, & cum eis habeat sortem, quorum est secu-
tus errorem, Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA DECIMANONA EIVS- M
dem ad Flauianum episcopum.

Profectis iam nostris, quos ad vos in fidei causa direximus, per filium nostrum Basi-
lium diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio
communis sollicitudinis* indidisses, quoniam & gesta ante delata, de omnibus nos
*al. indidi-sti sufficienter instruxerãt, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti, per
quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per dei gratiam, in qua fidimus, cohorta-
mur, vtentes verbis apostolicis, atque dicentes: In nullo terreamini ab aduersariis, quæ est il
lis causa

A lis causa perditiõis, vobis autem salutis. Quid enim tam exitiabile, quàm negata veritate in- Philip. 1. d
carnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissoluere, & apostolo contraire di-
centi manifeste. Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Quid
tam gloriosum, quàm contra inimicos natiuitatis, & crucis Christi pro fide euangelica dimi 1. Timo. 3. d
care? De cuius purissimo lumine, inuictaq; virtute, datis iam ad tuam dilectionẽ literis, quid
in nostro esset corde patefecimus, ne de illis, quæ secundum doctrinam catholicam didici-
mus, & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam valida, & tã cla-
ra sunt testimonia veritatis, vt nimis cæcus, nimisq; obduratus habendus sit, qui ad coruisca-
tionem lucis, atque rationis non confestim se à tenebris falsitatis excusserit, ad curãdam im-
B peritorum insaniam, etiam patientiæ volumus adhibere medicinam, vt paternas increpatio-
nes hi, qui in senectute carnis suæ mente sunt paruuli, discant obedire maioribus. Ac si depo-
sita imperitiæ suæ vanitate resipiscunt, omniq; errore damnato fidem veram, singularemq;
suscipiunt, misericordia eisdem episcopalis beneuolentiæ nõ negetur, mansuro iudicio, quod
præcessit, si impietas merito condemnata, in sua prauitate perstiterit. Data. x. Calend. Augu-
sti, Asterio, & Protogene consu.

EPISTOLA VIGESIMA EIVSDEM
ad eundem Cõstantinopolitanũ episcopum.

C

AVget sollicitudinem nostram taciturnitas tua, qui iamdiu nulla dilectionis tuæ scri
pta susceperimus, cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti,
frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam literas miserimus, vt ad-
hortationum nostrarum consolationibus te iuuaremus, vt aduersariorum stimulis pro fidei
defensione non crederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatẽ tuam
nostros credimus peruenisse, per quos plenius scriptis, mandatisq; nostris instructum te esse
retines, & Basilium ad te (vt volueras) ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua prætermissum occasio-
D ne te crederes, per filium nostrum honorabilem, & amabilem nobis virum Esitium, hanc pa
ginam dedimus, vt tota celeritate ad scripta nostra respondeas, nosq; subinde de tuis acti-
bus, nostrorúmque, & de totius causæ absolutione facias certiores, vt sollicitudinem, quam
nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuntiis molliamus. Data. III. Idus Au-
gusti, Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA VIGESIMAPRIMA
eiusdem ad Constantinopolitanos.

E

EO episcopus & sancta synodus, quæ in vrbe conuenit, clero, honoratis, & plebi Vt propha-
consistenti apud Constantinopolim dilectissimis filiis in domino salutem. In no- naiudicãtur
titiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno in hac epi-
animum nostrum fatemur mœrore confusum, nec tantum licuisse iniquitati, facile potuis- stola cõcilij
semus credere, nisi filius noster Hilarius diaconus, qui à nobis vice nostra cum aliis, vt in- Ephesini se-
teresset synodo, missus fuerat, fugiens reuertisset, declinans, ne iniustæ particeps esset senten- cũdi acta, &
tiæ. Quippe quum vox illic à nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes ipẽditur cõ-
(qui totum solus ibi potentiæ suæ vendicauit) audire contempsit, in consortium suæ voluntа- solatio Cõ-
tis inuitos protrahens sacerdotes, vt per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis stãtinopoli-
F causam idoneam reperissent. Sed hos ausus pio, & Christianissimo principi confidimus mi- tanis, p dest
nime placituros. At nunc quia ecclesiam vestram hac ratione cognouimus dissipatam, con- tutiõe põtifi
solandos, adhortandosq; vos esse credidimus nostris epistolis, vt pro catholicæ fidei defen- cis sui Fla-
sione perfidorum nequitiæ resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc mœrore per- uiani.
celli, cum maior gloria vestram sit subsecutura constantiam, si à probabili sacerdote vestro
nullæ vos minæ, nulla formido diuulserit. Quisquis enim incolumi, atque superstite Flauia-
no episcopo vestro sacerdotium eius fuerit ausus inuadere, nunquam in communione nostra
habebitur, nec inter episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua peruersi-
tate anathematizauimus, ita eos, qui veritatẽ carnis nostræ in domino Iesu Christo denegãt,
pari execratione damnamus. State igitur in spiritu catholicæ veritatis, & Apostolicam co-
hortatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philip.1.d hortationem ministerio nostri oris accipite,quia vobis donatum est,pro Christo non solum, G
vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Nolite arbitrari (dilectissimi) quòd
sanctæ ecclesiæ suæ desit,aut defutura sit diuina protectio. Splendescit enim fidei puritas,cum
ab ea sordes separantur errorum. Vnde iterum,iterumq; vos ante conspectum domini obte-
stamur,pariter & monemus,vt à fide,in qua fundati estis,& in qua Christianissimum princi-
pem nouimus permanere,nó insidiis,non cuiusquam persuasionibus moueamini, sed in per-
sona episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis pro quo idem omnia pati, quæ fuerunt il
lata,non metuit,cuius per omnia imitatores,vos esse cupimus,vt cõmune cum ipso præmiũ
fidei habere possitis. Data Idibus Octobris, Asterio & Protogene consulibus.

H

EPISTOLA VIGESIMASECVNDA EIVS-dem ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis.

REo episcopus,& sancta synodus,quæ in vrbe Roma conuenit clero,honoratis,& ple
bi consistenti Constantinopoli. Licet de his, quæ in concilio sacerdotum apud
Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat, eo, quòd sicut consonans
fama dispersit,& ipso rerum monstratur effectu,nec iustitiæ illic moderatio,nec fidei est ser- I
uata religio,de vestræ tamen deuotionis pietate gaudemus,& in sanctæ plebis acclamationi-
bus,quarum ad nos exempla delata sunt,omnium vestrorum probamus affectum,quia & vi-
uit,ac permanet apud bonos filios,optimi patris iusta dilectio, & catholicæ doctrinæ erudi-
tionem in nulla patimini parte corrumpi. Non dubie enim, sicut vobis spiritus sanctus rese-
rauit, Manichæorum confœderantur errori,qui ab vnigenito dei filio,verũ & nostræ naturæ
hominẽ negant esse susceptũ, omnesq; eius coporeas actiones simulatorij volũt fuisse fantas-
matis. Cui impietati,ne in aliquo præberetis assensum,iam per filium meum Epiphanium, &
Dionysium Romanæ ecclesiæ notarios,cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direxi-
mus,quibus confirmationem,quam expetistis,vltro præbuimus,vt nos paternam vobis curã K
Dist.38.Si ĩ laicis videt non dubitetis impendere,ac modis omnibus laborare,vt auxiliante misericordia dei,omnia
quæ ab imperitis,& ab insipientibus,excitata sunt scandala,destruantur. Nec quisquam sibi au
deat de sacerdotali honore blandiri,qui potuerit in execrandi sensus impietate conuinci. Nã
si vix in laicis tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in eis, qui præsunt, nec excusatione
est digna, nec venia,maxime cum etiam defendere pertersarum opinionum commẽta præ-
sumunt & in consensum suum,aut errore,aut gratia insanabiles quosq; traducunt? Separẽtur
huiusmodi à sanctis membris corporis Christi,neque sibi catholica libertas infidelium iugũ
patiatur imponi. Extra enim donum diuinæ gratiæ, & extra sacramentum habendi sunt sa-
lutis humanæ,qui negantes naturam nostræ carnis in Christo, & euangelio contradicunt, & L
De cõs. dis. 2. In quibus isti. symbolo reluctãtur. Nec sentiunt se in hoc præruptum sua obcæcatione deduci, vt nec in pas-
sionis dominicæ, nec in resurrectionis veritate consistant, quia vtrunq; in saluatore vacua-
tur,si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantiæ tenebris,in quo hacte-
nus desidiæ torpore iacuere,vt nec auditu discerent,vel lectione cognoscerent,quod in eccle
sia dei in omnium ore tam consonum est,vt nec ab infantium linguis veritas corporis & san
guinis Christi inter communis sacramenta fidei teneatur? Quia in illa mystica distributio-
Ephe.1.c.d ne spiritualis alimoniæ hoc impartitur,hoc sumitur,vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in
carnem ipsius,qui caro nostra factus est,transeamus. Vnde & ad confirmationem charitatis
vestræ,quæ laudabili fide inimicis veritatis obnititur,apte,atq; opportune sermone, affectuq; M
Apostoli vtar, & dicam: Propterea,& ego audiens fidem vestram,quæ est in Christo Iesu,&
dilectionem in omnes sanctos,non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens
in orationibus meis,vt deus domini nostri Iesu Christi,pater gloriæ, det vobis spiritum sa-
pientiæ,& reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit
spes vocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens
*al.nõ habetur illum. magnitudo virtutis eius in nobis,qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis
eius,quam operatus est in Christo,suscitans illum à mortuis,& constituens* illum ad dexte-
ram suam in cœlestibus,supra omnem principatum, & potestatem, & virtutẽ,& dominatio-
nem,& omne nomen,quod nominatur,non solum in hoc seculo,sed etiam in futuro,& om-
nia sub-

A nia subiecit sub pedibus eius,& ipsum dedit caput supra*omnem ecclesiam,quę est corpus ip- *al.omnia ecclesiæ.
sius,& plenitudo eius,qui omnia in omnibus adimpletur. Dicant hi aduersarij veritatis,quã-
do omnipotens pater,vel secundum quam naturam,filium suum super vniuersa prouexerit?
vel cui* substantiæ cuncta subiecerit. Deitas enim verbi par in omnibus, & consubstantia- *al.substan tiam cunctã cunctæ.
lis est patri,& sempiternæ,atque intemporaliter vna eademq; potentia est genitoris,& geni-
ti. Creator quippe omnium naturarum,quoniam per ipsum omnia facta sunt,& sine ipso fa- Ioan.1.a
ctum est nihil,superest omnibus,quæ creauit,nec vnquam creatori suo non fuerunt nõ sub-
iecta,quæ condidit,cui proprium,& sempiternum est, nec aliunde quàm de patre, nec aliud
esse quàm pater est. Huic si addita est potestas,si illustrata dignitas,si exaltata sublimitas,mi-
B nor erat prouehẽte, qui creauit,nec habebat diuitias eius naturæ,cuius indiguit largitate. Sed
talia sentientem in societatem suam Arrius rapit,cuius peruersitati multum hæc suffragatur
impietas,negans verbo dei humanam inesse naturam, vt dum humilitatem in dei maiestate
fastidit,aut falsatam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passio-
nesq; corporeas deitatis potius fuisse dicat quàm carnis, quodlibet autem defendere audeat,
prorsus insanum est,quia nec pietas fidei,nec ratio recipit sacramenti,vt aut aliquid passa sit
deitas,aut in vllo mentita sit veritas. Impassibilis igitur dei filius deus,cui cum patre, & spi-
ritu sancto vna incommutabilis trinitatis essentia,hoc quod est esse,perpetuum est,in ea ple-
nitudine temporis,quæ sempiterno consilio fuerat præstituta & prophetica dictorum, atque
C gestorum significatione promissa,factus filius hominis non suæ conuersione substantiæ, sed Lucæ.19.b
nostræ assumptione naturæ,venit quærere & saluare,quod perierat. Venit autem non locali
accessu,nec motione corporea, tanquam præsens futurus, vnde abfuisset, aut illinc recessu-
rus,vnde venisset,sed venit per hoc, quod erat visibile & commune cernentibus declaran-
dus,humanam scilicet carnem,atque animam in viscera virginis matris accipiens,vt ma
nens in forma dei,formam serui sibimet,& similitudinẽ peccati carnis vniret,per quam non
minueret diuina humanis,sed augeret humana diuinis. Talis enim erat omniũ à primis du-
cta genitoribus causa mortalium,vt,originali peccato trãseunte per posteros, nullus pœnam
damnationis euaderet,nisi verbum caro fieret,& habitaret in nobis,in ea,scilicet natura,quę Ioan.1.b.
D nostri & sanguinis esset,& generis. Propter quod dicit Apostolus: Sicut per vnius delictum Roma.5.d
in omnes homines in condemnationem,sic & per vnius iustitiam in omnes homines ad iu-
stificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt
multi,ita & per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Et iterum: Quia enim 1.Cor.15.c
per hominem mors,& per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes mo-
riuntur,ita & in Christo omnes viuificabuntur. Hi vtique omnes,qui licet in Adam sint nati
in Christo tamen inueniuntur renati,habentes fidei testimonium,& de iustificatione gratiæ,
& de cõmunione naturæ,quam,qui susceptam ab vnigenito dei filio in vtero Dauidicæ vir-
E gine diffitetur,ab omni sacramento Christianæ religionis alienus est,& nec sponsum agno-
scens,nec sponsam intelligens,nuptiali non potest interesse conuiuio. Caro enim Christi ve-
lamen est verbi,quo omnis,qui Christum confitetur,integre induitur. Erubescens autem il-
lud,& quasi indignum refutãs, nullum ex eo habebit ornatum,ac licet se regio inferat festo,
sacrisq; se epulis importunis immisceat,discretionẽ tamẽ regis fallere improbus conuiua nõ Mat.22.b
poterit,sed sicut ipse dominus protestatus est,tolletur,ligatis manibus & pedibus. & mittetur
in tenebras exteriores,vbi erit fletus & stridor dentium. Vnde,quicunq; in Christo non con-
fitetur corpus humanum,nouerit se mysterio incarnationis indignum, nec eius sacramenti
habere consortium. Quod apostolus prædicat,dicens: Quia membra sumus corporis eius,de Ephe.5.f
carne eius,& ossibus eius,propter hoc relinquet homo patrem,& matrem,& adhærebit vxo-
F ri suæ,& erunt duo in carne vna. Et exponens,quid per hoc significaretur,adiecit. Sacramẽ-
tum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo,& in ecclesia. Ab ipso ergo principio gene
ris humani hominibus Christus est denuntiatus,in carne venturus. In qua (sicut dictum est)
& erunt duo in carne vna,vtique duo sunt,deus,& homo,Christus, & ecclesia, quæ de sponsi Ioan.19.f
carne prodiit,quando ex latere crucifixi manante sanguine,& aqua,sacramentũ redemptio-
nis,& regenerationis accepit. Ipsa est enim noua conditio creaturæ,quæ in baptismate nõ in-
dumento veræ carnis, sed contagio damnatæ vetustatis exuitur,vt efficiatur homo corpus
Christi,quia &*Christus corpus est hominis. Vnde non deum tantum,dicimus Christum,si- *al.Christi
cut hæretici Manichæi,nec hominem tantum,sicut hæretici Fotiniani, nec ita hominem, vt
aliquid ei desit,quod ad humanam certum est pertinere naturam,siue animam,siue mentem
rationalem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

*al.quæ nõ' de fœmina' sumpta sit, sed facta.

rationalem,siue carnem,*quam non de fœmina sumpsit, sed factam de verbo in carnem cõ- G
uerso,atq; mutato,quæ tria falsa,& vana Apollinaristarũ hæreticorum tres partes varię protulerunt. Nec dicimus,quòd beata virgo Maria hominem sine deitate cõceperit, qui creatus à spiritu sancto,postea sit susceptus à verbo,quod Nestoriũ prædicantem merito iusteq; damnauimus;sed dicimus Christum dei filium deum verum, natum de deo patre, sine vllo initio temporis,eundemq; hominem verum,natum de matre homine,certa plenitudine temporis,

*aliâs,ei. aliâs,vnus Ioan.10.f Ioan.14.d

nec eius humanitatem,qua maior est pater,minuere aliquid*eius naturæ, qua æqualis est patri.Hoc autem vtrumq; vnus est Christus,qui verissime dixit,& secundum deum, ego & pater;vnum sumus,& secundum hominem,pater maior me est.Hanc fidem(dilectissimi) verã, & indissolubilem,quæ sola veros efficit Christianos, quamq; vt intelligimus, & probamus H
pio studio,& laudabili amore defenditis, perseueranter tenete,& constanter asserite.Et quoniam oportet vos post diuinum auxilium,etiam catholicorum principum gratiam pro mereri,humiliter,ac sapienter exposcite,vt petitioni nostræ,qua plenariam indici synodum postulamus,clementissimus Imperator dignetur annuere,quo citius adiuuãte misericordia dei, & sanis fortitudo augeatur,& morbidis,si curari acquiescãt,medicina præstetur. Data Idibus Octobris,Asterio,& Protogene:vv.cc.consu.

EPISTOLA VIGESIMA TERTIA EIVSDEM ad Theodosium Augustum, de sancta synodo Ephesina, in qua Eutychetis hæresis quorundam episcoporum praI uo intellectu adiuta est.vnde hortatur eundem Augustum,vt priscæ fidei constitutio ab eis non violetur, sed dei sacerdotes totius orbis adunentur.

EEo episcopus,& sancta synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, Theodosio Augusto. K
Literis clementiæ vestræ,quas dudum ad beati Petri Apostoli sedem, pro catholicæ fidei amore misistis,tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per vos veritatis, & pacis, vt in causa tam simplici , tamq; minuta nihil putaremus posse existere, quod noceret, præsertim cum ad episcopale concilium,quod haberi apud Ephesum præcepistis,tam instructi sint missi,vt si scripta,quæ vel ad sanctam synodum,vel ad Flauianum episcopũ detulerũt episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes , ita manifestatione purissimæ fidei,quã diuinitus inspiratam,& accepimus,& tenemus,omniũ*congressionum strepitus quieuisset,vt nec imperitia vltra desiperet,nec occasionẽ nocẽdi æmulatio reperiret. Sed

*al.cõcertationum

dum priuatæ causæ religionis exercẽtur obtentu,cõmissum est impietate paucorũ, quod vni- L
uersam ecclesiam vulneraret. Comperimus enim nõ incerto nuncio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt,narratore Hilario diacono nostro(qui vix , ne subscribere per vim cogeretur effugit)conuenisse ad synodum plurimos sacerdotes,quorũ vtiq; frequentia*collationi,& iudicio profuisset,si is,qui sibi locũ principalem vendicabat, sacerdotalem moderationem cu-

*al.consultationi.

stodire voluisset,vt(sicut moris est)omniũ sentẽtiis ex libertate prolatis,id trãquillo, & æquo cõstitueretur examine,quod & fidei cõgrueret,& erratibus subueniret. In ipso autem iudicio non omnes,qui cõuenerant,interfuisse cognouimus.Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos,qui pro suprad icti sacerdotis arbitrio,impiis subscriptionibus captiuas manus dederent,& nociturí,statui suo scirent,nisi imperata fecissent,talemq; ab ipso prolatam esse sen- M
tẽtiam,vt dum homo vnus impetitur,in omnẽ ecclesiam sæuiretur.Quod nostri ab apostolica sede directi,adeo impiũ,& catholicæ fidei contrarium esse viderunt, vt ad cõsentiendum nulla potuerint oppressione compelli, constanterq; in eadem synodo(vt decuit)fuerint protestati,nequaquã id,quod cõstituebatur,sedem apostolicam recepturam,quoniã reuera omne Christianæ fidei sacramentũ(quod absit)à tẽporibus vestræ pietatis excluditur,nisi hoc scelestissimum facinus,quod cuncta sacrilegia excedit , aboleatur . Quia vero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos,& ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis illudit, vt pro salubribus persuadeat nocitura, remouete,quæsumus à vestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei, quodq; in secularibus negotiis legum vestrarum æquitate conceditur,

A ditur , in rerum diuinarum pertractatione præstate , vt Christi euangelio vim non inferat humana præsumptio . Ecce ego, Christianissime, & venerabilis Imperator , cum consacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ vestræ synceri amoris officium cupidensque vos placere per omnia deo , cui pro vobis ab ecclesia supplicatur , ne ante tribunal Christi domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram vnius deitatis inseparabili trinitate , quæ tali facto læditur , cum ipsa vestri sit custos, & autor Imperij, & coram sanctis angelis Christi , vt omnia in eo statu manere iubeatis , in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur.Nec alieno peccato patiamini vos grauari, quia (quod necesse est nos dicere) veremur , ne cuius religio dissipatur , indiB gnatio prouocetur . Præ oculis habete , & tota mentis acie reuerenter aspicite beati Petri gloriam , & communes cum ipso omnium Apostolorum coronas , cunctorúmque martyrum palmas , quibus alia non fuit causa patiendi , nisi confessio veræ diuinitatis , & veræ humanitatis in Christo , Cui sacramento , quia impie nunc à paucis imprudentibus obuiatur , omnes partium ecclesiæ nostrarum , omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus , & lachrymis supplicant sacerdotes , vt quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat , aut mitiget , ne aliquid vltra sit vel in fide dubiũ, vel in charitate diuisum , conuenientibus vtique Orientalium prouinciarum episcopis,quorum si qui superati minis , atque iniuriis à veritatis tramite deuiarunt , salutaribus remediis C in integrum reuocentur,ipsiq;,quorum est causa durior,si consiliis melioribus acquiescant ab ecclesiæ vnitate non discedant. Quam autem post appellationem interpositum hoc necessarie postuletur,canonum Nicææ habitorum decreta testantur,quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta , quæq; subter adnexa sunt . Fauete catholicis vestro more , parentúmque vestrorum.Date defendendæ fidei libertatem,quam salua clementiæ vestræ reuerentia , nulla vis nullus poterit mundanus* timor auferre.Cum enim ecclesiæ causa statum regni vestri agamus & salutis,vt prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini,defendite contra hæreticos incõcussum ecclesiæ statum,vt & vestrũ Christi dextera*defendatur Imperium.Datum III.Idus Octob.Asterio,& Protogene.vv.cc.consu.Era qua supra.

*al.terror

*al,defẽdat

D

EPISTOLA VIGESIMA QVARTA EIVSDEM Leonis papæ ad Pulcheriam Augustam,contra eandem secundam sanctam synodum Ephesinam, vt eius errores in alia synodo retractentur.

EEo episcopus,& sancta synodus,quæ in vrbe Roma conuenit,Pulcheriæ Augustę. Si epistolæ,quæ pro fidei causa per nostros clericos directæ sunt , ad vestram pietatem peruenissent,certum est,remedium vos,his rebus,quæ contra fidem factę sunt,aspirãte vobis domino,prẽstare potuisse.Quãdo enim sacerdotibus,quãdo Christianę religioni, aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinẽ vestram adeo nõ potuerunt peruenire,qui missi sunt,vt ad nos vix vnus illorum Hilarius diaconus noster fugiens sit reuersus,iterãda scripta credidimus.Et vt validiores preces nostrę esse mereantur,ipsorum scriptorũ, quę ad clementiam vestram non peruenerunt,exẽpla subiecimus, amplioribus vos obtestationibus obsecrantes,vt quãto*acerbiora facta sunt,quibus pro sede regia,vos conuenit contraire, tanto maiore gloria , in qua excellitis,curam eius religionis habeatis , ne catholicę fidei integritas vlla humanarũ concertationũ occasione violetur. Quę enim cõgregata apud Ephesinam synodum,sopienda,& sananda,pacis*remedia credebãtur,hęc nõ solum in maiora pacis dispẽF dia,sed(quod nimis dolendum est)etiam in ipsius fidei,qua Christiani sumus,excidia processe runt.Et ij quidem,qui missi sunt,quorumq; vnus vim Alexãdrini episcopi,sibi omnia vendicãtis,effugiens,rerũ gestarum nobis ordinẽ fideliter nuntiauit,reclamarũt in synodo(sicut oportuit)vnius hominis nõ tam iudicio,quàm furori,protestãtes,ea quę per vim,metumq; gererentur, sacramentis ecclesię,& ipsi symbolo ab Apostolis instituto , præiudicare non posse, nec se ab ea fide vlla iniuria seperandos,quam plenissime expositam , atque digestam , à sede beati apostoli Petri ad sanctam synodũ detulissent.Cuius cum recitatio, poscẽtibus episcopis

*al.ãpliorã

*al.remedio

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit admissa,vt scilicet remota ea fide,quæ patriarchas,prophetas,apostolos, & martyres G
coronauit,generatio Iesu Christi domini nostri secundũ carnem,& veræ mortis, ac resurrectionis eius confessio(quod horremus dicere)solueretur, scripsimus de hac re(vt potuimus)
al.exẽplar ad glorioſiſſimũ principem,& quod est maximũ Christianum,cuius epistolæ pariter exempla subiecimus,vt fidem,qua renatus per dei gratiam regnat,nulla sineret nouitate corrumpi,quoniã Flauianus episcopus in nostra omnium cõmunione persistit,atq; hoc,quod factum est sine cõsideratione iustitiæ,& cõtra omnium canonũ disciplinã, ratum haberi, ratio nulla permittit,&quia dissensionis scãdalum nõ abstuliſſet Ephesina synodus,sed auxisset,de habẽdo intra Italiam cõcilio,& locus cõstitueretur,& tẽpus,omnibus querelis,& præiudiciis partis vtriusq; suspẽsis,quo diligentius vniuersa,quę offensionẽ generauerãt, retractẽtur & absq; vulnere fidei,absq; religionis iniuria in pacẽ Christi redeant,quæ per impotẽtiam subscribere H
coacti sunt sacerdotes,& soli auferãtur errores.Quod vt obtinere mereamur, probatissimæ nobis fidei pietas tua,quæ labores ecclesiæ semper adiuuat,supplicationem nostram apud clementissimum principem sibi specialiter à beatissimo Petro Apostolo legationem cõmissam
*al.afferre dignetur*asserere,vt priusquam ciuile hoc & exitiale bellum intra ecclesiam cõualescat,redintegrandæ vnitatis copiam & modum, deo auxiliante, concedat,sciens Imperij sui viribus
*al. data tertio Idus profuturum,quicquid catholicæ libertati,benigna ipsius fuerit dispositione collatum. Data pridie Idus Octob.Asterio & Protogene.vv.cc.consu.Era.qua supra.

EPISTOLA VIGESIMAQVINTA EIVSDEM ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum.. I

QVæ & quanta dilectio tua pro catholicę fidei defensione patiatur,per diaconũ,qui ab Epheso furtim est lapsus,cognouimus. Et licet magnificemus deũ,qui te gratiæ suæ virtute confortat,necesse est tamen nos dolere eorum ruinas,per quos veritas, impugnatur,& ipsa totius ecclesiæ fundamenta quatiuntur. Quia vero prouidentia dei semper suis necessarium præstat auxilium,scire debet fraternitas tua, nos pro communi causa nihil K
eorum,quæ agenda sunt,præterire,vt primitus ad ea,quæ vniuersitati fidelium prosint, peruenire mereamur.Sin est,vt fortiter interim dilectio tua toleret,quæ sibi ad æternam gloriã non dubitat profutura. Perlator sane brevis huius epistolæ fidei sermone poterit enarrare, quicquid illud est,ad quod,adiuuante domino, studio fidei, & charitatis intendimus. Data tertio Calend.Octobris,Asterio & Protogene consu.

EPISTOLA EIVSDEM VIGESIMASEXTA ad Faustum,& cæteros Archimandritas Constantinopolitanos,qua adhortatur eos ad constantiam in omni bono,maxime fidei & charitatis,& detestatur acta secundum concilii Ephesini. L

*al.ciuitate Romana collecta *al.monasteriorum Cõstantinopolitanorũ. Galat.1.d
IEo episcopus & sancta synodus,quæ in* vrbe Roma conuenit,Fausto,Martino,Petro, & Magno, & Heliæ presbyteris, & Archimandritis* Constantinopolitanis, dilectissimis filiis in domino salutem. Quanuis ea, quæ ad Constantinopolitanam ecclesiam scripsimus, sollicitudinem deuotionis vestræ latere non possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vestram literis cohortandam esse credidimus, vt me- M
mores sanctæ professionis vestræ,quæ propriæ in fide,& charitate consistit, omnia scandala, quæ cõtra pacem ecclesiæ orta sunt,à vestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiã pia mente retinẽtes.Si quis vobis euãgelizauerit præter id,quod accepistis, anathema sit, & custodiẽtes vnitatẽ cum fratre nostro Flauiano episcopo,quẽ ad tempus dominus permisit impiorũ factione tẽtari,vt probatũ sibi sacerdotem suũ perseuerantiæ merito faceret clariorem.
Ephe.5.f Hæ autem perturbationes,necesse est,vt auxiliante dei gratia,celeriter destruantur, & omne, quod reprobũ est,ab ecclesię puritate,quæ nec maculã,nec rugam recipit, respuatur, maxime cum ab insana imperitia in hoc vsq; proruptũ sit,vt cõtra sacramentũ salutis humanæ incarnatiõis domini nostri Iesu Christi veritas denegetur, atq; antiquę fidei prędicator atq; defensor,quia nõ acquieuit blasphemiis,quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnauere,

A uere,subiiciatur iniuriis,in quo vtique omnium domini sacerdotum reuerentia ceditur, & vniuersa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est, quicquid nos pati deus voluerit, & pro veritate tolerare, in consortium vos patientiæ paternis exhortationibus aduocamus, vt per dilectionem vestram omnibus deo seruientibus, quæ scripsimus, innotescant, & inimicis euangelij resistentes, nec pastoris vestri dilectionem, nec vnitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea,quæ in Epheso nuper contra iustitiam, vel canonum disciplinam per vnius hominis* impudentiam gesta sunt,nulla catholicæ fidei ratio *al.potẽtiã
rata esse permitit. Data octauo Idus Octobris,Asterio & Protogene consu.

B EPISTOLA VIGESIMASEPTIMA EIVSdem ad Anastasium episcopum Thessalonicensem.

QVantum relatione Hilarij diaconi nostri cognouimus, magnum facinus Alexandrino episcopo autore, vel executore commissum est, vt dum in fratrem nostrum Flauianum veteres æmulationes, & odia priuata desæuiunt, nec innocentiæ probatissimi sacerdotis, nec Christianæ fidei parceretur. Vnde multum dilectioni tuæ congratulamur, quòd te, ad illam synodum ire cupientem, opportunis obstaculis manus diuina obC tinuit, ne absenturus proculdubio à tanto scelere,indignis iniuriis subiaceres, & furori impio militibus, quantum didicimus, armisque suffulto, contraire non posses. Quia ergo prorupit in apertum perfidia,quæ latebat, & in nephandissimam hæresim vnius imperitissimi senis asseclę transierunt, tempus probationis nostræ debemus agnoscere, & contra impetus aduersantium, munitionibus cœlestibus freti, incommutabilis animi constantiam præparare. Scimus, frater charissime,quia sacramento magnæ pietatis suæ aderit diuina protectio. 1.Tim.3.d
Si quid igitur fraternitati tuæ de impiis constitutionibus fuerit ingestum, protestamur, pariD ter, ac monemus, ne vel in damnationem fratris insontis, vel in receptione nefarij dogmatis consensum tui cordis immisceas. Maior est enim, qui in nobis est, quàm qui aduersus nos. Annitere potius, quantum te ipse naturæ nostræ susceptor, & glorificator adiuuerit, vt omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab euangelio generationis, & mortis, ac resurrectionis domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus, difficatholicæ fidei fundamenta conuellere. Data tertio Idus Octobris, Asterio & Protonitissimum est, in nostræ communionis numero non futuros eos, qui conantur antiqua gene consulibus.

EPISTOLA VIGESIMAOCTAVA. eiusdem ad Iulianum episcopum.

E

COgnitis, quæ apud Ephesum vnius hominis præsumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus, de his, quæ impie, furioseque commissa sunt, sed ad dominum nostrum animos dirigentes, multam fiduciam ab ipsa, quam sequimur, veritate concipimus, non omittentes omnia agere, quæ auxiliante dei gratia credimus profutura. Tenendum ergo nobis est,quod tenemus,& sequente vnius turbinis procella,serenissima fidei est amplectenda tranquillitas, donec radios suos veritas per vniuersa diffundat,& caliginem infidelitatis consumat?Quæ autem dispositа sunt,per latoris sermonem agnosces.
F Data tertio Idus Octob. Asterio & Protogene consulibus.

EPISTOLA VIGESIMANONA EIVSdem ad Pulcheriam aug.de his quæ superius postulauit.

Valentiniano septies & Auieno consulibus, circa annum Christi, teste Cassiodoro.cccclij. secundum Marianum Scotum ad ueritatem euangelij. ccccl.xxi.iuxta autem Dionysij cyclum.cccc.xlix. qui est pontificatus Leonis papæ annus.xi.fuit scripta præsens epistola,& similiter. v.sequentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*al.euãgelicę veritati

Eo episcopus Pulcheriæ augustæ. Gaudere me plurimum, & exultare in domino, pietatis tuæ scripta fecere, quibus euidenter ostenditur, quantum catholicam diligas fidem, & quantum hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & * euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa religionis Christianæ conatur fundamenta conuellere, negans sempiterni patris filium sempiternum, de vtero beatæ virginis matris, veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percellens, qui ab euangelica, & apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illúdque frustra prætendens, quod Nicænæ synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienum, gloriosissima augusta. Vnde, quia non deserit ecclesiam suam diuina
Mat.28.c protectio, dicente domino: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, eodèmque opere, & tempore spiritus dei & clementiæ vestræ sollicitudinem, & curam nostri cordis, accendit, vt de remediis procurandis eadem vtrique cuperemus, quæ prius popposci, nunc quoque instantius peto, maiore vtens fiducia deprecandi, posteaquam præsidium venerandæ exhortationis accepi, sperans affuturam misericordiam dei, vt, cooperante vestra clementia, pestiferi erroris possit morbus auferri, vt quicquid, ipso inspirante, atque auxiliante, potuerit salubriter fieri, cum vestræ fidei laude peragatur, quoniam
23.q.5.Res autẽ omnes. res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia, & sacerdotalis defendat autoritas. Data sextodecimo Calendas Aprilis, Valentiniano augusto septies, & Auieno, viris clarissimis consulibus. Era. CCCCLXXXVIII.

EPISTOLA TRIGESIMA LEONIS papæ ad Martianum & Faustum presbyteros exhortatoria, de damnatione secundi Ephesini concilii.

Bonorum operum, & spiritualium studiorum deum autorem esse, non dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. Quod nobis præsenti experimento euidenter apparuit. Si quidem, inter discretarum spacia longinqua regionum, vnum sumpserunt corda nostra consilium, vt quod à nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo epistolæ vestræ mittebantur, occurrerit, si tamen dilectioni vestræ tradi scripta nostra potuere, quæ non solum apostolicæ sedis autoritate, sed etiam sanctæ synodi, quæ ad nos frequens conuenerat, vnanimitate directa sunt, vt in his, quantam curam totius ecclesiæ habeamus, appareat, hortando, scilicet, omnium fidelium mentes, & clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios, & catholicos animos non diffidimus, opem atque autoritatem suam iustis petitionibus præstituros, quo citius, auxiliante domino, pernitiosa hæresis, & dudum sanctorum patrum autoritate damnata, quæ & nuper Ephesi male adiuta est, auferatur. Interimvero det operam (quantum fieri potest) vestra dilectio, vt omnibus ecclesiæ filiis innotescat, quod contra impium sensum, secundum doctrinam euangelicam, & apostolicam prædicamus. Quia licet plene, quæ semper fuisset, atque esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nunc quoque, ad confirmandas omnium mentes, non parum exhortationis addidimus. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius à domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentiæ occasione, scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credimus, vt nullo modo fidei, quam defendimus prædicatio, nostræ notitiæ subtrahatur. Data. XVI. Calend. Aprilis, Valentiniano augusto. vij. & Auieno, viris clarissimis consu.

Epistola

EPISTOLA TRIGESIMA PRIMA EIVSDEM ad Theodosium augustum, vbi scripsit, vt id, quod de incarnatione filii dei ab Anatholio Constantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & vniuersale concilium in Italia fiat.

Omnibus quidem vestræ pietatis epistolis, inter eas sollicitudines, quas pro fide patimur, spẽ nobis securitatis maximã præstitistis, Nicænũ commẽdando concilĩu, adeo, vt ab illo, sicut sæpe iã scribitis, nõ patiamini sacerdotes dñi deuiare. Sed ne aliquid in præiudiciũ catholicæ defensionis viderer egisse, de ordinatione eius, qui Cõstantinopolitanæ cœpit ecclesiæ præsidere, nihil interim in alterutram partẽ* temere rescribendũ putaui, *al.sibi
non dilectionẽ negans, sed manifestationẽ catholicæ veritatis expectans. Quod æquanimiter ferat obsecro vestra clemẽtia, vt cum talem se erga fidẽ catholicam, qualem cupimus, approbarit, de synceritate ipsius copiosius, & securius gaudeamus. Ne vero aliqua illũ de nostro animo mordeat sinistra suspitio, occasionẽ toti° difficultatis amoueo, nec aliquid exigo, quod aut arduũ videatur, aut dubium, sed ad id, quod nullus catholicorũ refutet, inuito. Noti enim sunt per vniuersum mundũ, atq; manifesti, qui ante nos siue Græca, siue latina lingua in catholicæ veritatis prædicatione fulserunt, ad quorum scientiã, atq; doctrinam quidã etiam nostrę *al.studiis
ætatis accedunt, de quorum* scriptis par, & multiplex profertur instructio. Quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiã hunc qui nũc male repullulat, abscidit errorẽ. Relegat itaq; sollicite, quę à sanctis patrib° incarnatiõis dominicę fides fuerit custodita, semperq; similiter prædicata, & cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexãdrini episcopi epistolam (qua Nestorium corrigere & sanare voluit, prauas prædicationes ipsius arguens, & euidẽtius fidem Nicænæ definitionis exponens, quamq; ab eo missam apostolicæ sedis scrinia susceperant) prędecentium sensui perspexerit consonantem, Ephesinæ etiã synodi gesta recensęat, quibus cõtra Nestorij impietatẽ, à sanctæ memoriæ Cyrillo inserta, & allegata sunt, de incarnatione domini catholicorum testimonia sacerdotũ. Non aspernetur etiã meam epistolam recensere, quã pietati patrũ per omnia concordare reperiet. Cũq; à se hoc, quod eidem profuturũ sit, expeti, desiderariq; cognouerit, catholicorũ sententiis toto corde cõsentiat, ita vt synceram cõmunionis fidei professionẽ, absolutissima subscriptione, corã omni clero, & vniuersa plebe declaret, apostolicæ sedi, & vniuersis domini sacerdotibus, atq; ecclesiis publicandã, vt pacificato per vnã fidem mũdo, possimus omnes dicere, quod angeli, nato de Maria virgine saluatore, ceci- Luc.2.1.b
nerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia vero & nos, & beati patres nostri, quorũ doctrinam & veneramur, & sequimur, in vnius fidei cõcordia sumus, sicut prouinciarũ omnium protestantur antistites, agat clemẽtiæ vestræ deuotissima fides, vt quamprimũ ad nos Constãtinopolitani episcopi, qualia debẽt, probati, & catholici* sa- *al.episcopi
cerdotis scripta perueniãt, aperte, scilicet, atq; dilucide protestantia, ęp si quis de incarnatione verbi dei aliud aliquid credat, aut asserat, quàm catholicorũ omnium, & mea professio protestatur, hunc à sua cõmunione secernat, vt ei fraternã in Christo charitatẽ merito possimus impendere. Vt autẽ salubribus curis velocior, pleniorq;, auxiliante domino, per vestræ clemẽtiæ fidem præstetur effectus, ad pietatẽ vestram fratres, & coẽpiscopos nostros Abundium, & Asterĩu, sed & Basilium, & Senatorẽ presbyteros, quorũ mihi deuotio est probata, direxi, per quos, quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis institutionibus (quas misimus) possitis dignãter agnoscere, vt si Cõstantinopolitanus antistes in eandem cõfessionẽ toto corde consentit, secuti (vt dignũ est) de ecclesiastica pace lætemur, neq; aliquid residere videatur ambiguum, vt de superfluis forsitan suspitiõibus laborem°. Sin vero aliqui à puritate nostræ fidei, atq; patrũ autoritate dissentiunt, cõcilium vniuersale intra Italiam, sicut synodus, quæ ob hanc causam Romæ cõuenerat, mecum petit, clementia vestra cõcedat, vt in vnum cõuenientibus omnibus, his, qui aut ignorantia, aut timore prolapsi sunt, correctionis remediis cõsulatur, nec cuiquam vltra sit liberũ, ita Nicænæ synodi facere mentionem, vt eius fidei inueniatur esse contrarius, quoniã & vniuersæ ecclesiæ, & vestro hoc imperio profuturũ est, si vnus deus, & vna fides, vnũ sacramẽtum salutis humanæ, vna totius mũdi confessione teneatur. Data. XVII. Calend. Augusti, Valentiniano. vij. & Auieno viris clarissimis consu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA TRIGESIMASECVNDA.

G

LEo episcopus Fausto,Martiano,Petro,Manuheli,Iob,Antiocho,Viuatiaco,Abrahamo,Theodoro,Pientio,Eusebio,Helpidio,Paulo,Asterio,&*Charaso presbyteris, & Archimandritis,& Iacobo diacono, & Archimandritæ. Causa fidei, in qua salus Christiana consistit,multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem, ne prauitas,quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis & pertinacior fiat,& latior. Nam cum clementissimus Imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace vniuersalis ecclesiæ demonstraret, & ipse Constantinopolitanus episcopus,& hi,qui eundem consecrarant,præter id,quod ad ordinationem noui antistitis pertinebat,nihil nobis de compressis,vel abdicatis erroribus indicarunt,quasi in illa ecclesia nullum scandalum,nulla extitisset offensio, aut non hinc præcipue fuerit ordinati meritum demonstrandum,si aliena à se,quæ catholicorum sensibus sunt aduersa,docuisset.Ne ergo(quod inter longinquas regiones accidere solet, vt nimias dilationes tenderent veritatis examina) fratres, & coëpiscopos nostros Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros probatissimos viros,ad* probatissimum principem cum sufficienti paternarum autoritatum instructione direximus.Quos in omnibus,fratres charissimi,diligentia, ac sollicitudine vestra cupimus adiuuari, vt impietas, quæ cæcis ausibus in exitialia abrupta processit,simplices quosque dicipiendi vlterius non habeat potestatem,cum aptiore medicina, etiã illis cupiamus per correctionis remedia subueniri,qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore tracti.Et ideo vos,qui iustificamini per fidem,qui catholicam diligitis veritatem,& de singulari sacramento salutis humanæ per spiritum sanctum estis edocti,collaborate nobiscum, &, quanta potestis deuotiõe,*id agite,vt falsitate destructa,& fidei soliditate defensa,secura per totum mundum dei pace potiamur.Data.XVII.Calend.Augusti,Valentiniano augusto.vij.& Auieno viris clarissimis consulibus.

*al.Caroso

*al.piissimum

*al.satagite

H

I

EPISTOLA TRIGESIMATERTIA LEONIS papæ,ad Pulcheriam augustam,pro his quæ superius Theodosium augustum postulauit.

K

LEo episcopus Pulcheriæ augustæ. Gaudeo fidei clementiæ vestræ,quod religiosum studium dignanter impenditis,vt pax ecclesiastica renouetur,quæ quorũdam dissentionibus videtur esse turbata.Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ,vt ablatis omnibus scandalis, quæ cõtra catholicam fidem inimicus excitauerat, vna, eademq; sit per totum mundum confessio veritatis,quæ facilius,certiusq; reparabitur, si prauorum sensuum nulla semina,nulla vestigia relinquantur. Quod tamen mearum partium est,præterire non debeo,vt scilicet, quid de incarnatione filij dei à Constantinopolitano episcopo teneatur,agnoscam,præsertim cum in ordinatione ipsius plura præcesserint,taliaq; ad nos debuerit scripta dirigere,quæ illum à contagione huius, qui nuper emersit,erroris alienum euidenter ostenderent.Optans itaq; securam cum eo habere concordiam, gratiamq; illi fraternæ charitatis impendere,scribere ei interim distuli,non dilectionem negans,sed manifestationem catholicæ veritatis expectans.Simplex enim est,atque absolutum, quod posco, vt remoto longarum disputationum labore,sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolæ, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat,in qua & errorem Nestorij arguit, & fidem Nicænæ definitionis exposuit, & epistolæ meæ, quæ ad sanctæ recordationis Flauianum episcopum est directa,consentiat. Quibus vigilanter inspectis, Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi, quod ausa est contra puram, & singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat,quia & mea, & sanctorum patrum de incarnatione domini concors per omnia,& vna confessio est.Quam,si quis existimauerit,non sequendam,ipse se à compage catholicæ vnitatis abscindet,cum tamen nos,vt in integrum omnia reuocetur, optemus, Ad effectum vero salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres, & coëpiscopos meos Abundium, & Asterium,sed & Basilium, & Senatorem presbyteros probatissimos viros misi, qui clementiæ vestræ formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium patrum

L

M

A patrum prædicamus,offerrent,& remotis circũlocutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione filij dei,à totius orbis probatis sacerdotib⁹ defensum fuisset,ostẽderent. Quos post diuinam gratiam,sancto vestræ pietatis auxilio dignum est adiuuari, ne in totius ecclesiæ perturbationẽ,imprudens procedat cõtentio,cum correctione adhibita,omnes oportet in vnius cõfessionis redire cõcordiam.A qua,si forsitan ab aliquibus discrepatur,vniuersale conciliũ sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra annuente, iubeatur, quo remota arte fallendi,tandem pateat,quid altiore tractatu aut coërceri debeat aut sanari. Data XIII.Calend.Augusti,Valentiniano augusto.vij.& Auieno,viris clarissimis consu.

B EPISTOLA TRIGESIMAQVARTA EIVSDEM ad Martinum presbyterum.

GRatias agimus deo, & multam fiduciam piæ exultationis accepimus, cum dilectionem tuam,& catholicam fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscim⁹, vt cordibus vestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre tentatio, ad quam diuinitus destruendam,nec defuit(vt scitis)sollicitudo nostra,nec deerit, donec omnipotentis dextera omnia diaboli arma confringat.Cui ob hoc aliquid audere permittitur, vt à fidelibus Chri-
C sti gloria maiore vincatur.Si quid autem difficultatum interuenit, aut morarum,cum æquanimitate tolerandum est, quoniam vbi veritas est magistra, nunquam desunt diuina solatia, fratres charissimi.Quanuis ergo magna locorum interualla nos diuidant,vnitate tamen fi- Philip.1.d
dei vobiscum sumus,& toto corde Iesum Christum dominum nostrum verum deum, & verum hominem confitentes,nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestræ professionis concordia gloriamur,tantũ vt sit, auxiliante domino,constantia perseuerans,dicẽte Apo
D stolo:Vobis enim datum est pro Christo non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini.Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres nostros, atque legatos,quos pro apostolicæ fidei libertate direximus,& quos dudum apud vos esse confidimus,plurimum credimus profuturos,cum totius actionis nostræ didiceritis affectum, & curam vestram,atque consilium operi iunxeritis. De qua re non necesse est nunc latius scribere,cum iam per supradictos sufficientes epistolas miserimus, quibus abundantissime omnis 1.Tim.3.d
catholica fraternitas instruatur.Diuinæ erit virtutis, & gratiæ,vt dei filius, qui naturam humani generis suam fecit,amplius quàm videmus,aut sapimus, magnum pietatis suæ asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis cordibus non potuit. Data Idibus Septembris,Valentiniano & Auieno consulibus.

E EPISTOLA TRIGESIMAQVINTA EIVSDEM ad Leonem Rauennatem episcopum,de his,qui de captiuitate redeuntes,incertum habent,vtrum ante captiuitatem baptisma consecuti sunt.

Martiano augusto consule,teste Cassiodoro,circa annum Christi.ccccliij.secundum autem Marianum Scotum ad euangelij ueritatem.cccclxxij. iuxta uero Dionysij cyclum. cccc. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus.xij.fuit scripta hæc epistola.

TITVLI CAPITVLORVM SEQVENtis epistolæ.

F

De paruulis,qui in captiuitatem deuenerunt, & baptismum non reminiscuntur se consecutos. I

Vt ab hæreticis baptizatus per impositionem manus spiritũ sanctũ accipiat. II.

LEo episcopus Leoni episcopo Rauennati salutem. Frequenter quidẽ in diuersarum ambiguo quæstionum titubantia fratrum corda,spiritu dei instituente,solidauimus,responsionis formam vel ex sanctarum scripturarum disciplinis, vel ex patrum regulis colligẽtes.Sed nuper in synodo nouum, & inauditum antea genus cõsultationis exortum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVLVM I.

Nam quorundam fratrum suggestione comperimus,aliquos captiuorum ad sedes suas,libertatemq; redeuntes,qui scilicet,in captiuitatem illa ætate peruenerint, quæ nullius rei firmam poterat habere notitiam, remedium quidem implorare baptismi. Sed vtrum eiusdem mysterij ante sacramenta perceperint, infantiæ inscientia nõ posse reminisci,& ideo sub hoc latentis recordationis incerto,animas suas in discrimen adduci,dum sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur,quia putatur impensa. Cum itaque tribuere talibus dominici sacramenta mysterij , non immerito quorundam fratrum formido dubitaret, in synodali(vt diximus) cœtu formam huiuscemodi consultationis accepimus,quam diligentius discutr,& pro vniuscuiusque sensu solicita voluimus ratione tractari,quo ad veritatem, adhibita cognitione multorum,certius peruenire possemus. Eadem ergo, quæ in sensum nostrum diuina inspiratione venere,frequens etiam fratrum firmauit assensio.In primis itaque prouidere debemus , ne dum speciem quandam cautionis tenemus , damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicationibus suis deditus, vt verum esse definiat, quod omni manifestatione cessante,ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque baptizatũ se, nec ille recordetur,qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, *quod nesciat consecratũ,nihil est,in quo peccatũ possit obrepere, cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit, qui consecratur,nec ille qui consecrat.Scimus quidẽ inexpiabile esse facinus,quotiens iuxta hæreticorum dogmata à sanctis patribus instituta,cogitur aliquis,lauacrum,quod regenerandis semel tributũ est,bis subire, apostolica reclamante doctrina, quæ nobis vnam prædicat in trinitate deitatem,vnam in fide confessionem, vnum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur,quoniam non potest in iterationis crimen deuenire,quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo,quoties persona talis inciderit, solicita primum examinatione discutite,& longo tempore,nisi forte supremus finis immineat, indagate,vtrum nemo sit penitus,qui testimonio suo iurare possit ignorantiam nescientis.Et cum constiterit,hunc,qui baptismatis indiget sacramento,sola inaniter suspitione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam,cuius in se nullum scit esse vestigium.Necvereamur huic salutis ianuam aperire, quam nunquam ante docetur ingressus.

2 Quod si,ab hæreticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur,sed hoc tantum,quod ibi defuit, conferatur, vt per episcopalem manus impositionem virtutem sancti spiritus consequatur.Quam rem,frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus peruenire notitiam, ne dum plus iusto metuitur,misericordia dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Kalendas Nouembris, consulatu Martiani augusti.

De cõ.dist. 4. Cum itaque baptis. *alias, qui

EPISTOLA TRIGESIMA SEXTA EIVSdem ad Martianum Augustum.

Martiano & Adelphio consulibus circa annum Christi, teste Cassiodoro. cccclij. secundum Marianum Scotum ad ueritatem euangelij. cccclxxij. iuxta uero Dionysii cyclum.cccl. qui fuit põtificatus Leonis papæ,annus.xij .scripta est præsens epistola,& similiter.xiij.sequentes.

Literas pietatis vestræ accepisse me gaudeo,& ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco,cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quantas itaque clementiæ vestræ gratias referamus,non ex verbis nostris,sed ex beneficiis vestris, quæ ecclesiæ contulistis,agnoscite,nõ ambigentes, qualem illũ retributorem in omnibus habeatis,pro cuius estis tam pia religione soliciti,& qui vos(vt res ipsa demonstrat)ad hoc,vt fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur,elegit.Hæc à me nunc breuiter per fratris mei Anatholij clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus, quæ ad curam meam pro statu ecclesiarum,& concordia pertinent domini sacerdotum , per legatos nostros scripta direximus . Data Idibus Aprilis , Adelphio consule.

Epistola

EPISTOLA XXXVII. EIVSDEM AD PVLcheriam Augustam ,in qua gratias agit,quod Nestorianam & Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit.

QVOD semper de sancta pietatis vestræ mente præsumpsimus , id plenissime experiendo cognouimus,Christianam fidem(quanuis diuersis prauorum appeteretur insidiis) vobis tamen præsentibus , & in defensionem eius à domino præparatis , non posse turbari . Non enim deus aut suæ misericordiæ sacramentum , aut vestri laboris deserit meritum,quo dũdum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus ecclesiæ depulistis,quum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit , quia non fefellit famulam & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni,per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit,vt per solicitudinem vestram ea,quæ per Eutychen diabolus molitus est,non laterent,& qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant,vna catholicæ fidei virtute procumberent.Secunda ergo hæc vobis, de perempto Eutychetis errore,victoria est,quem, si quid sani cordis habuisset, dudum in authoribus suis perculsum,olimq; prostratum,facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediuiua tentaret incendia commouere, vt in eorum transiret consortium, quorum sequutus esset exemplum,glorioſissima augusta .Libet igitur exultare cum gaudio, & pro vestræ clementiæ prosperitate,digna deo vota persoluere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus domini euangelium prædicatur, *duplicem iam & palmam contulit, & coronam . Clementia igitur vestra agnoscat, omnem Romanam ecclesiam vniuersis fidei vestræ operibus plurimũ congratulari,siue ꝓ legationem nostram pio per omnia adiuuistis affectu, & ꝓ sacerdotes catholicos,qui de ecclesiis suis iniusta fuerunt electi sentẽtia,reduxistis,siue ꝓ reliquias sanctæ memoriæ Flauiani innocentis, & catholici sacerdotis ad ecclesiam (cui bene præfuit) fecistis cũ honore debito reuocari.In quibus vtique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini , & ab agro domini spinas & tribulos vultis auferri.Quosdam sane episcopos de his,qui rebus impiis videntur præbuisse consensum,reconciliationem reposcere , & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum , quàm fratris & coëpiscopi mei Anatholij,cui testimonium ferre dignamini,relatione cognouimus quorum desideriis sic præbemus effectum, vt correctis, & quæ male sunt facta, propria subscriptione,damnantibus,participata nostrorum (quos misimus) cura, quum supradicto episcopo pacis gratia tribuatur, quia deuotionis vtrunq; est Christianæ, vt & pertinaces veritas iusta coërceat,& conuersos charitas non repellat. Quia vero nouimus,quantum piæ solicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere , indicandum esse curauimus, fratrem & coëpiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem,cuius commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus . Illud etiam à vestra pietate poscentes , quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio,vt tam fratrem & coëpiscopum meum Iulianum,quàm Constantinopolitanos clericos,qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæsere,ea,qua debetis, gratia faueatis.De omnibus vero pietatem vestram per nostros,quid fieri,aut declinari deberet, instruximus. Data idibus Aprilis,Adelphio viro clarissimo consule.

*al.duplicis gloriæ pal,

EPISTOLA XXXVIII. EIVSDEM AD ANAtholium Constantinopolitanum episcopum.

De fide eius,scriptis missis,probata. I
De his, qui metu in hæresim lapsi sunt, ut si conuersi fuerint recipiantur. II
De nominibus hæreticorũ ad altare nõ recitandis. III
De commendatione Iuliani episcopi,uel eorum clericorũ,qui Flauiano episcopo fide adhæserũt. IIII

CAPITVLVM. I.

DEO episcopus Anatholio episcopo. Gaudemus in domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur,quia sicut dilectionis tuæ literis, & fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus,relatione cognouimus,sequacem te euangelicæ eruditionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis ostendis,vt per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quòd tota ecclesia ei- G
2.Cor.11. dem credita est,ne rugam cuiusquam sit erroris habitura vel maculam,dicēte Apostolo: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo ecclesia, sponsa vnius viri Christi,quæ nullo se patitur errore vitiari,vt per totum mundum, vna nobis sit vnius communionis integritas,in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & gestorum quæ sumpsimus,seriem necessariis (sicut oportuit) munitam subscriptionibus approbamus. Vt ergo inuicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros *Casterium presbyterum, Patricium, & Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta *al.Charterium. detulere,cum epistolis nostris,post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicātes nos (vt supra diximus) de Constantinopolitanæ ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curā semper impendimus,vt eam nulla velimus hæreticorum fraude violari. H

2 De fratribus vero,quos & epistolis tuis, & legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognouimus,eo quòd doleant, se contra potentiam, contraq; terrores non tenuisse constantiam, sed alieno sceleri præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset,vt in damnationem catholici, atq; innocentis antistitis, & in receptionem detestabilis prauitatis trepido famularentur obsequio,illud quidem,quod præsentibus,& agentibus nostris,constitutum est,approbamus,vt suarum interim ecclesiarum essent cōmunione contenti,sed cum legatis nostris (quos misimus) participata tecum solicitudine volumus, dispo- I
1.q.1. In ecclesia dei quæ corpus natur, quatenus hi, qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, & accusare magis se eligunt,quàm tueri,pacis & communionis nostræ vnitate lætentur,ita vt digno prius anathemate,quæ contra fidem catholicam sunt recepta,damnentur. Aliter enim in ecclesia dei,quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos pōtifex reconciliet,verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur,dicente Apostolo: Christus Iesus,qui mortuus est,immo qui & resurRoma.8.g rexit,qui est in dextera dei,qui etiam interpellat pro nobis. Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi,cum satisfacientes recipimus,quos doluimus esse deceptos. Nec K
aspere igitur communionis nostræ gratia deneganda est,nec temere largienda,quia sicut plenum pietatis est,oppressis charitatem dominicam redhiberi,ita iustum est, omnia perturbationis authoribus imputari.

3 De nominibus autem Dioscori, Iuuenalis, & Eustachij ad sacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri, ibidem constituti, faciendum esse dixerint, quodq; honorandæ sancti Flauiani memoriæ non repugnet, & à gratia tua Christianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis est, atq; incongruum,eos,qui innocentes, &
*al. cū damnatam catholicos sua persecutione vexarunt,sanctorum nominibus sine discretione miscerī. *Condemnatam impietatem non deserentes,ipsi se sua prauitate *condemnent,quos conuenit,aut L
*al.cōdemnant percelli pro perfidia,aut laborare pro venia.

4 Fratrem vero,& coëpiscopum nostrum Iulianum,vel clericos,qui sanctę memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæserunt,dilectioni quoq; tuæ volumus adhærere,vt quem fidei suę meritis viuere apud deum nostrum nouimus,in te sibi eum præsentem agnoscant. Illudq; dilectionem tuam nosse volumus,fratrē & coëpiscopum nostrū Eusebium,qui causa fidei multa discrimina,labores q; tolerauit,nobiscum interim demorari,& in nostra nunc communione persistere,cuius ecclesiam,tua solicitudine volumus esse defensam,vt nihil eodem absente,depereat,& nullus ei in aliquo præiudicare præsumat, donec cum literarum nostrarum ad vos prosecutione perueniat. Et vt maior circa te vel nostra,vel totius Christianæ plebis affe- M
ctio prouocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam peruenire,vt qui deo nostro deseruiunt,de confirmata apud te pace sedis apostolicæ, gratulentur. De cæteris vero causis atq; personis,dilectio tua literis,quas per nostros accipiet, plenius instruetur. Data Idus Aprilis.

EPISTOLA XXXIX. EIVSDEM AD IVlianum episcopum.

SITERAS fraternitatis tuæ per filios nostros Constantinopolitanos clericos, nuncias tuæ salutis accepi, quibus te magnis tribulationibus grauatum fuisse significas, cum

A cum vtiq; non defuerit materia solicitudini, & laboribus,quæ inter procaces catholicæ fidei aduersarios,inhærentem veritati animum fatigarent,idq;(vt scribis) fuerit animo,vt per occasionem necessitatis,& nobis te,& patriæ præsentares. Quod verum futurum speraueram, vt apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerem. Sed gratias deo, quod ita incolumitas tua, & ecclesiæ causa profecit, vt liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis consensus innotuit,sicut & fratris Anatholij scripta profitentur, & gesta,quæ apud ipsum coram nostris sunt confecta,demonstrant fratribus remeantibus. Ergo prædictis salutationibus vicissitudinem reddo, & vt contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneas, fideliter exhortor, cum tibi ad hoc, & tuus animus, & nostra autoB ritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sunt,quod scilicet doleant se deceptos, & damnata perfidia cum autoribus suis, gratiam nostræ communionis exposcant, quod nos adeo libenter accepimus, reddituri his hanc, quam desiderant, communionem, quum promissa compleuerint, quosdam persistere in sua obdurationе cognouimus, quos oportet districtius comprimi,si nequeunt benignitate sanari. Ad quam rem,nostros post diem venerabilem dirigemus,qui tecum participato consilio,ea quæ à nobis constituta fuerint,exequantur. Data Idibus Aprilis,Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XL. EIVSDEM AD MARTIANVM
C Augustum,in qua pro conseruatione catholicæ fidei illi congratulatur.

QVANVIS per Constantinopolitanos clericos ad pietatem vestram ante rescripserim,sumptis tamen clementiæ vestræ literis,per virum illustrem præfectum vrbis filium meum Tacianum magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agnoui. Cui sancto desiderio,digna æquitate confer
D tur, vt quem statum esse cupitis religionis, eandem habeatis & regni. Nam inter principes Christianos,spiritu dei confirmante concordiam,gemina per totum mundum fiducia roboratur,quia profectus charitatis & fidei,vtrorumq; armorum potentiam insuperabilem facit, vt propitiato per vnam confessionem deo,simul & hæretica falsitas,& barbara destruatur hostilitas, glorioßissime imperator. Aucta igitur per Imperialem amicitiam spe cœlestis auxilij, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cuiusquam procaci, impudentiq; versutia quasi de incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et quum ab euangelica, apostolicaq; doctrina nec vno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere,quàm beati apostoli & patres nostri didicere, atq; docuerūt, nunc demū indisciplinatæ moueātur,& impiæ quæstiones,quas olim mox, vt eas per apta sibi cordaE da diabolus excitauit,per discipulos veritatis spiritus sanctus extinxit. Nimis autē iniquū est, vt per paucorū insipientiā ad cōiecturas opinionū & ad carnaliū disceptationū bella reuocemur,tanq̄ reparata disceptatione tractandum sit, vtrū Eutyches impie senserit,& vtrū impie Dioscorus iudicarit,qui in sanctæ memoriæ Flauiani condēnatione se perculit, & simpliciores quosq;,vt in eandē ruinam prouoluerētur,impegit,quorū multis iam(vt cognouimus) ad satisfactionis remedia conuersis,& veniā de incōstanti trepidatione poscentibus,nō cuiusmodi sit fides,tractandum est,sed eorum precibus qualiter annuendum. Vnde piissimæ solicitudini vestræ,quam de indicenda synodo habere dignamini,per legationem,quæ confestim ad clementiam vestram, deo annuente, perueniet, quicquid ad causæ vtilitatem arbitror pertiF nere,plenius atq; opportunius suggeretur. Data.ix.Calend.Maij,Adelphio viro clariss.cons.

EPISTOLA XLI. EIVSDEM AD MARTIANVM
Augustum,de directa vicis suæ legatione Constantinopolim,pro Chalcedonensi concilio faciendo.

POPOSCERAM quidem à glorioßa clementia vestra,vt synodum, quam ad reparandam orientalis ecclesiæ pacem,à nobis etiam petitam, necessariam iudicastis, aliquantisper differri ad tempus opportunius iuberetis,vt liberioribus ab omni perturbatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbatione animis, hi quoq; episcopi, quos hostilitatis metus detinet, conuenirent. Sed quia G
pio studio humanis negotiis diuina præponitis,& rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum,si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in euangelij prædicatione discordia,ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans vt omnium cordibus catholica fides,quæ non potest nisi vna esse,firmetur. A cuius integritate & Nestorius antea,& nunc Eutyches, diuersis quidem callibus, sed impietate non impari deuiarunt, abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra syncerum veri luminis fontem, de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaq; synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo,merito iusteq; damnauit,& quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedij pertinere. Sequens vero in prædicta ciuitate non potest vocari concilium, quod in H
euersionem fidei fuisse constat agitatum,quodq; vestra clementia amore veritatis,catholicis affutura,aliud statuendo,cassabit,gloriosissime Imperator. Vnde per ipsum dominum nostrũ Iesum Christum,qui regni vestri est autor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestrã, vt in præsenti synodo fidem,quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditam prędicarunt, non patiamini, quasi dubiam retractari, & quæ olim à maiorum sunt authoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari.Illudq; potius iubeatis, vt antiquæ Nicænæ syno di constituta,remota hæreticorum interpretatione,permaneant.Nec me quoq; (vt voluit ve stra clementia) ab illo credatis abesse cõcilio,cum in his fratribus,quos dij exi,id est,Paschasino,& Lucentio episcopis,Bonifacio, & Basilio presbyteris, sed & fratre meo Iuliano, quem I
eorum volui esse participem,etiam mea sit æstimanda præsentia.Quos,auxiliante Christo,ita acturos esse confido,vt ea,quæ domino nostro placeant,decernentes, accedente pietatis vestræ studio consulant,quod & paci prosit,& religioni sit custodia veritatis. Data.vj.Calend. Iunij,Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XLII. EIVSDEM AD MARTIANUM Augustum,vbi inter cætera pro defensione fidei Imperatori gratulatur. K

MVLTAM mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram,& literæ vestræ, quas veneranter accepi, & coëpiscopi mei reuertentes à Constantinopoli præbuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis iam operum effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicæ fidei diuinum in vobis vigere præsidium. Quo vtiq; non solum ecclesię status,sed etiam vestri robur munitur Imperij,vt merito eius expectetis,protectionem, cuius colitis veritatem,gloriosissime Imperator.Nam vt & fratris mei Anatholij citius manifestaretur integritas, & olim damnati erroris rediuiuus assertor locum in Christi ecclesia non haberet, vt catholici episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio, deprauare non po- L
tuit, ab iniustis reuocarentur exiliis, vtq; reliquiis beatæ memoriæ Flauiani digno honore susceptis,impietatem suam condemnator eius agnosceret, vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus. Cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum, vt sicut Constantinopolitana ecclesia, recepta apostolicæ fidei libertate, lætatur, ita omnes regni vestri prouinciæ emundatas se esse à diabolici dogmatis contagione glorientur.Vt ergo præcedentibus literis indicaui,fratres meos Lucentium episcopum,& Basilium presbyterum, qui solicitudinis meæ partes possint implere, direxi, fauori eos pietatis vestræ in omnibus, quæ sunt agenda,commendans.Nam cum & fratris mei Anatholij scriptis,& nostrorum sermone co
gnouerim,multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi, detestabilibus sta- M
tutis præbuere consensum,pœnitendo inconstantiæ suæ veniam postulare,& communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere, non fuit talium negligenda conuersio,
*al.improbi qui non proprio sensu, sed *impij præsumptoris impulsu in hæc incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere iudicium.Ne itaq; resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos & sine discretione susciperet,iniunctum est ab apostolica sede directis,vt in consortium suæ deliberationis,accito Constantinopolitanæ vrbis antistite,& pestilentiæ contagia,non admittantur,& sanitatis remedia non negentur. Quæ industria,in omnibus, quæ nequiter gesta sunt, emendandis, celerem (iuuante domino) consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticæ opem suam vestra pietas dignetur adiungere,vt,

A gere, vt vobis in terra regnantibus, & dei regnum intra vos habere mereamini, & catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam euangelicam deserere,& sacerdotali honore gaudere.Synodum vero fieri,vt meminit vestra clementia,etiam ipsi poposcimus.Sed sacerdotes prouinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit,quoniam illæ prouinciæ, de quibus maxime sunt euocandi,inquietante bello,ab ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Vnde opportuniori tempori,propitiato domino, cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vestra clementia reseruari.De qua re plenius inter cætera,apud pietatem vestram, poterunt allegare, quos missi. Data *v.Idus Iunij,Adelphio viro clarissimo consule.

Causa designatur,prohibens celebrare concilium

*al.vij.Idus

B

EPISTOLA XLIII. EIVSDEM AD PVLcheriam Augustam

RELIGIOSAM pietatis vestræ solicitudinem,qua vniuerso mundo, deo inspirante,consulitis,crebrioribus alloquiis incitare præsumo, vt operum vestrorum perfectum necessaria perfectio subsequatur, ac sicut de statu Constantinopolitanæ ecclesiæ gratulamur, cuius & sacerdos & populus catholicæ puritatis fidem iam tenere cognoscitur,ita etiam aliorum concors nobiscum sit de verbi incarnatione confessio. Vnde quod fa- C
cturum me aliis literis indicaueram, Lucensem episcopum, & Basilium presbyterum fratres meos dirigere præparaui,qui dispositiones meas,fratris mei Anatholij deuotione sociata,secundum eas, quas acceperunt regulas, exequantur. Sicut enim prædicti episcopi scriptis, & clericorum eius suggestione patefactum est,multa sunt,quæ indulgentius sunt curanda,multa quæ iustius coercenda, vt in causa tantæ perturbationis, nec districtio nimis fit aspera, nec remissio parum cauta, quum aliud satisfacientibus,aliud pertinacibus debeatur.Offertur ergo pietati vestræ digna materia,quæ placitã domino curam sancti cordis exerceat,& precedentium meritorũ coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Nestoriana impietas,ita & Eutychiana blasphemia ab omnium est catholicorum eliminanda
D consortio. Quia tam impium est, consubstantialem & consempiternam patri filij deitatem, etiam ex vtero virginis matris partu æditam negare corporeo, quàm vnam in dei filio post incarnationis sacramentum affirmare naturam,vt scilicet aut humanitas eius refutetur, aut deitas cum vnione vtriusq; essentiæ, nec altera sit in alterutram versa, nec assumpta in assumente finita.Sed & verbi incommutabilitas,& carnis,atq; animæ veritas maneant inseparabiliter in vnitate personę,quod qui testificante lege,credẽtibus patriarchis,annuentibus prophetis, prædicante euangelio, docentibus apostolis, & toto mundo confitente non credunt, extra sacramentũ corporis Christi, extra vnitatẽ sunt nominis Christiani. Quorũ sicut ruinam dolemus,ita perfidiam detestamur. Vt aũt circa talium personas syncerũ seruetur vbiq;
E iudicium,& aliud correctis,& aliud pertinacibus rependatur,vestra pietas nostros,qui ab apostolica sede sunt missi, fouere dignetur, eorumq; omnes, quas iniunximus, adiuuet actiones, quo citius ac facilius,auxiliante domino,quæ ad vestram gloriam,& ad totius ecclesię pacem proficiant,exequantur. De Eutyche autem totius scandali & prauitatis authore hoc clementia vestra præcipiat, vt ab eo loco, qui Constantinopolitanæ vrbi nimis vicinus est, longius transferatur,ne frequentioribus solatiis eorum,quos ad impietatem suam traxit,vtatur.Monasterio quoq; ipsius,cui pernitiose,indigneq; præfedit, catholicum abbatem iubete præponi, qui illam seruorum dei congregationem & à prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbuere. Data Idibus Iunij,Adelphio viro clarissimo consule.

F

EPISTOLA XLIIII. EIVSDEM AD ANATHOlium Constantinopolitanum episcopum,de his,qui hæreticorũ erroribus metu,nõ voluntate implicantur, vt per satisfactionẽ in ecclesia suscipiãtur.

SICET sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, vt tamen efficacior tua fieri possit industria,necessarium & congruum fuit,fratres meos Lucentium episcopum,& Basilium presbyterum (vt promisimus) destinare,quibus tua dilectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectio societur,vt nihil in his, quæ ad vniuersalis ecclesiæ statum pertinent, aut dubie aga- G
tur,aut segniter,cum residentibus vobis,quibus exequutionem nostræ dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatione, vt nec benevolentiæ partes, nec iustitiæ negligantur,sed absq; personarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri,catholicæ primitus fidei seruetur integritas,vt quia per omnia,angusta & ardua via est, quæ ducit ad vitam, neq; in sinistram, neq; ad dexteram ab eius
Matth.7.b tramite deuietur.Et quia euangelica & apostolica fides omnes expugnat errores,& ab vno latere.Nestorium deiicit,ab alio Eutychen, & participes eius elidit. Hanc regulam mentoH te seruandam,vt quicunq; in illa synodo,quæ nomen synodi nec habere potuit,nec meretur, & in qua malevolentiam suam Dioscorus,imperitiam autem luuenalis ostendit,dolent, vt di lectionis tuæ relatione comperimus,se metu victos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi iudicij potuisse compelli, & communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita vt non dubiis professionibus, Eutychen cum suo dogmate, cumq; consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem, qui
*al.vendicarunt in hac causa grauius peccauere, & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo *vindicarunt,vt humilium fratrum simplicitatem arrogantiæ suæ præiudiciis aggrauarent, si fortè resipiscunt, & à facti sui defensione cessantes, in condemnationem proprij conuer-
*al.actionibus tuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus I apostolicæ sedis conciliis reseruetur, vt examinatis omnibus, atque perpensis, de ipsis co*rum *agnitionibus,quid constitui debeat,æstimetur.Neq; prius in ecclesia,cui te dominus vo luit præsidere, cuiusquam talium (vt ante iam scripsimus) nomen ad altare recitetur, quàm quid de eis constitui debeat,rerum processus ostendat. De commonitorio vero,à clericis dilectionis tuæ nobis oblato,necessarium non fuit,epistolis quid videretur inserere, quum sufficeret legatis cuncta committi,quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris.Annitere igitur,frater charissime,vt quæ ecclesiæ dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus,quos tantæ rei idoneos autores elegimus,exequaris,præsertim,cum ipsa vos causæ ratio, spesq; diuini auxilij cohortentur, & clementissimorum principum tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio,vt in eis non solum Christianum,sed etiam sacerdotalem experiamur K affectum.Qui vtique pro pietate,qua se dei famulos esse gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas,dignanter accipiant,vt ipsorum quoque ope & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum,
*al.sexto celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate causarum, nostra quid obseruari debeat solicitudo,constituat. Data *quinto Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo consule. Era.qua supra.

EPISTOLA XLV. EIVSDEM AD SYNODVM Chalcedonen. vbi hortatur per legatos suos dei sacerdotes, vt secundum scripturas cuncta disponerent. L

OPTAVERAM quidem dilectissimi pro charitate collegij,omnes domini sacerdotes in vna catholicæ fidei deuotione persistere, nec quenquam gratia, aut formidine potestatum,secularium deprauari,vt à via veritatis abscederet. Sed quia multa sæpe quæ pœnitudinem possint generare,proueniunt,& superat culpas delinquentium misericordia dei atque ideo suspenditur vltio,vt possit locum habere correctio,amplectendum M est clementissimi principis,plenum religione consilium,quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli & ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit conuenire, beatissimi Petri iure,atq; honore seruato,adeo,vt nos quoq; suis ad hoc literis inuitaret,vt venerabili synodo nostram præsentiam præberemus,quod quidem nec necessitas temporis,nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino, & Lucentio episcopis,Bonifacio,& Basilio presbyteris,qui ab apostolica sede directi sunt,me synodo vestra fraternitas existimet præsidere, nec seiunctam à vobis præsentiam meam confidat,qui nunc in vicariis meis adsum, & iamdudum fidei catholicæ prædicatione non desum, vt qui non potestis ignorare,quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, quid cupiamus.

Vnde

A Vnde (fratres charissimi) reiecta penitus audacia disputandi,contra fidem diuinitus inspiratam,vana errantium infidelitas conquiescat, nec liceat defendi, quod non liceat credi, cum secundum euangelicas autoritates, secundum propheticas voces, apostolicamq; doctrinam pleniss̃ime,& lucidissime,per literas,quas ad beatæ memoriæ Flauianum episcopum misimus fuerit declaratum,quæ sit de sacramento incarnationis domini nostri Iesu Christi pia,& syncera confessio. Quia vero non ignoramus, per prauas æmulationes, multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum,plurimosq; episcopos,qui hæresim non reciperent sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atq; in locum superstitum alios subst̃itutos, vulneribus his primitus adhibeatur medicina iustitiæ,nec quisquam ita careat propriis, vt alter vtatur alienis,cum si
B (vt cupimus) errorem omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debeat, sed illis, qui pro fide laborauerunt,cum omni priuilegio oporteat ius proprium reformari.Prioris autem Ephesinæ synodi,cui sanctæ memorię Cyrillus episcopus tunc præsedit,in Nestorium speciaLiter statuta permaneant,ne tunc damnata impietas,*ideo sibi in aliquo blandiatur,quia Eutyches iusta execratione percellitur.Puritas enim fidei,atq; doctrinæ, quam eodem,quo sancti patres nostri,spiritu prædicamus,& Nestorianam,& Eutychianã,cum suis autoribus condemnat,pariter & persequitur prauitatem.Data.v.Calend. Iulij, Adelphio viro clariss.cons. *al.demum

EPISTOLA XLVI. EIVSDEM AD Anatholium episcopum. C

AD declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas,aut Eutychiana labefactauit insania,laudabilem curam filij nostri Basilius,& Ioannes presbyteri suæ æstimationis habuerunt, vt inter pugnantia dogmata falsitatis, vera catholicæ fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore susceptо, sensum cordis sui in apostolica sede patefecẽre,damnantes vtramq; hæresim,quarum supra fecimus mentionem,& de incarnatione domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes,quàm quod
D instruente sancto spiritu,& didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater charissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus, fidenter orantes,vt qui gratia apostolicæ,communionis ornantur,etiam tuo fauore per omnia se gaudeant adiuuari. Data.xiij.Calendas Iulij,Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XLVII. EIVSDEM AD Martianum augustum.

E GREDEBAMVS,clementiam vestrã id desiderio nostro posse præstare, vt præsenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum iuberetis,vt vocatis de cunctis prouinciis sacerdotibus, vere posset esse vniuersale concilium.Sed quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis,ne deuoto obuiare viderer arbitrio,fratrem, & coëpiscopum meum Paschasinũ de ea prouincia; quæ videtur esse securior, euocatum, qui vicem præsentiæ meæ possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro, & compresbytero sociato,& his,quos antea miseramus,adiunctis, consortem illis fratrem quoq; meum Iulianum addentes episcopum.Quos ea moderatione vniuersa, domino auxiliante, credimus esse gesturos, vt quæcunq; in querelam, perturbationemq; venF runt, ad vnitatem pacis, & fidei, compressa omni dissensione, reuocentur, nec vllum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutychianæ impietatis vestigium relinquatur,quoniam catholica fides, quam instruente nos spiritu dei, per sanctos patres à beatis apostolis didicimus,& docemus, neutrum subrepere permittet errorem. Si quid ergo morborum,si quid est vulnerum,quod syncera possit correctione curari,vt ad veram sanitatem reuocetur,optamus. Quæ nunc vtiq; non erant dubia, nec cuiusquam simplicitati deinceps nocitura,si nullis se excusationibus voluerit obumbrare, cum absolutionem peccati non obtineat, nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus (quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem, & coëpiscopum meum vice mea synodo conuenit præsidere,certus,quòd absq; odio,& gratia

ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibidem ab his,quibus hoc commisimus,laboretur,vt cum solius hæreticæ impietatis excidio, G
in omnibus ecclesis dei veritas regnet & Charitas. Data sexto Calend.Iulij, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA XLVIII.

REO episcopus Martiano Augusto. Sanctum clementiæ vestræ studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum habere voluistis,adeò libenter accepi,vt quamuis eam fieri intra Italiam poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, H
quo,scilicet, plurimi possent episcopi etiam de longinquis prouinciis euocari, mox tamen, vt mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita, & Bonifacium de compresbyteris meis
ab vrbe direxerim, & de episcopis fratrem meum Paschasinum de Sicilia fecerim nauigare,qui vicem meam sufficienter implerent,datis per eosdem epistolis ad eos, qui legationem
ante susceperant, vt ipsi quoque prædictis, ad implendas partes meæ præsentiæ iungerentur. Vnde quamuis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen affuturum omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad præfinitum tempus occurrere, & vnanimiter, cum
sanctæ fraternitatis assensu,quæ vniuersali ecclesiæ congruant, definire.Compressa enim vel remota,inquietudine ac prauitate paucorum,facile firmabitur probanda concordia,si in eam I
fidem,quam euangelicis,& apostolicis prædicationibus declaratam,per antiquos patres nostros accepimus, & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cuius-
Ephe.2.d quam retractionis admissa, ne per vanam, fallacemq; versutiam aut infirma videantur, aut dubia,quæ in ipso lapide angulari Christo fundata sunt,& sine fine mansura. Hoc nobis indesinenter orantibus,vt à sacramento singularis fidei nemo inueniatur alienus, sed damnata
impietate hęreseos,nullum de perditione cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his, per quos meas misi epistolas obsecraui, nunc quoque
simili fiducia precor,vt vice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius,ac diligentius,quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio,salubri impleantur effectu. Data decimoquarto Calend. Augusti,Adelphio viro clarissimo consule. K

EPISTOLA XLIX. EIVSDEM AD PVLCHERIAM AUGUSTAM, PER THEOSTICUM MAGISTRIANUM.

RELIGIOSAM clementiæ vestræ solicitudinem,quam catholicæ fidei indesinenter impenditis,per omnia recognosco,& deo gratias ago,quòd tantam vniuersalis L
ecclesiæ curam habere vos video,vt quod iustitiæ,& beneuolentiæ congruere arbitror,confidenter insinuem,quo celerius,quæ,propitio Christo,pietatis vestrę studio
irreprehensibiliter hactenus gesta sunt ad gratulandum producantur effectum. Quod ergo synodum Chalcedonensem haberi clementia vestra præcepit,cum à me, vt in Italia haberetur,mansuetudo vestra retineat postulatum,vt omnes nostrarum partium conuocati antistites si securitas temporis suppeteret, conuenirent, adeò tamen non aspernanter accepi, vt binos de coëpiscopis meis,& compresbyteris ordinarem,qui vicem meam implere sufficerent,
etiam datis ad venerabilẽ synodũ congruentibus scriptis,quibus fraternitas aduocata cognosceret,quam formam seruare in hac diiudicatione deberet, ne vlla temeritas aut fidei regu- M
lis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obuiaret. Sicut enim à principio huius causæ frequentissime scripsi, hanc inter discordes sensus,& carnales æmulationes moderationem volui custodiri,vt integritati quidem fidei nihil euelli,nihil liceret apponi,ad vnitatem vero,pacemq; redeuntibus,remedium veniæ præstaretur. Quia tunc operum diaboli potentiæ destruuntur, cum ad dei, & proximi dilectionem hominum corda reuocantur. Sed quàm contraria tunc his monitis, atq; obseruationibus meis acta sint, multum est explicare, nec opus est epistolari pagina comprehendi,quid in illo Ephesino non iudicio,sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistentibus sibi fratribus, nec consentientibus, perceperunt,cum ad infringendam catholicam fidem, & ad execrabilem hæresim roborandam,

A dam,alios priuilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infecerint, sæuiores profecto in eos,quos persuadendo,ab innocentia separabant, quàm in illos, quos beatos confessores,persequendo faciebant. Veruntamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, & maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina,nullis vnquam epistolis definiui etiam talibus, si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamuis incomparabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen, si corrigantur, & digna se satisfactione purificent,ab ineffabili misericordia dei non iudicamus alienos,sed potius cum gementibus gemimus,cum flentibus flemus& sic vtimur iustitia commotionis,vt non amit- Roma.12.c
tamus remedia charitatis. Quod,sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur,
B sed etiam factis docetur. Siquidem pene omnes, qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant,aut coacti *resistendo quod statutum fuerat ab illis,& condẽnando quod scripserant,perpetuam culpæ abolitionem,& apostolicæ pacis gratiam sunt adepti.Si ergo clemen- *al. rescindendo, vel reiiciendo
tia vestra propositum nostrum considerare dignetur,probabit,in eo concilio cuncta gessisse, vt sine cuiusquam animæ detrimento,hæreseos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc,circa autores sæuissimorum turbinum, quiddam consuetudinis minuisse, vt ad indulgentiam postulandam, compunctione aliqua possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud iudicium suum tam impium, quàm iniustum non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles, vt fuerunt, suas tamen adhuc obtinent sedes, & episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram, & necessariam satisfactionem pacem ecclesiæ recepturi,aut si hæresim (quod absit)tue-
C buntur professionis suæ merito iudicandi. Data decimotertio Calendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

EPISTOLA RAVENNII, ALIORVMQVE EPISCOPORUM GALLORUM, AD LEONEM PAPAM,FIDEI EIUS, QUAM AD ORIENTEM DIREXIT,LAUDES DICENTIUM.

D DOMINO vere sancto, merito in Christo beatissimo, & apostolico honore venerando papæ Leoni, Rauennius, Rusticus, Venerius, Constantinus, Maximus, Armentarius, Florus, Sauinus, Valerianus, Constantius, Nectarius,Maximus, Asclepius, Item Maximus, Vrsus, Ingenulus, Iustus, Valerianus, Superuentus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Ethetius,Eulalius, Eutychius,Fraternus,Venturus,Eugenius,Hilarius,Verus,Amandus,Gerontius,Proculcianus,Iulianus, Helladius,Armentarius,Honoratus,Hepartius,Amenius, Dinamius,Maximinus, Hyrnantius & Palladius. Perlata ad nos epistola beatitudinis vestræ,quam ad Orientem pro catholicæ fidei assertione misistis,optassemus,& statim apostolatui vestro pro tam immenso munere gratiarum actionem referre, nisi nobis difficultatem, qua in vnum celeriter non potuimus conuenire, vel spacia,quibus à
E nobis dispalati sumus,longa terrarum,vel aurarum,quæ in regionibus nostris præter consuetudinẽ fuit intemperies,attulisset.Det ergo apostolatus vester nostræ veniã tarditati,quæ nõ de ocio,aut dissimulatione,sed de certa necessitate descendit,quæq; à nobis,etsi celeritatis gratiam abstulit,exultandi tamen materiã auferre non potuit.Exultauimus itaq;,Christo propitio,lectis beatitudinis vestræ literis,& omni instructionẽ patefacta,omnes,intra Gallias constitutos,exultare mox fecimus,dolentes pariter *pro his vobiscum,qui catholicæ fidei lumi- *al.de
ne derelicto,errorum tenebras inciderunt. Quæ apostolatus vestri scripta,ita vt symbolũ fi- *al.ascribit
dei,quisquis redemptionis sacramenta nõ negligit, tabulis cordis *ascripsit,& tenaci,quo ad confundendos hæreticorũ errores paratior sit,memoriæ commendauit.Multi itaq; in ea gaudentes pariter & exultantes, recognouerunt, fidei suæ sensum & ita se semper ex traditione
F paterna tenuisse,vt vester apostolatus exposuit,iure lætantur. Nonnulli solicitiores facti,beatitudinis vestræ admonitione percepta,modis omnibus se gratulantur instructos,datamq;sibi occasionem gaudent,qua libere,ac fiducialiter,suffragante etiã apostolicæ sedis autoritate, eloquantur,& asserat vnusquisq; quod credit. Quis autem apostolatui vestro, pro hoc tanto munere,*quod non solum Gallias,sed totum mundum,velut quibusdam pretiosissimis gem- *al.quo
mis ornauit, dignas æstimet gratias posse persolui? Doctrinæ post deum vestræ debet fidelis,vt constanter teneat, quod credebat,debet etiam infidelis, vt à perfidia sua, agnita ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritate,'discedat, & apostolicæ institutionis luce perfusus, erroris sui tenebras derelinquat, G
magis sequatur, & credat, quod per os vestrum dominus noster Iesus Christus de sacramento incarnationis suæ docet, quàm id teneat, quod diabolus humanæ salutis, & veritatis inimicus stillat. Optassemus etiam ad filium vestrum, gloriosissimum ac fidelissimum principem super eandem causam literas dare, quibus congratulantes fidei ipsius, humilitatis quoque nostræ solicitudinem,qua vos in Christo sequimur,proderemus, nisi ad nos de Orientalibus partibus nuntio perlato,fieri hoc,minime necessarium putaremus.Meritis autem apostolatus vestri pius dominus præstitit, vt hæresim, iam diu occulte nutritam,vestris temporibus proderet. Ad laudem enim solicitudinis vestræ pertinet, quod malorum error latere
non potuit, ad gloriosæ fidei ædificationem redundat, quod praua persuasio participes aut H
non inuenit,aut inuentos amisit. Respiciat itaque conseruando apostolatum vestrum, misericors dominus ecclesiam suam,toto orbe diffusam. Vobis enim ita inuigilantibus, & hi,qui curam animæ suæ gerunt, solicitiores in fide redduntur, & hi, qui paulo desides sunt, tanto ad solicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus deo, ac domino nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes, quòd tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæq; doctrinæ apostolicæ sedi, vnde religionis nostræ, propitio Christo, fons, & origo manauit, antistitem dederit, petentes etiam, vt datum, concessumq; munus pontificij vestri, longissima ad ædificationem ecclesiarum suarum ætate custodiat.
Nos autem etsi impares meritis, pari tamen fide, si quid (quod absit) contra ecclesiam ca- I
tholicam, prophana infestatione tentetur, parati sumus, confortante domino, cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitam hanc autori salutis nostræ, & largitori æternitatis impendere.Et alia manu.Ora pro me,domine beatissime,merito & apostolico honore venerande papa, Rusticus episcopus, apostolatum tuum in domino venerans saluto,& vt digneris pro me orare,supplex rogo. Venerius, te dominum in Christo meum, reuerentissime saluto,& vt digneris pro me orare,supplex rogo,Constantinus episcopus,beatitudinem vestram saluto.Similiter & omnes episcopi suprascripti salutauerunt.

EPISTOLA L. EIVSDEM AD OMNES EPI- K
scopos Galliarum de damnatione hæreticorum.

Herculano & Asporatio consulibus circa annum Christi (teste Cassiodoro) CCCCLIIII. Secundum Marianum Scotum, ad ueritatem euangelij. CCCCLXXIII. Iuxta uero cyclum Dionysij CCCCLI. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus XIII. Scripta est hæc epistola similiter & tres sequentes.

LEO Rauennio,Rustico,Venerio,Constantino, Maximo,Armentario,Floro, Sauino,Valeriano, Constantio,Asclepio, Nectario,Maximo, Vrso,Ingenulo,Iusto, Valeriano, Superuento,Crisaphio, Fonteio,Petronio, Hydacio,Etherio, Eulalio, Eutychio, Fraterno,Venturo, Eugenio, Hilario,Vero,Amando, Gerontio,Proculeiano, Iuliano, Helladio, Armentario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinamio, Maximinio, Hyrnantio, & Palladio episcopis per Gallias constitutis. Optassemus quidem, fraternitatis vestræ literas, eo tempore quo promiseratis,accipere, vt profecturis ad Orientem fratribus nostris,quos ad sanctam synodum,vice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam vestræ sententiæ professio iungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis M
intulerint tarditatem,quamlibet seras, & diu expectatas epistolas per fratrem, & coëpiscopum nostrum Ingenulum gratanter accepimus, easq; cum gaudio recensentes probauimus, sicut confidebamus, eruditione spiritus sancti cœlestem in vobis vigere doctrinam,quam in Orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui, per eos, quos sequaces suos reperit, falsitasq; fatigare conata est, cum catholica fides, quæ nulla sui est, parte mutabilis, per ipsas aduersantium exercitationes & validior efficiatur semper, & clarior, operante hæc gratia dei, vt si qui fortè, ad hæc subtilia inimici iacula declinanda, minus erant instructi, minúsque solliciti, perceptis veritatis armis, fierent contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo, sicut causa poscebat,fiduciam nostram,quam de vobis habemus in domino,fideliter,atq; obe
dienter

A dienter auxistis, multa exultatione gaudemus. Et merito nos cognoscimus,fratribus, & coëpiscopis nostris Orientalibus intimasse, quòd secundum euangelicam & apostolicam traditionem de incarnatione domini nostri Iesu Christi, vna esset omnium nostrûm, & indiscreta confessio,neque vllis eorum disputationibus detineri,vt aliter aliquid de summi, & salutiferi sacramenti veritate sapiamus, & ex prædicatione sanctorum patrum,& ex autoritate incommutabilis symboli didicimus, & docemus, damnatis ab vniuersali ecclesia, & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorum si quis, non ferendis impietatibus, inhærere delegerit, ipse se à corpore Christianæ vnitatis abscidit. Non enim vltra iam cuiquam excusationis refugium, de ignorantia,& inscientia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cum
B hoc ipso sexcentorum fere fratrum, coëpiscoporumq; nostrorum synodus congregata, nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium disserendi contra fundamentum fidei inspirare permiserit, quoniam adnitentibus per auxilium gratiæ dei fratribus, vicariis nostris, quorum plenissima extitit in omni actione deuotio, non solum sacerdotibus Christi, sed etiam principibus, & potestatibus Christianis, cunctisq; clericis, plebibus, ordinibus plene, atque euidenter apparuit, hanc esse vere apostolicam fidem, ex diuinæ pietatis fonte manantem, quam synceram, & ab omni fæce totius erroris alienam (sicut accepimus) prædicamus, & vniuerso iam mundo consentiente, defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel
C præcedens hæreticus ausus est inferre, vel subsequens, dissimili quidem commento, sed impietate compari.Nam sicut Nestorius non est toleratus, affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum sit à verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis ex personis distinctis, vt neque ipse esset filius hominis, qui filius dei, neque vnus Christus in vtraque natura, sed alter sempiternus ex patre, alter temporalis ex matre, cum euangelica autoritas ita verbum prædicet, carnem factum, vt non duos Christos, nec duos Ioan.1.b.
filios, sed in vno domino Iesu Christo,& dei,& hominis nobis insinuet veritatem,vt vtriusque substantiæ, id est, saluantis, atque saluatæ, nec proprietas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis,sic & Eutyches,damnatum olim sectatus errorem,alia prophanitate blasphemans, à catholicæ soliditatis compage resecatus
D est, quia indoctis quibusdam, nimiumq; simplicibus persuadere tentauit, quod verbum dei ita caro sit factum, vt veram carnem de ventre virginis non sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius, & carnis vna esset natura,vt vnum dominum nostrum Iesum, & falsum hominem, & deum diceret esse passibilem. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti,vt aut in sua natura passibilis fuerit deitas,aut in susceptione humana mentita sit veritas. Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc synodus (humilitatis nostræ scriptis, autoritate domini mei beatissimi Petri apostoli,& meritò roboratis) religiosa vnanimitate consentiens abominando, ab ecclesia dei amputauit. Dioscorum quoque Alexandrinum, in sua impietate manentem, ne illa ecclesia, quæ inter
E ipsa euangelij principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum, in omnibus vtique doctrinis, sui doctoris magisterio consonantem habuit fundatorem,quæq; postea recentioribus à nostra ætate temporibus Athanasium,Theophilum,& proximæ Cyrillum probatissimos præsules habuit, indignam captiuitatem sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnam misericordiam dei vniuersos diaboli conatus, quibus ecclesiam domini conturbare molitus est, noueritis esse destructos. Reddite igitur deo gratias, fratres charissimi, & dignam gratiarum actionem, & oret nobiscum vestra dilectio, vt fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes quàm primum redisse, lætemur, & de omnibus, quæ, domino adiuuante, sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam
F fratrem Ingenulum nolumus hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum properatius remeare debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos peruenire, vt quod deus operatus est,nulli esse possit incognitum. Data Calendas Februarij, Herculano viro clarissimo consule.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVSEBII MEDIOLANEN. EPISCOPI, EPISTOla ad Leonem papam, per quam fidei eius, quam ad Orientem direxerat, assertioni cum aliis episcopis consentientibus subscripsit.

DOMINO sancto, & beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolaneñ. episcopus. Reuersis, domino annuente, fratribus nostris, quos ad Orientẽ fidei causa solicite prouida beatitudo vestra direxerat, decursisq; literis, quas per eos tua sanctitas destinauit, omni exultatione in Christo releuatus sum, quod effectum commissæ sibi legationis eosdem reportasse, vestra pagina designauit. Nec mirum, quod dominus noster Iesus Christus catholicæ fidei, quam tenemus, maiestatis suæ gratiam, custodiamq; præstiterit, quando vos veros cultus sui assertores, in apostoli sui sede præsules collocauit, qui & recta sentire de incarnationis dominicæ sacramento, & eadem potestis recte custodire. Admonitis ergo fratribus, & coëpiscopis meis, habitoq; conuentu, vestrarum formam tenuimus literarum. Nam censens epistolam beatitudinis vestræ, in sacerdotum domini concilio, quam sanctus frater, & coëpiscopus noster, Abundantius, & compresbyter meus Senatus, detulerant, agnitaq; eorum narratione, sicut scripta vestra signauerant, rerum gestarum ordine continuò requisita est, recitataq; epistola, quam fidei assertione plene digestam, ad Orientem dudum sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos, ex vestra admonitione, sancto fratre & coepiscopo nostro, Ceretio mutuante peruenit, claruit, eam plenam fidei simplicitate fulgere, prophetarum etiam assertionibus, euangelicis autoritatibus, & apostolicę doctrinæ testimoniis, nitore quodam lucis, ad veritatis splendorem radiare, omnibusq; sensibus conuenire, quos beatus Ambrosius, de incarnationis dominicæ mysterio, suis libris, sancto spiritu excitatus inseruit. Et quia omnia maiorum fidei, nobis antiquitus traditæ, tota puritate conueniunt, domine sancte, & beatissime pater, placuit omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, vt eos, qui impie de incarnationis dominicæ sacramento sentiunt, quamuis intellectus sui prauitate, à catholicæ fidei veritate recedentes, seipsos dignos abiectione fecerint, suo etiam consensu, autoritatis vestræ præcedente sententia, damnatione congrua, persequendos. Literarum ergo vestrarum formam secuti, modum perscriptæ ordinationis nos seruasse, his, per fratrem, & coepiscopum meum Cyriacum, missis, ostendimus, superesse, vt annuente domino, perpetuæ retinentes, hoc futuris memorabile seculis relinquatis, vt ab hoc tempore præsenti, extincta impiæ sectæ contumacia videatur, vt nouis purgationibus, in æternum prostrata succumberet. Et alia manu. Incolumẽ beatitudinem tuã summa diuinitas adornet atq; custodiat, domine sancte & beatissime pater. Eusebius episcopus ecclesiæ Mediolaneñ. in omnia supradicta consensi & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dñicæ sacramento impia senserunt. Ego Fauentius episcopus Regieñ. ecclesiæ in omnia suprascripta consensi & subscripsi, anat. dicens his, qui de incar. dom. sac. imp. sens. Ego Maioranus episcopus ecclesiæ Placentinæ, in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Cyprianus episc. ecclesiæ Brixilleñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sa. im. sen. Ego Quintinus episc. eccle. *Dertoneñ. in omnia subs. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. dom. sa. imp. sens. Ego Crispinus episcopus eccle. Ticineñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sa. imp. sens. Ego Maximus episcopus eccl. Taurinatis, in omnia supras. conf. & subs. ana. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Florentius presbyter, iussus à præsente sancto Eulogio epis. meo eccle. Iporieñ. quia ipse propter infirmitatem subscribere non potuit, in omnia supras. conf. & subs. ana. dicens his, qui de incar. do. sa. im. sen. Ego *Gradus presb. directus ab episc. *Eustasio eccle. Augustanæ, vice ipsius in omnia supras. conf, & subs. ana. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sen. Ego Cyriacus episcopus eccle. Laudeñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Abundantius epi. eccle. Comeñ. in omnia supras. pro me ac pro absente sancto fratre meo Asimone episc. ecclesiæ Curieñ. primę *Reaticę subscripsi anat. dicens his, qui de incar. do. sa. imp. sen. Ego Paschasius episcopus ecclesię Genuen. in omnia suprascrip. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incarnat. do. sac. imp. sen. Ego Pastor episcopus ecclesię Astensis, in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sen. Ego Simplicius episcopus eccle. Nouarieñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens

*al. Terdonensis
*al. Gerardus
*al. Eusthasio
*al. Rethiæ

cens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Ioannes episcopus ecclesiæ Cremoneñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Octauianus episcopus ecclesiæ Brixianæ, in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Iustianus episcopus ecclesiæ Vercelleñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incarnationis do. sac. imp. sen. Ego Quintius episcopus eccle. Albingaueñ. in omnia supras. conf. & subs. anat. dicens his, qui de incar. dom. sacra. impia senserunt.

Ego Præstantius episcopus ecclesiæ Bergomatis, in omnia suprascripta consensi & subscripsi, anathema dicens his, qui de incarnationis dominicæ sacramento impia senserunt.

EPISTOLA LI. EIVSDEM AD ANATHOLIVM Constantinopolitanum episcopum, vbi in primis de fide in Chalcedonen. concilio laudat. Deinde arguit, quòd contra Nicænam synodum Alexandrinam atque Antiochenam ecclesias sibi subdere voluisset.

MANIFESTATO, sicut optauimus, per gratiam dei lumine euangelicæ veritatis, & ab vniuersali ecclesia pernicioſissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in domino, cp creditę nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur, vt secundum apostolicam doctrinam, idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. In cuius operis deuotione, gratulamur dilectionem tuam esse consortem, vt & corrigendis tua prodesset industria, & ab omni te deuiantium participatione, & factione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriæ Flauiano, propter defensionem catholicæ veritatis electo, nõ immerito credebatur, quod ordinatores tui, contra sanctorum canonum constituta, viderentur sui similem consecrasse. Sed affuit misericordia dei, in hoc te dirigens atq; confirmans, vt malis principiis bene vtereris, & non te iudicio hominum, sed dei proue- 1.Cor.1.b
ctum benignitate monstrares. Quod vere ita accipiendum est, si hanc diuini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum etiam catholicum, & præcipue domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua vetare, multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus, resistendum est, vt veræ continentiæ obtineatur integritas, cuius prima est labes superbia, initium transgressionis, & origo peccati. Quoniam mens potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, dum inordinato, prauoq; *processu, impunitarum transgressionum augentur excessus, & crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ, & amore concordiæ. Post illa itaque ordinationis tuæ non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vendicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, vt sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit, vt his locis iuri tuo subditis, omnes Metropolitani episcopi proprio honore priuentur. Quibus inauditis, & nunquam antetentatis, ita præueniris excessibus, vt sanctam synodum, ad extinguendam solum hæresim, & confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, & vt conniuentiam suam tibi dedat impellas, tãquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, & illa Nicænorum canonum, per sanctum vere spiritum ordinata conditio in aliqua vnquam sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neq; trecentis illis decem, atq; octo copiosior numerus sacerdotum, comparare se audeat, vel præferre, cum tanto diuinitus priuilegio Nicæna sit synodus consecrata, vt siue per pauciores, siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus autoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt praua, quæ sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria. In totius ecclesiæ perturbationẽ superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit concilio synodali, vt fratres in fidei tantummodo negotium conuocatos, & definitione eius cau

Eccli.18.d

*al. pgress.

Nicæni concilij.6.&.7. capitulis

 sæ, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæ,quæ erat curanda,perfunctos,ad consentiendum sibi, aut deprauando traduceret,aut ter- G
rendo compelleret.Inde enim fratres nostri, ab apostolica sede directi, qui vice mea synodo
præsidebant,probabiliter atq; constanter illicitis ausibus obstiterunt, aperte reclamantes, ne
contra instituta Nicænæ synodi,præsumptio reprobæ nouitatis assurgeret. Nec potest de eo-
rum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quòd conati-
bus tuis voluerint obuiare. In quo eos quidem multum mihi,hæc scribendo,commendas,sed
temetipsum,quod eis parere nolueris,dum illicita moliris,accusas, superflue non concedenda
Roma.12.d *al.ope appetens,& insalubriter contraria concupiscens,quæ nullum vnquam potuerunt nostrum
obtinere cõsensum. Absit enim à conscientia mea,vt tam praua cupiditas meis studiis adiuue
tur,ac non potius & meo,& omnium,qui non alta sapiunt,sed humilibus consentiunt, *ope- H
re subruatur. Sancti illi, & venerabiles patres, qui in vrbe Nicæna , sacrilego Arrio cum sua
impietate damnato , mansuras vsque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum con-
diderunt,& apud nos in toto orbe terrarum in suis constitutionibus viuunt, & si quid vsquã
25.q.1.Quæ ad ppetuam aliter,quàm illi statuerunt,præsumitur,sine cunctatione cassatur,vt quæ ad perpetuam vtili-
tatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur
commodum,quæ ad bonum sunt commune præfixa. Et manentibus terminis,quos constitue-
runt patres,nemo in ius tendat alienum. Sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis
valuerit,in latitudine se charitatis exerceat, cuius satis vberes fructus Constantinopolitanus
Roma.11.c potest antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quàm si spiritu ambitionis in- I
fletur. Noli,frater,altum sapere, sed time, & Christianissimorum principum piissimas aures
improbis petitionibus inquietare desiste,quibus, certum habeo,modestia te magis,quàm ela-
tione placiturum. Persuasioni enim tuę in nullo penitus suffragatur,quorundam episcoporum
ante sexaginta (vt iactas) annos facta subscriptio,cum quadam à prædecessoribus tuis ad apo
stolicæ sedis transmissa notitiã,cui ab initio sui caducæ,dudumq; collapsæ sera nunc & inuti-
Matth.18.b| Marci.9.f lia subiicere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam
iniuriam, verecundia fatigata præberet. Memento,quid dominus ei,qui vnum de pusillis scan
dalizauerit,comminatur,& sapienter intellige,quale sit iudicium dei subiturus,qui tot eccle-
siis,tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit. Fateor enim,ita me dilectione vniuersæ K
fraternitatis obstringi,vt nemini prorsus in his,quæ contra se poscit,assentiam, possisq; eui-
denter agnoscere , me dilectioni tuæ benevolo animo contraire , vt saniore consilio ab vni-
uersalis te ecclesiæ perturbatione contineas . Non conuellantur prouincialium iura primã-
tuum, nec priuilegiis antiquitus institutis metropolitani antistites fraudentur. Nihil Alexan
drinæ sedi eius , quam per sanctum Marcum euangelistam beati Petri discipulum meruit,
pereat dignitatis,nec Dioscoro in impietatis suæ pertinacia corruente,splendor tantæ eccle-
siæ tenebris obscuretur alienis. Antiochæna quoque ecclesia,in qua primum prædicante apo-
stolo Petro, Christianum nomen exortum est , in paternæ constitutionis ordine perseueret,
& in gradu tertio collocata,nunquam se fiat iuferior. Aliud enim sunt sedes,aliud præsiden- L
tes. Et magnus vnicuiq; honor est integritas sua. Quæ cum in quibuslibet locis propria orna-
menta non perdat,quanto magis in Constantinopolitanæ vrbis magnificentia potest esse glo
riosa,si per obseruantiam tuam & defensionem,paterni canones & exemplum probitatis mul
ti habeant sacerdotes? Hæc tibi scribens,frater in domino,hortor ac moneo,vt deposito am-
bitionis desiderio, spiritu potius ferueas charitatis, eius quoq; virtutibus, secundum doctri-
Roma.12.c 1.Cor.13.b nam apostolicam,proficienter orneris. Est enim patiens & benigna,& non æmulatur,non a-
Apoca.3.c git perperam,non inflatur,non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Vnde si charitas non
quærit propria,quantum peccat,qui concupiscit aliena? A quibus,volo,vt te prorsus abstineas
memorq; sis eius sententiæ , quæ dicit : Tene , quod tenes , ne alius accipiat coronam tuam. M
Nam si inconcessa quæsieris, ipse te tuo opere, atque iudicio vniuersalis ecclesiæ pace priua-
bis. Frater autem & coëpiscopus noster Lucianus,& filius noster Basilius diaconus,quantum
in ipsis fuit,studiose his,quę eis iniũxeras,affuere. Sed actioni eorum iustitia negauit effectum.
Data vndecimo Calend. Iunij, Herculano viro clarissimo consule.

Epistola

A EPISTOLA LII. EIVSDEM AD MARTIANVM augustum,vbi de eius gratulatur fide,quæ in Chalcedonen.concilio gesta est. Et de Anatholio Constantinopolitano episcopo,qui in eodem concilio Alexandrinã & Antiochænã ecclesias contra cõstituta per ambitum sibi voluit subiugare.

B Magno munere misericordiæ dei,totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia,
cum sancto & glorioso clemẽtiæ vestræ studio pernitiosissimus error extinctus est,
vt labor noster citius ad desideratum peruenire effectũ,quem deo seruiens principa
tus vester,& fide & potestate iuuisset. Quia etsi in virtute spiritus sancti,inter quaslibet dissen
siones per sedis apostolicæ famulatũ euangelij erat defendenda libertas,manifestior tamẽ ap
paruit gratia dei,quę præstitit mundo,vt in victoria veritatis,autores tantũ violare fidei depe
rirent,& sua integritas ecclesiæ redderet. Bellũ igitur,quod noster inimicus excitauerat adeò
feliciter,dextera domini pugnãte,confractũ est,vt triũphante Christo,omniũ sacerdotũ esset
vna victoria,& coruscante lumine veritatis,erroris tenebræ cũ suis assertoribus pellerentur.
C Nã sicut in ipsa domini resurrectione credẽda, ad coroborãda initia fidei, multũ securitatis
accessit,quod quidã apostoli de corporea domini Iesu Christi veritate dubitauere,& visu atq;
contactu fixuras clauorũ,& vulnus lanceæ perscrutando,ambiguitatẽ cunctis,dum ambigũt,
abstulerunt, ita nunc quoq; quũ aliquorum infidelitas confutatur, omniũ hæsitantium corda
firmata sunt,& profecit vniuersis ad illuminationẽ,quod quibusdã intulit cæcitatẽ. In quo o-
pere digne & iuste exultat vestra clemẽtia,quæ fideliter,proprieq; prospexit, vt Orientalibus
ecclesiis diabolicæ insidiæ nõ nocerent,sed ad propitiandũ deum efficaciora vbiq; offerrentur
holocausta, quando per mediatorẽ dei & hominũ hominem Christum Iesum eadem cõfessio
plebiũ,eadem sacerdotũ,eadem esset & regum,glorioſissime fili,& clemẽtissime Auguste. His
D aũt,propter quæ tanta facta est cõgregatio sacerdotũ,bono,& optabili fine cõpositis,miror,&
doleo,q; pacẽ vniuersalis ecclesiæ,diuinitus reformatã, ambitionis rursus spiritus inquietat.
Quãuis enim necessarie sibi frater meus Anatholius cõsuluisse videatur,vt ordinatorũ suorũ
errorẽ deserens,in assensum catholicæ fidei salubri correctione transiret,custodire tamẽ de-
buit,vt quod vestro beneficio noscitur cõsecutus,nullius *prauitatis cupiditate turbaret. Nos *al.cupidi-tatis prauita te
enim vestræ fidei,& interuẽtionis habẽtes intuitũ, cum secundũ suæ cõsecrationis autores e-
ius initia turbarẽt,benigniores circa ipsum q̃ iustiores esse voluimus, quo perturbationes om
nes,quæ operãte diabolo fuerãt excitatæ,adhibitis remediis,leniremus,quæ illũ modestũ ma
gis,q̃ immoderatũ facere debuere. Qui etiam si præcipuis meritis,optimoq; iudicio legitime
E fuisset,ac soleniter ordinatus,cõtra reuerentiã tamen canonũ paternorũ,cõtra sancti spiritus
instituta,cõtra antiquitatis exempla,nullis posset suffragiis adiuuari. Apud Christianũ,& ve-
re religiosum,vereq; orthodoxũ principẽ loquor, multũ Anatholius episcopus proprio detra
hit merito,si illicito crescere optat augmento. Habeat,sicut optamus,Cõstantinopolitana ci-
uitas gloriã suam,ac protegẽte dextera dei,diuturno clemẽtię vestræ fruatur imperio. Alia ta
men ratio est rerum secularium,alia diuinarũ,neć præter illam petram,quã dominus in fun- Matth.16.c
damento posuit,stabilis erit vlla cõstructio. Propria perdit,qui indebita concupiscit. Satis fit,
q̃ prædicto vestræ pietatis auxilio , & mei fauoris assensu , episcopatum tantæ vrbis obtinuit.
Non dedignetur regiam ciuitatem,quam apostolicam non potest facere sedem,nec vllo spe-
F ret modo,q̃ per aliorum possit offensiones augeri. Priuilegia enim ecclesiarum,sanctorũ pa- 25.q.2.Priui legia eccle-siarũ. & ibi. ca. Priuile-gia eccle-siarum
trum canonibus instituta,& venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis,nulla possunt improbi-
tate conuelli,nulla nouitate mutari. In quo opere,auxiliante Christo,fideliter exequendo,ne-
cesse est,me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est,& ad
meum tendit reatum,si paternarum regulæ sanctionum,quæ in synodo Nicæna ac totius ec-
clesiæ regimen,spiritu dei instruente,sunt conditæ,me (quod absit) conniuente,violentur, &
maior sit apud me vnius fratris voluntas,quàm vniuersę domus domini communis vtilitas.
Et ideò sciens gloriosam clementiã vestram ecclesiasticæ studere concordiæ,& his, quæ pa-
cifice congruunt vnitati , piissimum præstare consensum , precor, & sedula suggestione vos
obsecro,vt ausus improbos,vnitati Christianæ,paciq; contrarios,ab omni pietatis vestræ ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicetis assensu, & fratris mei Anatholij, nocituram ipsi (si perstiterit) cupiditatem, salubriter G
comprimatis, ne ea, quæ vestræ gloriæ, atque temporibus inimica sunt, cupiens, maior suis
velit esse prioribus, liberúmque illi sit quantis potuerit splendere virtutibus, quarum non ali-
ter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari, quàm ambitione distendi. Hanc au-
tem improbi desiderij conceptionem, nunquam debuit intra cordis sui recipere secretum,
sed cum illi fratres & coëpiscopi mei, qui vice mea aderant, obuiarent, ab illicito appetitu,
eorum saltem salubri contradictione cessasset. Nam & vestræ pietatis apices, & ipsius scri-
pta declarant, legatos sedis apostolicæ (sicut oportuit) contradictione iustissima restitis-
*al.coerce-ret se, vt inexcusabilior esset præsumptio, quæ se nec increpata *cohiberet. Vnde quia conue-
nit fidei vestræ, vel gloriæ, vt sicut hæresis, deo per vos agente, destructa est, ita etiam om- H
nis ambitus retundatur. Agite, quod & Christianæ est probitatis, & regiæ, vt prædictus epi-
scopus pareat patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quod Antiochenum sine
vllo exemplo, contra statuta canonum, episcopum ordinare præsumpsit, quod amore repa-
randæ fidei, & pacis studio retractare cessauimus. Abstineat ergo ab ecclesiasticarum iniu-
ria regularum, & illicitos declinet excessus, ne se ab vniuersali ecclesia, dum inimica paci
tentat, abscindat. Quem opto magis, irreprehensibiliter agentē, diligere, quàm in hac præ-
sumptione, quæ illum ab omnibus poterit separare, perdurare. Frater autem, & coëpiscopus
meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiæ vestræ ad me scripta porta-
uit, omni deuotione partem susceptæ legationis impleuit, qui non est æstimandus negotio I
defuisse, quem potius causa deseruit. Data vndecimo Calendas Iunij, Herculano viro cla-
rissimo consule.

EPISTOLA LIII. EIVSDEM AD PVLcheriam Augustam de ambitu Anatholii.

REO episcopus Pulcheriæ augustæ. Sanctis & deo placitis clementiæ vestræ stu- K
diis, defensam contra hæreticos catholicam fidem, & vniuersæ ecclesiæ redditam
pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordiæ
Ioan.9.e omnipotentis dei, quòd exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras, quàm lucem,
neminem passus est euangelica veritate fraudari, vt absterso erroris caligine, in omnium
cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmis quorundam animis, tenebrosus ille
exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illæsi steterant, sed etiam, quos fecerat nuta-
re, superauerunt, vt errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, & omnis lin-
Philip.2.b gua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Confirmato au-
tem in vnitate euangelij vniuerso mundo, & in eodem spiritu sensus directis cordibus om-
nium sacerdotum, optimum fuerat, supra illa, propter quæ sancta est synodus congrega- L
ta, & quæ, secundum pietatis vestræ studium, probabili sunt fine conclusa, nihil quod tan-
to bono contrarium esset, inferri, nec per occasionem episcopalis concilij, id in commune
appeti, quod non licuit concupisci. Frater enim & coëpiscopus meus Anatholius, parum
considerauit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu Constantinopo-
litanæ ecclesiæ sacerdotium fuerit consequutus, & non tam de adeptis gauisus, quàm de im-
*al.accessus modicis appetendis supra mensuram sui honoris *abscessus est, credens huic tam intem-
peranti cupiditati posse prodesse, quod ei quorundam consensum præbuisse dicitur extorta
subscriptio, quum tam destruendis mox conatibus contradictio fratrum & coëpiscoporum
meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obuiaret. Quoniam contra statuta M
paternorū canonū, quæ ante longissimæ ætatis annos in vrbe Nicæna spiritualibus sunt fun-
data decretis, nihil cuique addere conceditur, ita, vt si quis diuersum aliquid decernere ve-
lit, se potius minuat, quàm illa corrumpat, quæ si (vt oportet) à cunctis pontificibus intemе-
rata seruentur, per vniuersas ecclesias tranquilla erit pax, & firma concordia, nullæ de men-
suris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de priuilegiis ambiguitates,
nulla erunt de alieni vsurpatione certamina, sed ea, quæ iure charitatis rationabilis est, &
morum & officiorum seruabitur vnanimitas. Et ille vere erit magnus, qui fuerit totius am-
Matth.20.d bitionis alienus, dicente domino: Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester mini-
Marci.10.g ster. Et quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non
venit

A venit ministrari, sed ministrare. Et tamen hæc illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebāt
crescere, & de infimis ad summa transire. Cōstantinopolitanæ vero præsuli ecclesiæ (quia am-
plius, quàm assequutus est, concupiscit) quid illi satisfaciet, si tantæ vrbis magnificentia, & cla-
ritudo non sufficit? Superbum nimis est & immoderatum, vltra fines proprios tendere, &
antiquitate calcata alienum ius velle præripere, atque vt vnius crescat dignitas, tot metropo-
litanorum impugnare primatus, quietisq; prouinciis, & olim sanctæ synodi Nicænæ mode-
ratione dispositis, bellum nouæ perturbationis inferre, atque vt venerabilium patrum decre-
ta soluantur, quorundam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negauit
effectum. Nam sexagesimus fere annus huius iactantiæ esse iactatur, qua se prædictus episco-
B pus æstimat adiuuari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle,
nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat, cui successit viro, & repulso omni spiritu elationis,
Flauiani modestiam, Flauiani humilitatem, quæ illum vsque ad confessoris gloriam proue-
xit, imitetur. Cuius si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimum di-
lectionis acquiret, non ambiendo humana, sed promerendo diuina.* Hanc autem obseruan- *al.Hęc au-tem obser-uantia vni-uscuiusque.
tiam eum quæq; illi animum spondet copulandum, & apostolicæ sedis dilectionem, quam
Constantinopolitanæ ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violandam. Quia si in-
terdum immoderati præsules aliquas incidunt culpas, ecclesiarum tamen Christi integra gra
tia perseuerat. Consensiones vero episcoporum, sanctorum canonum apud Nicænam condi
C torum regulis repugnantes, vnita nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per
autoritatem beati Petri Apostoli, generali prorsus definitione cassamus, in omnibus ecclesia-
sticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum, per trecētos de-
cem & octo antistites spiritus sanctus instituit, ita vt etiam, si multo plures alij, quàm illi sta-
tuere, decernerent, in nulla reuerentia sit habendum, quicquid fuerit à prædictorum consti-
tutione diuersum. Prolixitatem itaque epistolæ meæ, qua necesse habui explicare, quid sen-
tiam, rogo vt per fratrem & coëpiscopum meum Lucianum, qui (quantum in ipso est) sollici-
tudinem susceptæ legationis est fideliter exequutus, & per filium meum Basilium diaconem,
pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est pro pace, & vnitate ecclesiæ labo-
rare, fratrē meum Anatholium episcopū ex vestra insinuatione dilectum, salubriter in his,
D quæ ipsi profutura sunt, continete, vt gloria clementiæ vestræ, sicut magnificatur de fide re-
parata, ita prædicetur de ambitione compressa. Data. XI. Calend. Iunij, Herculano viro
clarissimo consule.

EIVSDEM QVINQVAGESIMAQVARTA Epistola ad Iulianum episcopum Coen. de Etio, & Andrea.

E *Opilione & Vincomalo consulibus, circa annum Christi teste Cassiodoro. ccccl v. secundum autem Mariā-num Scotum ad euangelij ueritatem. ccccl xxiiij. iuxta uero Dionysij cyclum. cccclij. qui fuit pōtificatus Leo-nis papæ. xiiij. scripta est hæc epistola, & similiter. xi. sequentes.*

BEo episcopus Iuliano episcopo Coen. Agnoui in dilectionis tuæ literis fraternæ
charitatis affectum, quod de multis malis, quæ multa, & sæua pertulimus, pio nobis-
cum dolore compateris. Sed vtinam hęc, quæ perpeti nos dominus aut permisit, aut
voluit ad correctionem proficiant multorum, & vt desinant aduersitates, finiantur offensæ.
Quod vtrunq; de magna erit misericordia dei, si & flagella remoueat, & ad se suorum corda
F conuertat. Sicut autem fraternitatem, ea quæ apud nos fuit, contristauit hostilitas, ita me an-
xium facit, quod in Constantinopolitana ecclesia (quantum tuæ indicant literæ) hæreticorum
insidiæ non quiescunt, & quæsitis occasionibus, hi qui catholicæ fidei defensores fuere, vexā-
tur. Nam dum Etius ab officio archidiaconatus per speciem prouectionis amouetur, & in lo-
cum eius Andreas, qui ob hæreticorum societatem fuerat abiectus, assumitur, dum beatæ me-
moriæ Flauiani accusatoribus honor redditur, & piissimi confessoris participes, aut discipuli
conteruntur, nimis aperte,* qui Christo ecclesiæ ipsius placeat, demōstratur. In quem pro cau- *al.quid e-piscopo.
sæ merito differo commoueri, & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eū
filius noster Etius indicauit, expecto, dans locum voluntarię emendationi, qua dolorem meū
cupio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupio mitigari. Clementissimo tamen principi,& piissimæ Augustæ de his,quę ad custodiam G
pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi, quos deuotione suæ fidei, prouisuros esse non dubito,ne
contra gloriam operis ipsorum,damnata hæresis queat pullulare . Studeat ergo dilectio tua
(frater charissime)piam,& necessariam curam sollicitudini apostolicæ sedis impendere, quæ
tibi,apud se nutrito,catholicam contra Nestorianos,& Eutychianos hæreticos actionẽ, ma-
terno iure commendat,vt diuino fultus auxilio,speculari de Constantinopolitanæ vrbis op-
portunitate non desinas, vt prædictorum dogmatum impius nunquam turbo consurgat . Et
quia tanta est gloriosorum principum clementia, vt cõfidenter eis possis, quæ sunt insinuan-
da,suggerere,pietate ipsorum,ad vtilitatem ecclesiæ vniuersalis,vtaris. Consulente autẽ di-
lectione tua de his,in quibus putaueris ambigendum, nõ deerit relationibus tuis meæ respõ-
sionis instructio,vt sequestrata earum actione,causæ,quæ in quibuscunque ecclesiis præsulum H
suorum debent cognitione firmari,hac speciali cura,vice mea functus,vtaris,ne hæresis Ne-
storiana,vel Eutychiana,in aliqua parte reuiresçat,quia in episcopo Constantinopolitano ca-
tholicus vigor non est,nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æsti-
matione sollicitus,cum si quid illi inesset spiritualis industriæ,ita & à quibus ordinatus sit, &
cui viro successerit,cogitare deberet,vt magis beatũ Flauianũ,quàm sui erroris sequerẽ au-
tores.Et ideo cum piissimi principes secundum obsecrationes meas,dignati fuerint fratrem
Anatholium de his,quæ merito in querelam veniunt,increpare, vigeat charitas tua diligen-
tia sua,vt vniuersa scandala,adhibita plenissima correctione,resecẽtur,& à filij nostri, ac tua I
cesset iniuria.Nam apud catholicum episcopum , etiam si erat , vtcunque decus sacerdotale
sacerdoti archidiaconus propter fidei reuerentiam debuit præmitti,potius quàm locum ca-
tholici nequissimus hæreticus obtineret.Cum itaque quæ sequantur,agnouero,tunc manife-
stius,quid agi oporteat,æstimabo.Nam interim,dolore cohibito, malui indulgere patientiæ,
vt locus esset veniæ.De Palęstinis vero monachis,qui iampridem in tumultu dissensionis es-
se dicuntur, quo adhuc animo moueantur, ignoro. Neque cuiusquam sermone mihi patefa-
ctum est,quas causas videãtur ante factæ præferre discordiæ, vtrũ scilicet Eutychianæ per-
uersitati tali furore famulentur,an implacabiliter doleant,episcopum suum in hãc impietatẽ K
posse traduci,quæ contra ipsorum locorum sanctorum testimonia,quibus totus mundus in-
structur,ab incarnationis dominicæ veritate desciuerit,& quod in aliis per indulgentiam cu
rare placuit,in illo putent non esse veniale.Vnde cupio me super his plenius edoceri, vt etiã
talium correctioni congrue studeatur,quia aliud est contra fidem impie armari,aliud in er-
rorem quempiam detineri.Chartas etiam,quas Actius presbyter ante indicauit esse directas,
& breuiarium fidei,quod te misisse significas,necdum ad me noueris peruenisse. Vnde,si ex-
peditior occasio se præbuerit per latores,libenter habeo,vt si qua est,quæ vtilis videatur,quã-
primũ ad me mittatur instructio.De Aegyptiis monachis quàm quieti,aut cui⁹ sint fidei,scire
desidero,& de Alexãdrinæ ecclesię pace, quid ad vos veris nuntiis perferatur, ad cuius epi- L
al.alias scopum vel ordinatores ipsius,seu clericos , quod alia scripta direxerim,missis exemplariis
scire te volui.Ad clemẽtissimũ quoq; principem,& ad religiosissimã augustam quis nũc meus
sermo sit,missa exẽplaria docebunt.Vtrum autẽ epistola mea,quã de incarnationis dominicę
fide,incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flauiano,ad dilectionẽ tuã per Basilium diaconũ mi-
serã,fraternitati tuę tradita sit,scire desidero,quoniã suspectum habeo, ꝙ de eius textu nullũ
vnquam iudiciũ reddidisti.Gestorũ synodalium,quę omnibus diebus cõcilij in Chalcedonẽsi
ciuitate confecta sunt,parũ clara,propter linguæ diuersitatem , apud nos habetur instructio.
Et ideo fraternitati tuæ specialiter iniungo,vt in vnum codicem vniuersa facias congregari,
in latinum sermonem absolutissima interpretatione translata,vt in nulla parte actionum du M
bitare possimus,neq; vllo modo esse possit ambiguum,quod ad plenam intelligentiam,te fue
rit studente perductum. Data quinto Idus Martij,Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA QVINQVAGESIMAQVINTA
eiusdem,ad Martianum augustum,de Etio & Andrea.

LEo episcopus Martiano augusto. Quàm excellenti pietate,& quàm glorioso cle
mentiæ vestræ studio,in integrum nuper fides Christiana reuocata sit,totus mũdus
agnoscit , & saluti suæ singulare præsidium per vos à domino esse reparatum . At si
quid,

A quid,aduersum tanti operis consummationem,de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse
est,vt ad vestræ reuocetur pietatis auxilium , quod ad custodiam catholicæ veritatis diuina
prouidentia præparauit,vt quum potestatis vestræ sit,scandala etiam in lõginquum nata re-
secare,multo magis ea,quæ sub vestris audent oculis surgere,non sinatis accrescere.Anatho-
lij episcopi ordinationem(sicut scientia dei testis est)suspectam(quod fatendum est) mihi fe-
cerant consecrationis eius autores,nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum,sequu-
tumq; est,vt dum communione apostolicæ sedis existeret alienus,diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinerem.Sed,quum illi pietatis vestrę testimonium suffragaretur,quum de fi-
de atque vnanimitate eius optanda quæq;,& placitura promitteret,professionem eius ita cre-
B didi esse synceram,vt tamen,qua obseruantia se agere deberet, non desinerem commonere,
sedulo ipsi ac diligenter inculcans,vt de persequutoribus beatæ memoriæ Flauiani neminem
auderet in suo habere consortio, & Eutychianæ hæreseos defensorem à se indicaret esse de-
iectum.Sequutumq; est,vt de his,quæ pro catholica fide in synodali concilio fuerant defini-
ta,talia ad me scripserit,qualia catholicum sacerdotem scribere cõgruebat.Cum ergo ad cõ-
mendanda ipsius primordia ista præcesserint,quid causæ aut occasionis emerserit, vt virum
catholicæ fidei , & Nestorianis atque Eutychianis hæreticis constanter etiam aduersum ar-
chidiaconum sub honoris specie degradaret , & dispensationem totius causæ & curæ eccle-
siasticæ in Andream Eutychianistam repente transferret,adeo nimia commotione turbatus,
C vt consecrationem,quam pro iniuria dabat, sexta sabbati traditionis apostolicæ vt nescius
aut oblitus inferret,quasi non ad episcopum magis,quàm ad presbyterum ordinationis illius
vitium pertineret,qui non inueniens,quid argueret in fide,quod improbaret in moribus,de-
iectionem innocentis per speciem prouectionis impleuit,addens sententiæ illud iniuriæ , vt
eum,cœmiterio deputando,condemnaret exilio . Quem tamen pietati vestræ commendare
præsumo,ne vllis vlterius noxiis ingrauari possit insidiis,quem dominus(vt comperi) sub ve
stra defensione constituit. Adiicio autem etiam hanc obsecrationem,vt prędictum episcopũ
à professione sua dissonũ,& nimium testimonij vestri ac fauoris oblitũ, necessarie increpare
dignemini.Cesset catholicos infestare,cesset eos,qui sanctæ memorię Flauiano placuere , &
D cõterere eorum societatẽ,quos improbauit,eligere. Fraternam enim illi charitatẽ non aliter
poterimus impendere,quàm vt se ab inimicis catholicę fidei approbet execrari, eorumq; à se
consortium atque commercium abscindat.Qui etiam si magna fuisset satisfactione purga-
tus,post dubium tamen reuersus,errorem catholicis diaconibus postponi debuit,non præpo-
ni.Illud quoque clementiæ vestrę beneuolentiam peto,vt veneratorem vestrũ, fratrem meũ
Iulianum episcopum,in vestro,sicut facere dignamini,habeatis affectu,cuius obsequiis presen
tiæ meę vobis imago reddatur.Nam & de fidei eius synceritate confidens,vicem ipsi meam,
contra temporis nostri hæreticos,delegaui,atque propter ecclesiarum,pacisq; custodiam , vt
à comitatu vestro non abesset exegi,cuius suggestiones,pro concordia catholicę vnitatis,tã-
quam meas audire dignemini,placentes deo, qui vobis pręter regiam coronam,etiam sacer
E dotalem conferat palmam.Data.VI.Idus Martij,Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA QVINQVAGESIMASEXTA
eiusdem ad Pulcheriam Augustam de Etio & Andrea.

F MVltis extantibus documentis,quibus in dilectionem ecclesiæ dei pietatis vestræ ma
nifestatur affectio,merito quoties aliquid noscitur scandalorum,vestrum desidera-
tur auxilium, vt fides , quę annitentibus vobis,contra hæreticorum commenta de-
fensa est,securę pacis perpetem obtineat firmitatem.Nam quid prodest,foris aduersarios ve-
ritatis oppressos,si eosdem habeamus intra dominica septa rediuiuos? Quod itaq; circa per-
sonam filij mei Etij gestum esse cognoui,nimium me anxium facit, & metuere certa ratione
compellit,ne pœnitendum mihi sit,quòd de episcopo Constantinopolitano,qui ab impugna-
toribus fuerat ordinatus fidei,vobis adhortantibus,acquieui meliora sentire,cum tanto pie-
tatis vestræ testimonio iuuaretur, ne illum grauaret suæ ordinationis infirmitas , vbi vestra
interuẽtio præstaretur. Vnde gratulari cœperam,quòd beati Flauiani honoraret memoriam,
& hæreticorum conatibus obsistere diceretur.Sed doleo,illum (sicut prædicti lachrymabilis

querela

Universidad de Deusto
Biblioteca

querela demonstrat)in deteriora mutatũ,& eum nunc constituisse archidiaconem, quem ipse professus est à se esse reiectũ, qui Eutychianæ hæresis se apud nos prodiderat defensorem. Quem,quia nunc ecclesiasticis negotiis præposuit, propter hæreticam peruersitatem, eidem fauorem suũ præstare cõuincitur.Qui etiã si magna satisfactione potuisset indulgẽtiam promereri,nequaquã debuit his,qui in fide permanserant,anteferri.Vnde quia nõ latet clementiam vestrã,quantum periculi,aut per pudendã socordiam, aut per dolosam nequitiam nutriatur,dignamini episcopũ ad professionem suæ fidei,autoritate vestræ clementiæ reuocare. Et ne sibi has maculas superducat,ne æstimationem suam,quam vestro acquisiuit fauore, cõtemnat,societatem hæretici,quem dudum à se remouit, abscindat. Cuius innocentiæ ita affuisse vos gaudeo,vt mœrori eius digna consolatione vestra pietas subueniret.Circa fratrem meum,veneratorem vestrũ Iulianum episcopũ, quantũ debeat crescere vestra dignatio, apostolicæ sedis existimate iudicio,cũ in causa fidei,cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meã eatenus delegaram, vt ab ea,quæ vobis debetur obseruantia, nõ recedens, pietati me vestræ præsentare non desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem,& opportunis suggestionibus,quod vniuersali ecclesiæ prosit insinuans, vt in ipso,nec catholicis vestrum præsidium,quibus volumus subuenire,nec vobis meum desit obsequium. Data.VI.Idus Martij,Opilione viro clarissimo consu.

EPISTOLA QVINQVAGESIMA SEPTIMA
eiusdem ad Martianum Augustum,vbi gratias agit, quòd per Chalcedon.concilium pax ecclesiæ catholicæ sit reddita.

MVlta mihi in omnibus clementię vestræ literis causa gaudij est,dum ex magna prouidentiæ diuinæ misericordia præstitum humanis rebus experior, quòd ecclesiasticam pacem,(quæ non nisi vnitate prædicationis euangelicæ custoditur) piissimo studio iuuare dignamini, vt fidei vestræ gloria non solum vtilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur,gloriosissime Imperator.Vnde ineffabiliter deo gratias ago, qui temporibus, quibus obortura hæreticorum scandala præsciebat, vos in Imperij fastigio collocauit, in quibus ad totius mundi salutem, & regia potentia, & sacerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro præcipue opere sit effectum, vt per synodale concilium, damnatis impij dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscunque reliquiis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitretur implendum, si per vniuersas ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis, apostolicæ sedi placuisse, doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei omnium,subscribendo,consensus accesserit,quæ ad me, secundum formam apostolicæ doctrinæ, ac paternæ traditionis emissa est,& per fratrem meum Lucianum episcopum talia & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim, quæ euidenter ostenderent, me ea,quæ de fide catholica in prędicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem literis ea, quę per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit prædictus antistes, meam gratulationem tacere, quàm suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiducię, deo per vos operante, collatum est, quòd probasse vos obseruantiam meam, de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affatibus indicastis. Et merito geminatur gaudium meum, quum vobis religiosissime placere cognosco, vt & fides Nicæna suam teneat firmitatem,& priuilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quanuis autem de prędclaro fidei vestrę opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorem vnà meum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum episcopum,innotuisse significo, quàm pio dignati fueritis responso,imperitorum monachorum animos cohibere, pariter & docere, vt si illos non penitus deseruerit diuina miseratio, sentiant, se & didicisse,quod credant, & agnouisse,quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestrę, religiosissimęque voluntati,constitutionibus synodalibus,quę mihi de confirmatione fidei catholicę, & hęreticorum damnatione placuerunt, libens adieci sententiam meam. Quę si, vt in notitiam omniũ sacerdotum,ecclesiarũq; perueniat, vestrę clementiæ pręceptio ordinare dignabitur,

dignabitur, affuturam credo & spero gratiam dei, quæ tam sanctam tanti principis curam, plenissimum desiderij sui fructum faciat obtinere,vt omnibus dissentiendi occasionibus amputatis,apostolicæ vbique doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri autem meo Iuliano episcopo,nouerit vestra clementia,hoc me proprie delegasse, vt quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati, quoniam certus sum,vos ad hæc omnia emendanda,vel defendenda,deo auxiliante,sufficere. Data.XII.Calendas Aprilis,Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA QVINQVAGESIMAOCTAVA.
eiusdem,ad Pulcheriam augustam.

QVanuis nullas nunc literas tuæ pietatis acceperim,scribẽte tamẽ glorioſissimo principe,non aliter dignatione ipsius sum gauisus, quàm si mihi etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia.Vnde consuetudinem debitam mei officij oportuit me custodire, per quam significarem clementiæ vestræ, absolute me gaudere,& incessabilibus à deo precibus postulare, vt vos, & Romanæ reipublicæ, & catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate conseruet.De vigore autem fidei vestræ,quo indesinenter domino sacrificium laudis offertis, quantas deo gratias agam, enarrare non valeo,quoniam principibus temporis nostri non solum potentiam regiam,sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim fratre meo Iuliano episcopo,peruenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere,& docendo punire,vt si eos ad pœnitentiam miseratio diuina cõuerterit, multis lachrymis & à nephandis cædibus,& ab hæreticorum blasphemiis diluantur. Quod vero piissimus Imperator ad omnes episcopos,qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere,quibus,quæ illic de fidei sunt regula definita firmarem,libenter impleui, ne fallax cuiusquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam, quum per Constãtinopolitanum episcopum,cui lætitiam meam largiter indicaui, in omnium potuerit notitiã peruenire,quod scripseram,nisi maluisset meũ gaudium tacere, quàm repulsam sui ambitus publicare,fratri & coëpiscopo meo Iuliano,cui sollicitudinẽ meam in causam fidei delegaui, rogo,vt eam fiduciã prębere dignemini,qua pietati vestræ possit, quæ vniuersali ecclesiæ sint profutura,suggerere.Data.XII.Calend.Apri.Opilione viro clarissimo consu.

EPISTOLA QVINQVAGESIMANONA EIVSdem,ad Iuuenalem Hierosolymitanum,& cæteros episcopos,qui in sancta synodo Chalcedonensi congregati fuerunt,directa.

REo episcopus sanctę synodo apud Chalcedonam habitę. Omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo,definitionem sanctæ synodi, quę ob confirmationem fidei in Chalcedonen.ciuitate celebrata est,toto corde me fuisse complexũ, quia nulla finebat ratio,vt qui vnitatem catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatã, non exultanter in integrum rediisse gauderem.Hoc autem non solum ab ipso beatissimę cõsensionis affectu,sed etiam ex epistolis meis,quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ vrbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem sedis apostolicæ manifestare voluisset.

Quæ hic adnotantur, non attinent ad epistolam Leonis papæ præsentem, sed ad eam, quæ est ipsius ad Martianum numero.lvi.& incipit, Multa mihi in omnibus,&c.ex qua desumpta sunt,& sunt addenda, vbi hæc eadem epistola citatur in.iij.actione Chalcedonen.

Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum, quæ in synodo Chalcedonensi per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt,approbẽ,hæc ad omnes fratres, & coëpiscopos nostros,qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ glorioſissimus, & clementissimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

clementissimus princeps(sicut poposci)in notitiam vestrã mittere pro catholicæ fidei amore G
dignabitur,vt & fraterna vniuersitas,& omnium fidelium corda cognoscant,me non solum
per fratres qui vicem meam executi sunt,sed etiam per approbationem gestorum synodaliũ,
propriam vobiscum iniisse sententiam,in sola,videlicet,fidei causa(quod sæpe dicendum est)
propter quam generale concilium,& ex præcepto Christianorum principum,& ex consensu
apostolicæ sedis placuit congregari,damnatis hæreticis,qui si corrigi voluissent, nulla peni-
tus resideret de vera domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis vnquã
ausus fuerit,vel Nestorij perfidiam tueri,vel Eutychetis,ac Dioscori impium dogma defen-
dere,& à catholicorum communione rescecetur,nec habeat eius corporis participationem,cu
ius abnegat veritatem,fratres charissimi. De custodiendis quoque sanctorum patrum statu-
tis,quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis H
admoneo, vt iura ecclesiarum, sicut ab illis.CCCXVIII.patribus diuinitus inspiratis sunt or-
dinata,permaneant.Nihil alienum improbus ambitus concupiscat,nec per alterius imminu-
al.extortis tionem,suum aliquis quærat augmentum.Quantumlibet enim exortis assentationibus sese
instruat vanitatis elatio, & appetitus suos conciliorum æstimet nomine roborandos, infir-
mum,atque irritum erit,quicquid à prædictorum patrum canonibus discreparit. Quorũ re-
gulis apostolica sedes quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum,quibus Constantinopo
litani antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, & me auxiliante I
domino nostro,& catholicæ fidei,& paternarum traditionum esse custodem. Data.XII.Ca-
lend. Aprilis,Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA SEXAGESIMA EIVSDEM
ad Maximum Antiochenum episcopum.

Vantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima vnitas, & pacis eccle-
siasticæ tranquilla concordia, literarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filij K
nostri Marinianus presbyter, & Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores,
quod per ipsas alloquia alterna miscemus,& magis,magisq; innotescere gratiam dei, qua fit,
vt per totum mundum de manifesto catholicæ veritatis lumine gaudeatur. Quanuis (quod
multum dolemus)quidam adhuc(sicut sermo indicat nuntiorum)tenebras suas diligant,& cũ
vbique diei splendor exortus sit,etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro, & perdita fi-
de,solo & vacuo remanserint nomine Christiani,non habentes intelligentiam,qua errorem
ab errore discernant,& blasphemiam Nestorij ab Eutychis impietate distinguant. Nec enim
ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua peruersitate cõtrarij.
Nam cum Nestorium Eutychetis discipuli detestentur, & Eutychen anathematizent Nesto- L
rij sectatores,catholicorum iudicio pars vtraque damnatur, & ambæ simul hæreses à corpo-
re ecclesiæ resecantur,quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam.Nec interest,
quo sacrilegio ab incarnationis dominicæ veritate discordent, dum id quod prauissime sen-
tiunt, nec autoritas euangelij,nec ratio recipiat sacramẽti. Et ideo(frater charissime)oportet
dilectionem tuã toto corde perspicere, cuius ecclesiæ gubernaculis te dominus voluerit præ-
sidere,& eius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Pe-
trus, per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antio-
chena,& Romana vrbe fundauit,vt illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem,ea
intelligas reposcere instituta,quæ tradidit,quæ sicut ab ipsa, quam confessus est, veritate su- M
scepit. Neque vllo modo sinas in Orientalibus ecclesiis, maximeq; in his, quas Antiochenæ
sedi sacratissimorum patrum Nicæni canones deputauere ab improbis hæreticis euan-
gelio*resultari,& vel Nestorij,vel Eutychetis à quoquam dogma defendi.Quoniam(sicut di
*al.insulta- xi)catholicæ fidei petra(cuius cognomen beatus Apostolus Petrus sumpsit à domino)nullum
ri, recipit ab vtraque impietate vestigium,sed euidenter atque perspicue & Nestorium anathe-
matizat,qui verbi,carnisq; naturam in beatæ virginis coniunctione seiungens,vnumq; Chri
stum in duos diuidens,aliam deitatis,& aliam humanitatis voluit esse personam,quum om-
nino vnus idemq; sit,qui & secundum sempiternam deitatem de patre est natus sine tempo-
re,& de matre natus in tempore.Et Eutychen similiter execratur,qui in domino Iesu Christo
veritatem humanæ carnis euacuans,ipsum verbum in carnem asserit transformatum,vt na-
sci,

A sci,nutriri,proficere,pati,mori,atq; sepeliri,& die tertio suscitari,solius fuerit deitatis,quę ser
uilis formæ nõ veritatem susceperit,sed figuram.Summa itaq; vigilantia cautũ te esse cõue-
nit,ne quid sibi hæretica prauitas audeat vendicare,quum te deceat,his sacerdotali autorita-
te resistere,nosq; sæpius de profectu ecclesiarũ tuis relationibus,quid agatur,instruere.Dignũ
est enim,te apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem,& ad augendam fiduciã priuile-
gia tertiæ sedis agnoscere,vt in nullo cuiusquã ambitione minuantur,quia tanta apud me est
Nicænorum canonũ reuerentia, vt ea,quę sunt à sanctis patribus cõstituta, nec permiserim,
nec patiar aliqua nouitate violari.Et si enim diuersa nõnunquam sunt merita præsulum, ta-
men iura permanent sedium, quibus etsi possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis
B inferre,non tamẽ possunt minuere dignitatem. Vnde quũ aliquid pro Antiochænæ eccleſiæ
priuilegiis dilectio tua agẽdum esse crediderit,propriis literis studeat explicare,vt & nos cõ-
sultationi tuæ absolute & congrue respondere possimus. Nunc autem ad omnia generaliter
pronuntiare sufficiat,quòd si quid à quoquam cõtra Nicænorum canonũ statuta in quacunq;
synodo vel tentatũ est,vel ad tempus videtur exortum,nihil prejudicij poteſt inuiolabilibus
inferre decretis.Et facilius erit quarũlibet consensionum pactum dissolui, quàm prędictorũ
canonum regulas ex vlla parte corrumpi. Subrepẽdi enim occasiones non prętermittit am-
bitio,& quoties ob intercurrentes causas generalis cõgregatio facta fuerit sacerdotum,diffi-
cile est,vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suã moliatur appetere. Sicut
C etiam in Ephesina synodo,quæ impium Nestorium cum dogmate suo pertulit,Iuuenalis epi-
scopus ad obtinendum Palæstinæ prouinciæ principatum credidit se posse sufficere, & inso-
lentes ausus per commentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandri-
nus episcopus merito perhorrescens,scriptis suis mihi,quid prædicta cupiditas ausa sit,indi-
cauit,& solicita prece multũ popoſcit,vt nulla illicitis conatibus prębęretur assensio.Nam cu
ius epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio re-
quisitam,nos authenticam noueris reperisse. Hoc tamen proprium definitionis meę est,vt
quantũlibet numerus sacerdotum amplior,aliquid per quorundam surreptionem decernat,
quod illis trecentorum decem & octo patrũ constitutionibus inueniatur aduersum, id iusti-
D tiæ consideratione cassetur, quoniã vniuersæ pacis tranquillitas nõ aliter poterit custodiri,
nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur.Si quid sane ab his fratribus,quos ad san-
ctam synodum vice mea misi,præter id,quod ad causam fidei pertinebat, gestũ esse perhibe-
tur,nullius erit penitus firmitatis,quia ad hoc tantum ab apostolica sede sunt directi,vt ex-
cussis hæresibus catholicæ essent fidei defensores.Quicquid enim præter speciales causas sy-
nodalium cõciliorum ad examen episcopale defertur,potest aliquã diiudicãdi habere ratio-
nem, si nihil de eo est à sanctis patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum re-
gulis,cõstitutioneq; discordat,apostolicæ sedis nunquam obtinebit cõsensum. Quanta vero
hoc diligentia custodiatur à nobis,exemplaribus eius epistolæ,quam ad Constantinopolitanũ
episcopum,refrenantes ipsius cupiditatem,direximus, instrueris, quam in omnium fratrum
E & sacerdotum nostrorũ facias notitiam peruenire,vt nouerint pacem ecclesiasticam,per cõ-
cordiam deo placitã,debere seruari.Illud quoq; dilectionẽ tuam conuenit pręcauere,vt præ-
ter eos,qui sunt domini sacerdotes,nullus sibi ius docendi & prædicandi audeat vendicare,
siue sit ille monachus,siue sit laicus,qui alicuius scientiæ nomine glorietur.Quia etsi optandũ
est,vt omnes ecclesiæ filij,quę recta & sana sunt,sapiant,non tamen permittendũ est,vt quis-
quam,extra'sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi prædicatoris assumat, quum in
ecclesia dei omnia ordinata esse conueniat,vt in vno Christi corpore & excellentiora mem-
bra suum officium impleant,& inferiora superioribus non resultent. Data tertio Idus Iunij,
F Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA SEXAGESIMAPRIMA EIVSDEM,
ad Theodoritum episcopum Cypri post Chalcedonen. concilium,de fidei perseuerantia.

Dilectissimo fratri Theodorito episcopo,Leo episcopus. Remeantibus ad nos fra-
tribus,& consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri di-
rexit,agnouimus,dilectionem tuam,superno adiutorio,nobiscum tam Nestorianæ
impietatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

impietatis,quàm Eutychianæ vesaniæ,extitisse victricem. Vnde gloriamur in domino, cum G
Psal.123 propheta canentes: Adiutorium nostrum in nomine domini,qui fecit cœlum & terram, qui
nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit,sed quæ nostro prius mini-
sterio definierat,vniuersæ fraternitatis irretractabili firmauit assensu, vt vere à se prodisse
ostenderit,quod prius,à prima omnium sede formatum,totius Christiani orbis iudicium re-
cepisset,vt in hoc quoque capiti membra concordent,in quo amplior nobis in hac re sit gau
dendi materia,dum & tanto magis se perculit inimicus,quanto contra Christi ministros sę-
*al. ad eam uius insurrexit.Nam ne aliarum sedium * ab ea,quam cæteris omnium dominus statuit præ-
sidere,consensus assentatio videretur,aut alia quælibet subrepere posset aduersa suspitio, in-
*al. à dissen uenti prius sunt,qui de iudiciis nostris ambigerent.Et dum nonnulli, * ad dissensiones inci- H
sionum co- tati ab autore contradictionis,ad insana bella prosiliunt,ad maius bonum,malum eius,autore
acti autore, ad cõtradi- totius bonitatis dispensante,peruentum est. Dulcius siquidem munera gratiæ diuinæ pro-
ctionũbella ueniunt,quoties nõ sine magnis sudoribus acquiruntur.Et minus bonum videri solet, pax cõ
tinuata per otium,quàm reddita post laborem.Ipsa quoque veritas & clarius renitescit,& for
tius retinetur,dum quæ fides prius docuerit,hæc postea examinatio cõfirmarit. Multum de-
nique sacerdotalis officij meritum splendescit, vbi sic summorum seruatur autoritas, vt in
nullo inferiorum putetur imminuta libertas.Et ad maiorem dei gloriam proficit finis exa-
minis,quando ad hoc se accipit exercendi fiducia,vt vincatur aduersitas,ne quod per se pro-
batur reprobum,silentij præiudicio videatur oppressum.Exulta igitur,charissime frater, & in I
vnico dei filio victor exulta.Vicit per nos ille, cuius carnis veritas negabatur, vicit per nos,
& pro nobis ille,cui vicimus, per quem secunda est post aduentum domini hæc orbi festiui-
tas.Redditum seculo est,prædone prostrato,incarnationis diuinæ mysterium, quod humani
generis inimicus,quia rebus ipsis auferre nõ poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab in-
credulorũ corde perierat immortale mysteriũ,quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa
Marc.vlt.d veritate suis dicente discipulis: Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit, qui autem nõ
crediderit,condemnabitur.Solis iustitiæ iubar, densis per Orientem Nestorij & Eutychetis
*el.culmen nebulis impeditum pure ab Occidente resplenduit,vbi*commerciũ in apostolis, & doctori-
fummum bus principaliter collocauit,quanuis nec illic vnquam defuisse credendus sit,quo confessores K
sibi egregios reseruauit,ita vt dum denuo conaretur hostis antiquus, per secundi Pharaonis
impœnitens cor,fidei Abrahæ semen,& filios repromissionis extinguere,deo miserante, lan
guescens,nisi sibi nocere,nihil possit.De quo & illud omnipotens mirabilius egit,quia & quos
sibi socios ad Israëlitici populi cædes ascuerat, non cum tyrannidis autore submersit, sed
cum suo populo congregauit.Et sicut reuera se dignum, & soli sibi possibile fons misericor-
diæ nouerat, victos à nobis, nobiscum fecit esse victuros. Nam dum solus vere sit humani
generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo iam triumphare non dubium est, quos sibi ve
ritas vendicauit. Nunc prorsus illa redemptoris nostri dicta, quàm sint diuinæ autoritatis,
apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, vt de ipsis dubitare dictum non liceat. Vos L
Ioan.8.f (inquit)ex patre diabolo estis, Et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab
initio,& in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex
propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Nihil ergo mirandum est, quòd hi, qui in
veritate dei nostræ naturæ mendacium crediderunt,patri suo & circa ista concordant,quic-
quid visum,quicquid auditum,quicquid denique(teste euangelio)tactum est,atque palpatum,
in vnico dei filio,nõ eius,cuius probatũ est,asserentes,sed cœternæ & coessentialis patri fuis
se substantiæ,quasi aut diuinitatis natura,crucis ligno transfixa sit, aut inconuertibilis, cre-
sceret per ætates, & in sapientia proficere, sapientia sempiterna,vel spiritu deus, qui spiritus
est,subinde repleri potuerit.In hoc quoque se acerba vesania,ex quo autore processerit, pro- M
dit,quod quantum in se est,vniuersis nocere molita est. Nam qui nos persequendo afflixit,
cæteros ad consensum sceleris impellendo deprauauit. Sed nec nos, licet in singulis fratri-
bus(quia membra nostra sunt) vulnerasset, à speciali dolore fecit exceptos, quibus noua &
inaudita prius,atq; incredibili audacia inferre contra suũ caput est molitus iniuriã.Sed vtinã
vel post tot pessima resipiscens,nõ nos etiam de suo æternæ dãnationis interitu contristaret.
Quam mensuram sceleris prętermisit,cui nec hoc sufficere potuit, quòd nec viuis parcendo,
1.Ioan.3.c nec mortuis etiã in sanguine innocentis & catholici sacerdotis pollutas iampridem abdica-
ta veritate, atq; approbata falsitate,manus intinxit?Et quum scriptum sit, Qui odit fratrem
suum, homicida est,ille (quod odio iam fecisse, addictus est)impleuit operibus, quasi nec au-
disset

A disset illud quod dominus ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis Matth.11.d
requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue est. Dignus
diabolici prædicator erroris Aegyptius vastator inuentus est, * quia tanquã sæuissimus tyrã- *al.qui
nus,ecclesiæ nephandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, & per cruentas
manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce nostri redemptoris firma- Ioan.8.f
tum sit, vnum eundemq; homicidij & falsitatis authorem, ille pariter vtcunque compleuit,
quasi non vt caueantur, sed vt perpetrentur, scripta sint,ad perditionis suæ cumulum tra-
hens,quæ dei filius monuit ad salutem.Illud quoq; surda nimis aure prætereat quod ab eodẽ
domino dictum est: Ego, quod vidi apud patrem meum, loquor, & vos ergo, quod vidi- Ioan.8.d
B stis apud patrem vestrum,facitis. Igitur,dum sanctæ memoriæ Flauiano vitam præsentis se- *al.veræ
culi moliretur auferre,se * serenæ vitæ luce priuauit. Dum vos ab ecclesiis vestris conare-
tur expellere,se à Christianorũ collegio segregauit. Dum trahit plurimos,& impellit ad er-
roris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciauit, solus vltra omnes & per om-
nes, ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas, soli-
do cibo firmata, indigere minime videatur, tamen vt, quod nostri loci est, impleamus cir-
ca vocem dicentis Apostoli, Præter ea, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, so- 2.Cor.11
licitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur,
& ego non vror? hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater charis-
C sime, vt quotiescunque, diuina gratia administrante, illos, qui foris sunt, fonte doctrinæ
aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas spiritus sancti diuinitas in Chalce-
donensi concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrunque hostem nouellæ perfidiæ
sermonem nostrum cum omni cautela libremus, non iam(quod absit)tanquam de dubiis di-
sceptantes, sed autoritate sua, quæ bene definita sunt, astruentes, quum & in apostolicæ se-
dis epistola, vniuersali sanctæ synodi assensu firmata, tanta diuinæ autoritatis testimonia
nouerimus esse congesta, vt nullus queat vlterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum te-
nebras inferre maluerit, quum synodalia gesta, vel quibus primum definitio fidei legitur
esse formata, vel quibus præfatæ literæ apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio de-
fensæ sunt, & maxime ad piissimos principes totius concilij alloquutio, tot sit præcedẽ-
D tium patrum testimoniis roborata,vt quanuis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non
iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.Vnde hoc quoque contra
hostes ecclesiæ prouidere condignum est, vt eis nullam calumniandi occasionem (quod ad
nos attinet)penitus relinquamus,nec vnquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes,
alteri eorum videamur terga vertisse,sed vtrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque
damnemus,ita vt nos, quoties audientium, quantalibet poscit vtilitas, cum dogmatibus eo-
rum digno anathemate promptissime atque euidentissime feriamus,ne si à nobis hoc, quod
obscurius fieri videatur, aut tardius,putetur inuitum.Quod quanuis prudentiam tuã res ip-
sa admonere sufficiat,nunc tamen & experimenta docuerunt.Sed benedictus deus noster,cu
E ius inuincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum sedis apostolicæ iu
dicia demonstrauit.Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam,si talem te,qualem pro-
bauimus,ac probamus,pro vniuersalis ecclesiæ defensione seruaueris.Nam quòd deus omni-
um calumniosorum fallacias soluit,maximam beatissimi Petri curam pro nobis cũctis agno
scimus,qui postquam suæ sedis iudicium in fidei definitione firmauit, nec circa cuiusquã ve-
strum,qui nobiscũ pro catholica fide laborastis,personã, quicquã reprobum videri permisit,
quia nec poterat,spiritu sancto indicante,quisquam ex eis nõ victor exire,quorum iam vice-
rat fides.Quod superest,exhortamur,vt quia illic,nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erro-
ris reliquias cognouimus remansisse,nunc etiam sedi apostolicæ collabores.Victoria enĩ,quã
F Christus dominus deus noster suæ donauit ecclesiæ,quandiu in hoc mundo versamur,licet fi
duciam maiorem tribuat,nõ tamen in totum solicitudinẽ perimit,nec vt dormiamus dona-
ta est,sed vt suauius laborem°.Vnde in hoc quoq; tuæ vigilantiæ solicitudine volumus adiu-
uari,vt tua relatione currente,quid apud illos religionis doctrina dominica proficiat,aposto
licam sedem festines instruere,quatenus illius religionis sacerdotes,in quocunque vsus neces
sitas exegerit,adiuuemus.De his vero,quæ in supradicto concilio illicita, contra venerabiles
Nicænos canones,pręsumptione tẽtata sunt, ad fratrem & coëpiscopũ nostrum Antiochenę
sedis præsulem scripsimus,adiicientes & illud,quod nobis propter improbitatem monacho- 16.q.1.Adiſ
rum quorundã,religionis vestræ verbo mãdastis per vicarios nostros,& hoc specialiter sta- cimus illud

y tuentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuētes,vt præter domini ſacerdotes nullus audeat prædicare,ſeu monachus,ſiue ille ſit laicus, G
qui cuiuſlibet ſcientiæ nomine glorietur.Quas tamen literas, pro vtilitate vniuerſalis eccleſiæ,per prædictum fratrem & coëpiſcopum noſtrum Maximum,ad omnium volumus peruenire notitiam,& ob hoc, hic nolumus earum exemplar adiicere , quia quæ prædicto fratri iniunximus,non dubitamus implenda.Et alia manu.Deus te incolumem cuſtodiat,frater chariſſime. Data quato Idus Iunij,Opilione viro clariſſimo conſule.

PASCHASINI ARCHIEPISCOPI CONſtantinopolitani epiſtola ad Leonem papam,qui iuſſerat illi,vt reſcriberet de ſupputa H tione paſchalis feſti.

DOmino viro beatiſſimo,ac apoſtolico,mihiq; poſt dominum plurimum colendo papæ Leoni, Paſchaſinus epiſcopus. Apoſtolatus veſtri ſcripta diacono Panormitanæ eccleſiæ Silano deferente percepi, quæ nuditati meæ atque ærumnis , quas amariſſima captiuitate faciente incurri,ſolatium in omnibus,atque remedium attulerunt,cœleſti rore animum recreantes, atque omne, quod triſte fuerat, abſtergentes . Domine venerabilis papa, iubere dignata eſt corona veſtra, vt quod paſchalis ſupputationis veritas anni poſt I
hunc futuri haberet,ſacroſanctis auribus veſtris exiguitas mea intimaret . Cui præcepto inobediens exiſtere non potui omnino, nec debui . Diuino itaque tractatu , vel ratiocinatione id verum inuenimus, quod ab Alexandrinæ eccleſiæ antiſtite beatitudini veſtræ reſcriptum eſt.Nam quum Romana ſupputatio,quæ cyclo concluditur,cuius ipſe,de quo agitur , erit ſexageſimuſquartus annus,qui cyclus cœpit à conſulatu Antonini & Siagrij,nobis dubietatem afferret,eo quòd.vij.Calendarum Aprilium die,dies dominica,& luna.xxj.incurreret,& iterum,nono Calendarum Maiarum die(vt rei veritas habet)dominica dies,& luna.xix.obueniret,in hoc ambiguo fluctuantes,ad Hebræorum,hoc eſt,legalem ſupputationem nos conuertimus,quæ quum à Romanis ignoratur,facile errorem incurrunt. Cœpit ergo Ogdoas à K
conſulatu virorum clariſſimorum Etij,iterū & Sigiſmildi, quæ clauditur anno , de quo quæſtio videtur exorta. Talis ratio hæc eſt.Priores vero anni communes , tertius emboliſmalis, quartus & quintus communes,ſextus emboliſmalis, ſeptimus communis , octauus emboliſmalis.Peruidet ergo apoſtolatus veſtri prudentia octauum annum Ogdoadis fieri aliter non poſſe,niſi emboliſmum teneamus. Quod ſi voluerimus illud, quod ſuperius diximus , id eſt, quod primum incurrit,paſcha ſeptimo Calendarum Aprilium die celebrare, cōmunem annum faciemus,& incipiet omnis deinceps ſubſequentium annorum ſupputatio vacillare . Et ne hoc,quod expoſui beatitudini veſtræ obſcuritatem aliquam afferat, ſuggeſſimus cōmunes annos,apud Hebræos duodecim tantum menſes,hoc eſt,dies.cccliiij.habere . Neceſſitate ergo L
emboliſmi cogimur id tenere, quod longius eſt,ne à vero deuiare videamur . Neque nobis aut nouum, aut erraticum videatur , quum dies paſſionis.xj . Calendas Maij occurrat , à qua (ſicut videtur) paſcha nomen accepit , licet Hebrææ linguæ interpretes tradant paſcha tranſitum dici , quod tamen idem & Ioannis euangeliſtæ dicto firmatur , quo ait , quum de
Ioan.13.a paſſione loqueretur : Cum veniſſet hora , vt tranſiret Ieſus de hoc mundo ad patrem . Non ergo nos dies vna longius poſita terreat, ne,quum hoc vitamus, incurramus errorem, ſicut tempore beatæ recordationis domini mei , prædeceſſoris veſtri Zozimi , anno conſulatus Honorij auguſti vndecies, & Conſtantij ſecundo,Tunc enim,quum declinaretur,ne decimo Calendas Maij dies paſchæ teneretur , celebratum octauo die Calendas Aprilis, id eſt, pro M
emboliſmo communis eſt annus tentus , & error grauiſſimus eſt ortus,in tantum , vt miniſterio certo , quod dono ſancti ſpiritus miniſtratur, hæc veritas probaretur . Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipſe etiam ſancto, atque à me venerando fratre meo Libanio diacono notiſſimus eſt . Cuius myſterij miraculum tale eſt . Quædam viliſſima poſſeſſio Meltinas appellatur , in montibus arduis , ac ſyluis denſiſſimis conſtituta , illicque perparua , atque vili opere conſtructa eſt eccleſia.In cuius baptiſterio nocte ſacroſancta paſchali baptizandi hora , quum nullus canalis, nulla ſit fiſtula , nec aqua omnino vicina, fons ex ſe repletur, pauciſque qui fuerint, conſecratis, cum deductorium nullum habeat , vt aqua venerat,ex ſeſe deſcendit.Tūc ergo(ſicut ſupra diximus)cum ſanctæ memorię domino quondam

A quondam meo,ac beatiſſimo papa Zozomi,cum apud Occidentales error ortus fuiſſet,conſuetis lectionibus,nocte ſacra diſcuſſis , cum presbyter ſecūdum morem , baptizandi horam requireret,vſque ad lucem aqua non veniente,non conſecrati,qui baptizandi fuerant,receſſerunt.Vt ergo breuiter narrem,illa nocte, quæ luceſcebat in diem dominicam , decimo die Calendas Maij fons ſacer hora competenti repletus eſt.Euidenti ergo miraculo claruit, Occidentalium partium fuiſſe errorem.Hęc prout potui,vel epiſtolaris breuitas paſſa eſt,iubente apoſtolatu veſtro reſcripſi.

B EPISTOLA SEXAGESIMASECVNDA EIVSdem ad Martianum Auguſtum de Paſcha.

QUAm multis documentis per omnes Chriſti eccleſias fides veſtræ pietatis innotuit, vt ſi quid ſollicitudinum pro cōmuni religione generatur,merito veſtrum quęratur auxiliū.Et quia memor diſpenſationis mihi credite, neceſſe habeo,curas meas etiam in ea,quæ ſunt futura,præmittere,non improbe cupio , clementiæ veſtræ ſtudiis adiuuari , vt
C in ea obſeruantia,quæ certa ſemper ratione variatur,nihil poſſit erroris incurri. Paſchale etenim feſtum,quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quanuis in primo ſemper menſe celebrandum ſit,ita tamen eſt lunaris curſus conditione mutabile,vt plerunque ſacratiſſimi diei ambigua currat electio,& ex hoc fiat plerunque,quod non licet, vt non ſimul omnis eccleſia,quòd non niſi vnum eſſe oportet, obſeruet. Studuerēque ſancti patres , occaſionem huius erroris auferre , omnem hanc curam Alexandrino epiſcopo delegantes , quoniam apud Aegyptios huius ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur peritia,per quam, qui annis ſingulis dies prædictæ ſolennitatis cueniret , ſedi apoſtolicæ indicaretur , vt huius ſcripti ad longinquiores eccleſias iudicium generaliter percurreret . Sed ſanctæ memoriæ
D Theophylus,Alexandrinæ eccleſiæ vrbis epiſcopus , cum huius obſeruationis annos centum numero collegiſſet,ſeptuageſimoſexto paſchale feſtum longe aliter , quàm alij decreuerant, tenendum eſſe conſtituit, à primo auguſtæ memoriæ Theodoſij ſenioris conſulatu ſuccedētes ſibi ſacræ obſeruantiæ ordines ponens , vt longioris temporis ratio eius literis teneretur aſſcripta,cuius complexionis ſeptuageſimus & quartus eſt annus , in qua pridie Idus Aprilis ſanctum paſcha celebrauimus , ſequenti vero anno , pridie nonas Aprilis eadem , propitio deo,erit habenda feſtiuitas , ſicut regulariter centenariæ annorum rationis ordo declarat. Sed in anno,qui erit ſeptuageſimuſſextus,paſchæ dies inuenietur aſſcriptus , quem à paſſione domini nullius exempli,nullius conſtitutionis admittit autoritas . Nam diem octauum Ca-
E lendarum Maiarum ab eo cognoſcimus præfinitū, qui anni limitem, antiquitus cōſtitutum, excedit,cum alij quintodecimo Calendarum Maiarum huic feſtiuitati deputauerint diem. Siquidē ab vndecimo Calendarum Aprilium,vſque in decimum Calendarum Maiarum,legitimum ſpacium ſit præfinitum . Intra quod omnium varietatum neceſſitas concludatur, vt paſcha dominicum,nec prius poſſimus habere,nec tardius.Quod enim in decimum,& in nonum Calendarum Maiarum,videtur nonnunquam peruenisſe feſtiuitas , quadam ratione defenditur.Quia & ſi dies reſurrectionis vltra terminum videtur exiſſe , dies tamen paſſionis limitem poſitum non inuenietur egreſſus . Ad octauum autem Calendarum Maiarum paſchalem obſeruantiam perducere,nimis inſolens, & aperta tranſgreſſio eſt . Quia ergo in
F illa,vt dixi, centenaria ſupputatione Theophyli,ſeptuageſimuſſextus annus diem paſchæ cōtra morem eccleſiaſticum ſtatuiſſe monſtratur, & non leuiter delinquitur, ſi in principio ſacramenti veritas,& vnitas ab vniuerſali eccleſia non tenetur,obſecro clementiam veſtram, vt ſtudium veſtrum præſtare dignemini, quatenus Aegyptij,vel ſi qui ſunt alij,qui certa huius ſupputationis videntur habere notitiam ſcrupulum huius ſollicitudinis abſoluant , vt eū diem generalis obſeruantia dirigat,qui nec paternarum conſtitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euagetur.Quicquid autem pietas veſtra de hac conſultatione cognouerit,ad meam iubeat mox notitiam peruenire,vt in diuinis myſteriis nulla diſſonantiæ culpa naſcatur. Data.XVIKalend.Iulij,Opilione viro clariſſimo conſule.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EIVSDEM SEXAGESIMATERTIA Epistola ad Eudochiam Augustam de Pascha.

Hunc locum citat Marianus Scotus sub anno consulatus Opilionis, & Vincomali, qui est ad ueritatem euangelij.cccclxxiiij.Sed secundum cyclum Dionysij.cccclij.

SAnctæ memoriæ Theophylus ad Augustum Theodosium seniorem scribens, per centum annos, à primo prædicti principis consulatu, digessit ordinem diei festi, cuius instructionis septuagesimusquartus nunc annus euoluitur Opilione consule, *pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solennitas, vnde sequenti anno, *pridie nonas Aprilis, eadē festiuitas rationabiliter consequitur. Sed annus, qui* erat septuagesimussextus, memorati episcopi annotationem habere cognoscitur, quæ à totius antiquitatis exemplo, & ab omni autoritate patrum discordat. Siquidem in octauum Calendarum Maiarum dominicum pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedēs, cum die quintodecimo Calendarum Maiarum paschalem solennitatem (sicut constituere alij) potuerit annotare. Vnde quia non mediocris mihi solicitudo generatur, ne apud Aegyptios hęc persuasio probaretur, ad Christianissimum & clementissimum principem scripta direximus, quibus causam scrupuli diligenter exposui, & suppliciter postulaui, vt operam suam, quemadmodum consueuit, religionis cultui dignanter impendat, vt eos, qui huius supputationis perfectam videntur habere notitiam, in vnum iubeat conuenire, & diligenter inquirere, ne forte hæc definitio teneatur, & hic excessus, qui prioribus videtur repugnare temporibus, nostrę conniuentiæ, vel negligentiæ deputetur, & fiat in nostris diebus, quod nūquam ante præsumptum est. Quia vero oportet, serenitatem tuam curæ istius mecum esse participem, & ne quid tale accidat præcauere, crebrius religiosissimo, & fidelissimo principi dignare suggerere, vt indissimulanter iubeat Aegyptios admonere, ne in summæ festiuitatis die, aut dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Quicquid autem de hac re diligentius inuestigare sollicitudo tua potuerit, cito ad notitiam meam gloriosissimus Imperator iubeat prænuenire, quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, vt dei cultus nullo errore lædatur. Data.XVI.Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

*aliâs,ij
*aliâs,ij
*al.erit

EPISTOLA QVINQVAGESIMAQVARTA eiusdem ad Liciniam Eudochiam Augustam de monachis Palæstinis.

QVanta mihi catholicæ cura sit fidei, & qua sollicitudine, inquantum dominus adiuuat, debeat præcaueri, ne vnquam ab imperitis, & impiis veritatis euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est oranda clementia, obsecro dominum, vt me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorundam intra prouinciam Palęstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque faciat adiuuare, vt tantum quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ peruersitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec autoritas scriptorum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commouebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur. Prosit ergo ecclesiis, sicut (fauente deo) & prodest, & prosit generi humano, in verbis dei vestram ibi esse voluntatem, vbi dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut deum verum, & verum quoque hominem, in vnitate personæ, & mirabilium iudicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo prædicti nomen catholicum venerantur, & diligunt, & inter domini corpus se volunt membra nominari, prauos errores, quos temere admiserant, detestentur, & agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumq; factorum. Succumbant pro salute animarum suarum, synodalibus, quæ in ciuitate Chalcedonensi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera, & humilitas quieta non peruenit, credant in euangelio, quod confitētur in symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in

qui in vno domino nostro Iesu Christo, duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen, cum Dioscoro, quod ab vnigenito dei verbo, negant in vtero virginis matris veritatē carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prædictorum conuersionē exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternā, peto, hoc mihi clementiæ vestræ literis indicetis, vt & in vobis boni operis fructum, *& illis gaudeam misericordiam domini nō periisse. Data septimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

*al.& in illis

EIVSDEM SEXAGESIMAQVINTA EPISTOLA ad Iulianum Coensem episcopum.

REo episcopus Iuliano Coēnsi episcopo. Frequentissime dilectionē tuam ad hanc curam, & diligentiam meis sum literis cohortatus, vt de his, quæ circa fidem agūtur, sollicitudinem meam indesinenter instrueres. Et cū omnibus occasionibus scribere nō quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est, per filium nostrum Rodanum, domesticum filij nostri, viri illustrissimi Aspiratij datis, nullum responsum tuę fraternitatis accepi, tanquam ratio temporis non habuerit, vt quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto, & vt opportunitatem scribēdi non negligas, in quo quæstus sollicitudinis meæ releuatur, admoneo. Cum enim in te, quādam mei Constātinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius ecclesiæ dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos, vel ad gloriosissimum principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, vt celerrime tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (deo auxiliante) dispositū, scire me facito, vt perductis in effectum his, quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canōnumq; custodia & securior vbique habeatur, & fortior. Data septimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

EPISTOLA SEXAGESIMASEXTA EIVSdem ad Iulianum episcopum.

Aetio & Studio consulibus circa annum Christi, teste Cassiodoro.ccccl vi. secundum autem Marianū Scotum ad euangelij ueritatem.ccccl xxv. iuxta uero Dionysij cyclum.ccccliij. qui fuit pōtificatus Leonis papæ annus xv. scripta est hæc epistola, & similiter.iiij.aliæ sequentes.

CHristianissimi principis fidē sępe euidētissimis probauimus documētis, ac de nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis cōcedere pro sua pietate rectorē, qui fidei causas, & reipublicæ summæ vigilantiæ studio tuetur, hæreticorum ausibus semper obsistens, & nihil eorum insaniæ aduersum catholicam fidem licere permittēs, cuius post deum beneficiis hoc debetur, q̄ Hierosolymitanus episcopus est receptus & monachos, quos perfidia hęreticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatē augusta authoritas reuocauit. Mox itaq; (vt accepi) epistolas tuas, talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturaui, vt certior de omnibus, quę scripseras, reddereris. Fratrē Proterium Alexādrinæ vrbis episcopū gratulor, satisfactiōis plenas de fide sua ad nos literas direxisse, & manifeste, quidnā teneat, indicasse, cui me dignā gratiam, pro fidei ipsius synceritate, necesse est, præstare, vt honorē in nullo suæ perdat ecclesię, sed sedis suę priuilegia, paternę antiquitatis exēplo, iuxta canonum illibata iura possideat. De præsentis anni pascha nulla dubitatio esse nobis potuit, sed de futuro, quod Theophilus Alexādrinæ vrbis episcopus, nono Calendarum Maiarū die, quod nunquā ita à tēpore dominicæ resurrectionis celebratū est, credidit asscribēdū. Vnde solicitius cōgruit hoc requiri, vt ois occasio tollat erroris. Nā in nostris annalibus Calendarū Maiarū die, aptissime à patrib⁹ nostris & cōstitut⁹ legit, & celebrat⁹. Ac ne vel apud nos, vel apud Orietales, nascat ex hac parte diuersitas, hoc instātius nostro noie cum Christianissimo pricipe agere tua dignet dilectio, quāuis & ipse clemētissim⁹ princeps se, inquisitiōe solicitissima, curā hāc Aegyptiis delegasse, suis epistolis dignatus sit indicare. Epistolā sane meā, ad Chalcedonen. synodū datā prę sentib⁹ episcopis, & clericis lectā fuisse, tuis epi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

al.dũtaxat stolis retulisti sed vsq; ad illud capitulũ, quo ea, quæ de fide acta sunt, meũ videt firm asse cõ- G
sensum. Vnde miratus sum, ꝙ reliqua, quæ secuta fuerũt, nõ pariter in notitiã eorũ, quib⁹ sunt
secta, prolata sint, cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum à vobis ambitum
notatum fuisse, ne nouis vsurpationibus constituta, inuiolata (vt semper scripsimus) seruaren-
tur. Etiam presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in om
nibus fuisse purgatum. Epistolam quoq; ad Christianissimum principem noueris me misisse,
in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, quàm pro securitate reipu-
blicæ dignatus est indicare. Aliam quoq; ad nos epistolam dedit, interueniens pro Anatho-
lio episcopo, vt nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem eius promittit, &
in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei obseruantiam pertinẽt, pollicetur. Data. v. Idus
Ianuarij, Aetio, & Studio, viris clarissimis consulibus. H

EPISTOLA SEXAGESIMASEPTIMA EIVSdem, ad Martianum Augustum.

Tituli capitulorũ sequẽtis epistolæ

De Protherio Alexandrino episcopo, ut priorum suorum decreta conseruet. I
Vbi postulat Imperatorem, ut epistolam, quam ad Flauianum Constantinopolitanum episcopũ miserat, in Græ-
co translatam, Alexandrinæ ecclesiæ destinet. II

*al.Nestorius Leo episcopus Martiano episcopo. Puritatẽ fidei Christianæ, qua clemẽtia vestra prę-
fulget, etiam his literis, quas frater & coëpiscopus meus *Nestorianus detulit, demõ-
strastis, iustissimũ fratri meo Proterio Alexãdrinæ vrbis antistiti impendẽtes fauo-
rem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimoniũ perhibere digna-
tur, indubitãter esset probatus, etiã si taceret. Sed accedit ad gratiã, quod proprio quoq; ser-
mone cognoscitur, & quàm syncerus sit catholici dogmatis prædicator, ipsius professiõe cla- K
rescit. Vnde plenissimo affectu dilectionẽ orthodoxi fratris amplector, & deo gratias ago, ꝙ
amoto eo, qui euãgelio Christi voluit cõtraire, & à sanctorum patrum intelligentia dissenti-
re, talem prospexit Alexãdriæ ecclesiæ sacerdotẽ, qui præcedentibus rectoribus & fide, cõcor
daret & vita. Nam cum amplecti se epistolam meã, quam ad beatæ memoriæ Flauianum, cõ-
tra Eutychen impiũ misi, toto corde profitetur, quid aliud, quã Apostolorum se discipulũ o-
stendit, quoniã doctrina veritatis in lumine suo permanet, & nõ potest esse diuersum, quod
vnum est, atque diuinum. Rescripsi itaq; prædicto fratri, quod debui, atq; in sancto studio, vt
perseueraret, admonui. Qui sine dubio cõstantior erit, si etiam clemẽtiæ vestræ cohortationi-
bus adiuuetur. Nec in aliquo eum terreat quorũdam imperita dissensio, quos paucorũ hęreti- L
corum instigationibus ignorãtia fecit obnoxios. Quod sua ergo negligentia assequi nequeũt,
opportune eorũ insinuetur auditui. Et ne memoratis noua inferre, & propria videatur astrue-
re, venerabiliũ patrum, qui eidem ecclesiæ præfuerunt scripta relegãtur, & quid beatus Atha-
nasius, quid Theophylus, quid Cyrillus, quid etiã Orientales magistri de incarnatione domi-
ni sentiant, recognoscant. Nec repullulantibus decipiãtur erroribus, qui olim euangelici ser-
monis sunt virtute prostrati. Quoniã omnes fere hæreses, quæ diuersis temporibus extiterũt,
dum sacramẽtum corporeæ natiuitatis, & passionis, ac resurrectionis Christi nõ intelligunt,
ab euãgelio deuiarunt. Et possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos
ipsa nõ turbarent mẽdacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc (vt dixi) hic docendi optimus M
modus est, vt paternorũ sensuum linea Alexãdrinæ plebis, & cleri auri⁹ innotescat, ac si qui
sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscũ apostolicis sensibus cõgruunt, ac-
quiescant. In quo opere multum consacerdotis nostri deuotione gaudebo, & semper ipsius v-
nanimitate lætabor, quia fraterna pax nõ nisi vna fidei confessione seruatur. Quia vero quo-
rundam hæreticorũ versuta nequitia, ad cõturbandam aliorum simplicitatem, epistolã meã,
*al.falsam esse perhibet quam ad beatæ memoriæ Flauianum dedi, *falsasse perhibetur, vt cõmutatis quibusdam ver-
bis, vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris asserat, obsecro venerabilem clementiam
vestram, vt eandem epistolam, per fratrem meum Iulianum episcopum, vel eos, quos idone-
os ad opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem iubeatis integre, diligenterq; trans-
latam, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus
Alexandri-

A Alexandrinis, qui eam clero, & plebi ipsius ciuitatis, cum prædictorum episcoporum prædi-
cationibus* qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari, vt agnoscant, se fallacium ho- *al.quibus mea scripta
minum fraude vlterius decipi non debere, & probentur apostolicæ sedis synceri esse discipu-
li, apud quã nec Eutyches, nec Nestorius vllũ obtinent locũ, quia sicut alios hæreticos, ita &
istos ecclesia vniuersalis dãnauit. Data. VI. Idus Martij, Etio, & Studio viris clarissimis cõsu.

EPISTOLA SEXAGESIMAOCTAVA EIVSDEM ad Martianum Augustum, in qua scribit de exilio Eutychetis, vt ad secretiora loca eum tranferret, quia vbi positus erat, adhuc praua docebat.

B Quod sępissime multa iam experimenta docuerunt, sanctum pietatis vestræ studium
circa religionem Christianam gloriosis perseuerat, & crescit augmẽtis, & hæc fides
vestræ clementiæ non solum me, sed & omnes domini sacerdotes consolatur, & ro-
borat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si Orien- *al.nullum scandalum
talium partium sacerdotes studeant imitari,* nihil scandalorum, neque pax neque fides Chri
stiana patietur. Vnde cum Constantinopolitanus episcopus ad omnem pietatis profectum
præsenti clementiæ vestræ doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habe-
C bit in me syncere gratiæ animum, tantum, vt quod verbis spondet, corde perficiat. Si vero,
quæ deo, & pietati vestræ displicent, pertinaci intentione delegerit, salua mansuetudinis ve-
stræ reuerentia, vtar cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, aduersum su
perbientem liberiore cõstantia,* quem (quod sæpe dicẽdum est) mallẽ pro sanctis actibus fra- *al. quia (quod sæpe dicẽdũ est) male pullulantia fraterna charitate oportet resecari, glo.
terna charitate complecti, glorioſissime Imperator. Quia vero suggestiones meas pro tran-
quillitate catholicæ fidei libenter accepistis, significatum mihi fratris & coëpiscopi mei Iu-
liani (quem excepistis piissime) sermone cognoscite, Eutychen impium pro suis quidem me-
ritis exulare, sed in ipso suæ damnationis loco multa, aduersus integritatem catholicam,
D blasphemiarum desperatius venena profundere, & quod in illo totus mundus horruit, atque
damnauit, impudentia maiore, vt innocentes decipere possit, euomere. Plenum itaque ratio-
nis æstimo, vt vestra clementia ad longinquiora eum iubeat, & secretiora transferri. Mona-
sterio vero eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius monachi euangelica
apostolicaq; doctrina crebrius sunt, & plenius roborandi, salubriter (vt arbitror) fiet, si is, qui
ipsi monasterio præpositus esse dicitur, à societate veneratoris vestri Iuliani episcopi, quem in
specvlis propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assidua visitatione, profectus ser-
uorum dei illic habitantium, possit augeri. Petitionem autem de festiuitate* paschali gaudeo *al.paschalis gaudij ita à vestra pietate susceptam, vt confestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mit-
teret, de errore remouendo, quem sanctæ memoriæ Theophili cõstitutio videtur inferre. De nouit à vest.
E qua re (sicut scribere dignamini) quicquid ad pietatis vestræ notitiam perlatum fuerit, iubete
me nosse, vt de obseruantia, quam non licet esse diuersam, quid potissimum sit tenendum, ec-
clesia vniuersalis agnoscat. Precor autem, quod vestræ noui clementiæ cõuenire, vt eos ma-
xime tueamini contra omnes insidias, quos mihi & vestræ mansuetudini propter amorẽ dei
placere cognoscitis, vt eos Constantinopolitanus episcopus lædendi non habeat facultatem.
Data. XVII. Calend. Maij, Etio & Studio viris clarissimis consu.

EPISTOLA SEXAGESIMANONA EIVSdem ad Anatholium episcopum, per Nectarium agentem in rebus directa.

F Si firmo incommutabiliq; proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset,
nihil profecto, quod vllam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sine-
bat ratio, vt eius charitatem spernerem, quam amore pacis, & studio reparan-
dæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuuissem, optans in ecclesia- *al. spũalẽ
sticis curis talem habere consortem, vt mihi de sanctis prædecessoribus tuis, nec Ioannis* spe
cialem, copiosamq; doctrinam, nec autoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidẽ beati

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flauiani deesse sentirem,& ita studiis tuis vterer,vt nullus auderet,vel fidei catholicæ resultare,vel Nicænis venerabilium patrum regulis contraire.Sed quum in iniuriam canonũ(vt agnoscis)illa tentata sunt,quæ omnibus ecclesiis scandalum maximũ generarent,quid aptius ac modestius facerẽ quàm te primũ,vt ab hac intẽtione discederes,fraterno animo, missis literis admonerẽ?Ad quas quum nõ rescriberes,ipse te à colloquij mei cõsortio separasti.Deniq; inde iam tacui,sed clementissimo principi, custodi fidei,frequenti literarũ petitione suggessi,vt pro pace ecclesiarum,quã tibi maxime prodesse cognoscis , hæc quæ nunc à tua dilectione facta sunt,implerentur.Cui ineffabiles gratias ago,quòd secundum eruditionẽ spiritus sancti,cuius est virtute plenissimus,sacerdotali dignatur studere cõcordię,sciens,sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli vnius domini in nullo sint à veræ pacis vnitate diuisi. Quod ergo in Cõstantinopolitana ecclesia quædam in officiis clericorum correcta significas,vt & Etium presbyterũ in gratiam tuã,affectionemq; reuocaueris, & Andreã archidiaconi actione submoueris,nobis placuisse rescribo,quia existimationem tuã(vt optabam)plurimum erigit, atq; cõmendat . Et merito post correctionem in obliuionem deducitur,quod reprehensioni obnoxium videbatur, quũ hæreticorum prouectione , & sanctæ memorię Flauiani iniuria grauareris,quæ nunc simul ab omni offensione,quum tui(vt volui)lau de cessarunt,quia in ordinem suũ,quæ fuerãt turbata,redierunt.Andream sane, qui rationabiliter archidiaconi est priuatus officio,& Eufratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani (vt cõperi)improbus extitit accusator,si professionibus plenissime scriptis, non minus Eutychianam hæresim,quàm Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis,presbyteros consecrabis,vt sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse,electo primitus,& probato,qui archidiaconi officium possit implere,id est, quem nulla vnquã prædictarum impietatum fama respserit.Cæteri vero,quos par reatus inuoluerat,si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt,suis ordinibus reformentur,his tantum ad officiorum primatum admissis,quos ab omni errore liberos fuisse constiterit.Illam autem culpam,quam de augenda potestate aliena(vt asseris)adhortatione contraxeras,efficacius,atque syncerius,tua charitas diluisset,si quod tentari sine tua voluntate non potuit,non ad sola clericorum cõsilia transtulisses.Quia sicut in mala suasione delinquitur , ita & in mala consensione peccatur.Sed gratũ mihi (frater charissime)est, quòd dilectio tua profitetur sibi displiceere,quod tunc etiam placere nõ debuit. Sufficit in gratiæ cõmunis regressu , professio dilectionis tuæ,& attestatio principis Christiani.Nec videtur tarda correctio,cui tam venerabilis assertor accessit.Abiiciatur penitus in cõsessu iuris,qui dissensionẽ fecerat appetitus.Sufficiant limites,quos sanctorũ patrum prouidentissima decreta posuerũt. Vt quieta sit suis meritis,& antiquis priuilegiis, dignitas omnium sacerdotũ* renouetur , & maneat in te dominicæ charitatis affectio,ad quã dilectionem tuam sæpius cohortatus sum,cum fratre, & coepiscopo nostro Iuliano,qui cõmunem gratiam semper optauit,cuius industria,& sollicitudines tuæ releuabũtur,& fides catholica munietur.Super omnia autem fraterna charitate hortor,& moneo,vt ea,quæ ad gloriam,vel ad munimen pertinent sacerdotalis officij,Nicænorum canonum vniuersalis ecclesiæ,pacem seruantia,decreta,custodias.Sic enim inter domini sacerdotes inuiolata charitas permanebit,si paribus studiis,quæ sunt à sanctis patribus cõstituta,seruentur.Data.IIII.Calend.Iunij,Aetio,& Studio,viris clarissimis consu.

*al.renouetur

EPISTOLA SEPTVAGESIMA BEATI Leonis papæ ad Iuuenalem Hierosolymitanum episcopum.

ACceptis dilectiõis tuę literis,quas ad me filij nostri Andreas presbyter,& Petrus diaconus detulerunt,gauisus quidem sum,quòd tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset,sed confluentibus in recordationem omnibus , quæ te per quosdam excelsus laborare fecerunt,dolui aduersitatũ tuarum temetipsum tibi fuisse materiã, & resistendi hæreticis constantiam perdidisse,qui æstimant non esse tibi liberum , vt eos audeas redarguere,quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatæ enim memoriæ Flauiani condemnatio,& impiissimi Eutychetis receptio,quid nisi dñi nostri Iesu Christi secundũ carnẽ negatio fuit?quã ipse grãdi misericordia sua fecit resolui, cum detestãdũ illud Ephesinæ synodi iudicium,

cium, ita sancta Chalcedonensis synodi autoritate destruxit, vt nullum deprauatorum à remedio correctionis arceret. Vnde quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis, quàm pertinaciam delegisti , ita gaudeo , te cœlestem expetisse medicinam, vt fidei , ab hæreticis impugnatæ , tandem possis esse defensor . Quamuis enim nulli sacerdotum liceat nescire, quod prædicat,quoniam qui ignorat, ignorabitur, *inexcusabilior tamen est omnibus imperitis, quilibet Hierosolymis habitans Christianus , qui ad cognoscendam virtutem euangelij, non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimoniis eruditur . Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri . Quid laborat intellectus, vbi est magister aspectus? Et cur lecta, vel audita sunt dubia, vbi se & visui , & tactui tot humanæ salutis ingerunt sacramenta?Quasi ad singulos quosq; cunctantes dominus adhuc voce corporea vtatur, & dicat : Quid turbati estis , & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas,& pedes meos,quia ipse ego sum. Palpate & videte,quia spiritus ossa,& carnem non habet,sicut me videtis habere . Vtere ergo (frater charissime) inuictissimis catholicæ fidei documentis, & euangelistarum prædicationem sanctorum locorum, in quibus degis,testificatione defende. Apud te est Bethleem,in qua salutifer Dauidicæ virginis partus illuxit, quem obuolutum pannis inter angustias diuersorij , præsepe susscepit . Apud te est declarata ab angelis,adorata à Magis, & per multorum infantium mortes ab Herode quæsita saluatoris infantia.Apud te est, vbi pueritia eius adoleuit, vbi adolescentia maturauit, & per omnia incrementa corporea, in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine cibo esu-ritionis,non sine somno quietis,non sine fletu miserationis,nec sine pauore formidinis.Vnus enim atque idem est , qui & in dei forma operatus est miracula magna virtutis, & in forma serui subiit sæuitiam passionis.Hoc tibi ipsa crux indesinenter loquitur, hoc lapis clamat sepulchri, in quo dominus humana conditione iacuit, & de quo diuina potentia resurrexit , & cum ad montem olueti, locum ascensionis veneraturus,accedis, nónne illa vox angelica in tuo resultat auditu,qua eleuationem domini stupentibus,dicitur.Viri Galilæi,quid statis aspicientes in cœlum.hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum,sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum?Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat,quoniam ipse in nostra carne nascitur,qui in nostra crucifigitur,quæ,nullo interueniente peccato,nisi fuisset nostri generis,non potuisset esse mortalis.Vt autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam , & vim veteris chirographi , quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo, vacuauit, vt sicut per vnius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per vnius innocentiam omnes fierent innocentes, inde in homines manante iustitia, vbi est humana susscepta natura . Nulla enim ratione extra nostri est corporis veritatem, de quo euangelista prædicationem incohans dicit : Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham . Et qui Samaritanæ mulieri protestatur , quoniam salus ex Iudæis est , beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: Quorum patres,& ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula . Itemq; ad Timotheum : Memento, inquit, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum carnem.Hæc autem veritas quantis & noui,& veteris testamenti autoritatibus declaretur,pro antiquitate sacerdotij tui, euidenter agnoscis , cum fides patrum & scripta mea ad sanctæ memoriæ Flauianum data,quorum mentionem ipse fecisti,adiecta vniuersalis synodi confirmatione sufficiant.Vnde prospicere oportet dilectionem tuam , ne contra redemptionis , ac spei nostræ ineffabile sacramentum, vllus obmurmuret. Sed si, qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut peruersitate discordant, eorum , quorum in ecclesia dei apostolica fuit, & est clara doctrina, autoritatibus instruantur, & de incarnatione verbi dei hoc nos credere , quod illi credidere , cognoscant, neque se extra corpus dei Christi, in quo commortui, & conresuscitati sumus,sua obduratione constituant, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut in sua essentia passibilis fuerit deitas , aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit veritas. Particulam dominicæ crucis, cum eulogiis dilectionis vestræ veneranter accepi.
Data pridie nonas Septembris,Etio,& Studio viris clarissimis consulibus.

*inexcusabilior tamen est omnibus imperitis imperitior

1.Cor.14.g
Lucæ.24.f
Lucæ.1.a
Ibidem.a.b
Matth.1.a
Ibidem.c
Lucæ.2.g
Ibidem.f
Lucæ.3.c
Matth.4.a
Marci.4.d
Ioan.1.c
Matth.26.d
Ioan.19.g
Matth.28.a
Actor.1.b
Coloss.2.c
Roma.5.d
Matth.1.a
Ioan.4.c
Roma.9.a
2.Timo.2.b

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA LXXI. EIVSDEM AD LEOnem Augustum.

Constantino & Rufo consulibus circa annum Christi (teste Cassiodoro) CCCCLIX. Secundum aũ Marianum Scotum, ad ueritatẽ euangelij. CCCCLXXVII. Iuxta uero cyclum Dionysij, CCCCLV. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus XVIII. Scripta est hæc epistola similiter & tres sequentes.

OFFICIIS, quæ ad gratulationem imperij uestri pertinent, persolutis, etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adieci, qua catholicæ fidei diuinitus præparatum fauoris uestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina ecclesia perpetrata fratris, & coëpiscopi mei Anatholij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti, atque violari, nisi vniuersali fidei uestræ deuotione prospiciatur, & memoratæ ecclesiæ, quæ antea catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, vt cessantibus hæreticorum impugnationibus, euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, vnita cum totius ecclesiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus uestris, gloriæq; conueniens, celerem, & deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem synodum de domini Christi incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsari, quia in illo concilio, per spiritum sanctum congregato, tam plenis atque perfectis diffinitionibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regulæ, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ uestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, siquidem (vt multorum ante relatione comperimus) molitiones hæreticorum, quæ contra prædictæ synodi autoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vnde quod negandum illis sponte vidistis, gloriosum vobis est vniuersali ecclesiæ, me suspicante concedere, & incommutabiliter, perpetueq; præstare, vt quæ secundum euangelium Christi, & prædicationis euangelicæ veritatem omnibus retro seculis, vna fide, vnaq; intelligentia roborata sunt, nulla vlterius possint actione conuelli. Prout ergo misericordia dei, consilio spiritus sui, mentem uestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ ecclesiæ pacis reparationi consulite, & per catholicos sacerdotes talem prouideri iubete pontificem, in quo & in actuum probitate, & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, vt omnibus rite compositis, eadem vbique seruetur prædicatio veritatis. Data quinto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LXXII. EIVSDEM AD LEOnem Augustum.

ILICET proxime ad clementiam uestram gemina scripta direxerim, quorum vnum debitum salutationis impleret, aliud pro statu ecclesiæ supplicaret, tamen occasione, quæ deo prouidente se præbuit, iterari vtrunq; conuenit. Secundum ergo fiduciam illam, quam ex dei inspiratione vniuersali ecclesiæ præstitistis, ante cuiusquam preces constituendo, quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere, & prouidetiam dei in fidei uestræ feruore benedicere, qui sancto & catholico spiritu, sicut fratris, & coëpiscopi mei Anatholij sermone cognoui, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, vt profiteremini, ad totius mundi pacem Chalcedonensis synodi vos esse custodem. Quod cum ex uestræ fidei sententia saluberrime diffinitum sit, quanto studiosius vniuersali ecclesiæ est conferendum, vt tranquillitas fidei Christianæ etiam uestro prosit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur. Cuius pertinax insidiosa contentio ilico conquiesceret, si Imperiali potestate frenetur. Data Calendis Septembris, Constantino & Rufo consulibus.

EPISTOLA LXXIII. EIVSDEM AD EVNdem Leonem Augustum.

ITERAS clementiæ tuæ plenas virtute fidei, & lumine veritatis veneranter accepi, quibus cuperẽ, etiã in eo, quod præsentiã meã pietas uestra necessariũ existimat, obedire, vt maiori fructu conspectũ uestri splẽdoris assequerer, sed magis id vobis arbitror

arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstrauit. Nam cum sancto, spiritualiq; studio vniuersam pacem ecclesiæ muniatis, nihilq; sit conuenientius fidei defendendę, quàm his, quæ per omnia, instruente spiritu sancto, irreprehensibiliter diffinita sunt inhærere, ipsi quomodo uidebimur statuta uelle conuellere, & autoritates, quas ecclesia vniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atq; ita nullum corrigendis ecclesiis modum ponere, sed data licentia debellandi, dilatare magis, quàm sopire certamina. Vnde, quia post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, peruersitas Eutychiana suscepta est, nihil ad confirmationem fidei Christianæ vtilius potuit ordinari, quàm vt prædicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret, & tanta illic haberetur cœlestis cura doctrinæ, vt nihil cuiusquam opinione resideret, quod à prædicationibus vel propheticis, vel apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione seruata, vt rebellibus tantum, ac pertinacibus ab ecclesiæ vnitate reiectis, nulli correcto venia negaretur. Quid probabilius, quid religiosius poterit pietas uestra decernere, quàm vt, quæ non tam humanis, quàm diuinis sunt statuta decretis, nullus vltra sinatur impetere, ne vere digni sint dei munus amittere qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare? Cum ergo vniuersalis ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra, & primus apostolorum beatissimus Petrus voce domini audierit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, quis est nisi aut Matth. 16.c
Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem, qui in malitia sua inconuertibilis perseuerans, per vasa iræ, & suæ apta fallaciæ falso diligentiæ nomine dum veritatem se mentitur inquirere, medacia desiderat seminare, atque contemnenda, & vitanda merito sibi incontinens furor, & impietas cæca præscripsit, vt diabolico instinctu, quod in sanctam Alexandrinam sæuit ecclesiam, quales essent qui Chalcedonensem synodum retractari cupiunt, differetur, in qua nullo modo accedere potuit, vt à vobis contra sanctam Nicænam synodum sentiretur, quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni consilij tenere confingunt, in quo sancti & venerabiles patres nostri contra Arrium congregati, non carnem domini, sed deitatem filij Homousion patri esse firmauere, in Chalcedonensi autem concilio aduersum Eutychianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatem? Apud Christianissimum principem igitur, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor catholicæ fidei libertate, & ad consortium te apostolorum ac prophetarum securus exhortor, vt constanter despicias, ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuauere, nec patiaris impios patricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat à fide deuiare. Cum enim clementiam tuam dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta, defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata, restituas, depellendo, scilicet, peruasores iuris alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ ecclesiæ reformando, vt correctionibus tuis dei iracũdia mitigata, regiæ ciuitati non retribuat, quæ antea admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis Imperator, omnes, qui per totum orbem sunt, domini sacerdotes, pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare, in qua re specialius ambiunt, qui apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ ecclesiæ persedere, agentes apud pietatem tuam, ne hæreticos homines, & merito pro sua peruersitate damnatos, vti sua persuasione patiamini, cum siue impietatem errorum aspicias, siue opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis uestræ venia dixerim) quodam contagio splendorem uestræ serenitatis obfuscant, cum sacrilegi patricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere. Oblatæ sunt pietati uestræ preces, quarum exempla uestris literis subdidistis, sed in his, quæ catholicorum sunt deplorantium subscriptio continetur, & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confusæ vnitatis vocabulo, ideò certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi vtile æstimat eorum quantitas, quorum est & qualitas iudicata, nec incongrue cuius loci homines sunt, profiteri metuunt, qui meruere damnari. In vna ergo catholicorum supplicatio continetur, in alia hæreticorum commenta panduntur. Hic sacerdotum domini, & totius Christiani populi, ac monasteriorum defletur euersio, ibi immanium scelerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.21.b. Marci.11.c Luc.19.g 1.q.1.Manifestũ est per crud.

rum continuatio demonstratur, vt quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nónne perspicuum G
est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiare, ne Alexandrina ecclesia, quę sem
per fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum? Manifestum quippe est, per crudelissi-
mam, insanissimamq; sæuitiam omne illic cœlestium sacramentorum lumen extinctum. In-
tercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & patricidalibus manibus im-
piorum omnia se subtraxere mysteria. Nec vllo modo ambigi potest, quid de his decer nen-
dum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & con-
cremati corporis cinerem, in contumeliam aëris cœliq; dispersum, audent sibi ius peruasæ
dignitatis expetere, & apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidem ad concilia prouocare. Ma-
gnum ergo vobis est, vt diadémati vestro de manu domini etiam fidei addatur corona, & de H
hostibus ecclesiæ triumphetis, quia si laudabile vobis est aduersarum gentium arma conte-
rere, quanta erit gloria, ab insanissimo tyranno Alexandrinam ecclesiam, in cuius contritio-
ne omnium Christianorum est iniuria, liberare? Vt autem literæ meæ pietati tuæ colloquium
quasi præsentis exhibeant, quicquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequen
tibus insinuandum esse perspexi. Ac ne huius epistolæ pagina in nimiam longitudinem ten-
deretur, aliis literis, quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, comprehendi, vt licet ea, quæ à
sede apostolica sunt prędicata, sufficerent, insidias tamen hęreticorũ etiam hæc quæ sunt ad-
iecta reserarent, sacerdotalem namq; & apostolicum tuæ pietatis animum etiam hoc malum
ad iustitiam vltionis debet accendere, quod Constantinopolitanæ ecclesiæ puritatem pestilen I
ter obscurat, in qua inueniuntur clerici quidam, hæreticorum sensui consonantes, & intra ip-
sa catholicorum viscera assertionibus suis hæreticorum partem adiuuantes. In quibus detur-
bandis, frater meus Anatholius cum nimis benigne parcit, segnior inuenitur. Dignamini
pro fide vestra, etiam ecclesiæ istam præstare medicinam, vt tales non solum ab ordine cleri-
catus, sed etiam ab vrbis habitatione pellantur, ne vlterius sanctus dei populus peruersorum
hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuæ Iulianum episcopum, & Eutychiũ
presbyterum mea petitione commendo, vt suggestiones eorum pro catholicæ defensione fi-
dei placide digneris audire, quia vere sunt eiusmodi, vt fidei vestræ possint per omnia vtiles
inueniri. Data Calendis Nouembris, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus. K

EPISTOLA LXXIIII. EIVSDEM AD ANATholium episcopum Constantinopolitanum.

LEO episcopus Anatholio episcopo. Diligentiam necessariæ solicitudinis, quam
fraternitas tua in dirigẽdis ad nos literis exequitur, approbamus, & acceptis per fi-
lium nostrum Olympium paginis tuis, sacerdotalem in te curam vigere sentimus,
cui nos quoq; (quantum dominus dat posse) non desumus, exorantes dilectionem L
Psalm.117. tuam, vt quia tempus laboris incidimus, in sancta vigilantia perseueres, donec dextera domi
ni faciat virtutem, & sub pedibus ecclesiæ suæ conterat tentatorem. Consolatur etenim nos
per omnia præparata diuinitus clementissimi principis fides, quem in eo rursus, sicut opor-
tuit, sum cohortatus alloquio, vt impiissimorum latronum ausibus, districtiore constantia fa
ciat obuiari, quos nefas est, tantum de suo fauore præsumere, vt etiam apud Constantinopo-
lim audeant insanire. Sed hoc eis ideo diuinæ prouidentiæ ratione permittitur, vt magis ac
magis, quo spiritu agitentur, appareat, ne dubitari possit, in quantam essent audaciã proruptu
ri, si post damnationem impiissimę hæresis, disceptandi contra fidem acciperent potestatem, M
vt quantum in ipsis est, latius hoc furore sæuirent, quem fratres & coëpiscopi nostri, qui ad
nos nuper ex Aegypti partibus confugere, se pertulisse deplorant, quibus & à Christianissimo
principe, & à tuæ fraternitatis deo placita charitate, solatia pietatis impendi nõ ambigerem,
Philip.2.d 24.q.3.Illud autem sane etiam si ipse nõ scriberes. Opportunũ autem credidi, vt ad ipsos quoq; scripta dirigerem, quæ
illos possint in communis fidei proposito roborare, & quod pro patientia sua superna remu-
neratione mereantur, agnoscerent. Sicut beatus apostolus docet, dicens: Excipite itaque illos
cum gaudio in domino, & huiusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi
Matth.18.b Marci.9.f vsque ad mortem accesserunt. Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter di-
lectionis tuæ clericos, quidam esse dicuntur, qui aduersariorum connitentes prauitati, & vasa
iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coërcendis

debet

A debet diligentia tua vigilanter insistere, ita vt his, quibus prodesse non potuerit correctio,
non parcat abscisio. Oportet etenim nos euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa verita- Matth.18.b Mar.9.f
te præcipitur, vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à compage corpo-
ris auferatur, quia melius sit, his in ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire sup
plicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos de-
cipiunt, vulneramur. *Abiicienda prorsus pestifera hæc à sacerdotali vigore patientia est, *al. Abscidenda
quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum 1.Reg.2.f.g
suorum delicta tolerando, cum ipsis diuinę iustitię sententiam meruit experiri, quia segni in-
dulgentia, dissimulauit plectere peccatores. Quantum itaq; opportunitas inuitat officij, reli-
B giosissimum principem dilectio tua studeat frequentare, & non solum regiam, sed & sacerdo
talem ipsius mentem, precibus meis obsecrare persiste, vt memor communis fidei, quam spi-
ritu sancto docente suscepimus, omnia hæreticorum machinamenta confringat, neq; quic-
quam illis in ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint diuina mysteria, qui-
bus in domo dei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi ius residet, nec orandi.
Data *pridie Idus Octobris, Constantino & Rufo, viris clarissimis consulibus. *al.quinto

EPISTOLA LXXV. EIVSDEM AD ANATholium episcopum per Patricium diaconum missa.

C

Leone Augusto & Maiorano Augusto consulibus, circa annum Christi, Cassiodoro teste. CCCCLX. *secundum autem Marianum Scotum, ad euangelij ueritatem.* CCCCLXXX. *Iuxta uero Dionysij cyclum* CCCCLVIII. *qui fuit pontificatus Leonis papæ.* XX. *scripta est præsens epistola, & duæ sequẽtes similiter.*

LECTIS dilectionis tuæ literis, quas per filium nostrum Patricium diaconum di-
rexisti, intellexi, tibi studium meæ solicitudinis displicere, qua, secundum domini-
D cam charitatem, quam tibi à nobis impẽdi, experimentis plurimis approbasti, de ca-
uendis his, qui communis fidei aduersarij dicerentur, admonui, ne ad negligentiam rectoris
referretur, si quisquam in ecclesia catholica ea prædicare præsumeret, quæ hæreticorum sen-
sibus conuenirent. Quod vtrum veraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendum iudi-
cio delegaui. Neq; in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea, quæ ad me erant perlata,
commisi, vt scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solum voce, hæreticos, sed etiam proprię manus subscriptione dam
nasset, à communionis gratia esset alienus. Qui, scripta mittendo, dubiæ fidei, & professionis
incertæ confirmauit magis, quàm diluit, quicquid ad nos de eo fama pertulerat, cum, si con-
E scientiam suam voluisset probare synceram, non Eutychen sibi odiosum fuisse, sed quòd per-
fidiam ipsius reprobaret atque damnaret, debuerat confiteri, quia aliud sunt humanæ, etiam
inter catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et ideo, fra-
ter charissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophetæ exemplum sequaris,
& dicas. Nónne, qui te oderant, domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Per Psalm.138.
omnia enim volo te esse certissimum, quòd sicut meam existimationem illæsam cupio perma
nere, ita opto, te quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri. Prædictus autem Atticus, vt
ab omni suspitione contraria liber appareat, quid in Eutychen anathematizet, ac damnet, e-
uidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat,
F ita vt Chalcedonensis symboli definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo con
sensit, & quam apostolicæ sedis firmauit autoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, ad-
iecta subscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente, recitetur, vt
pro catholica fide, neque nos negligentes, neque ipse vltra suspectus habeatur. Qui si, in ea-
dem prauitate perdurans, præceptis salubribus parere noluerit, sententiam synodi Chalcedo
nensis, cuius definitionibus resultat, recipiet. Data decimoquinto Calendas Aprilis, Leone,
& Maiorano Augustis consulibus.

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA LXXVI. EIVSDEM AD LEONEM AVGVSTVM per Philonem in rebus agentem directa.

MVLTO gaudio mens mea exultat in domino, & magna mihi est ratio gloriandi, cum clementiæ vestræ excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiæ cœlestis agnosco,& per incrementa diligentiæ deuotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquiis non dubie patet, quid per vos in totius ecclesiæ salute spiritus sanctus operetur,& quantum vniuersorum fidelium precibus sit optandum,vt in omnem gloriam vestrum extendatur imperium,qui supra curam rerum temporalium,religiosæ prouidentiæ famulatum diuinis, & æternis dispositionibus perseueranter impendit is,vt scilicet catholica fides,quæ humanum genus sola viuificat, sola sanctificat in vna confessione permaneat,& dissensiones, quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur,à soliditate illius petræ, supra quam ciuitas dei ædificatur,abigantur. Hæc autem dei munera ita diuinitus demum nobis conferentur, si de his,quæ præstita sunt, non inueniamur ingrati,& tanquam nulla sint,quæ adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt quærere,quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita, conuellere, quid aliud est, quàm de adeptis gratiam non referre,& ad interdictæ arboris cibum,improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Vnde,quia ad pacem vniuersalis ecclesiæ, & ad custodiam catholicæ fidei,cura dignamini *solicitiore respicere, euidenter agnoscitis, quòd magnis hæreticorum audetur insidiis,vt inter Eutychis, Dioscoriq; discipulos,& eum, quem apostolica sedes direxerit,diligentior,tanquam nihil fuerit ante definitum,tractatus habeatur, & quod totius mundi catholici sacerdotes *in sancta Chalcedonensi synodo probant,gaudentq; firmatum, in iniuriam etiã sacratissimi concilij Niceni efficiatur infirmum. Quod enim nostris tẽporib. apud Chalcedonã de domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatũ est,hoc etiam apud Nicæam mysticus ille patrum numerus definiuit, ne catholicorum confessio, aut vnigenitum dei filium in aliquo crederet patri imparem, aut eundem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostræ,atq; animæ habuisse naturam. Detestandum ergo nobis est,perseueranterq; vitandum,quod fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem,pie, & plene definita,reuocanda sunt,ne ad arbitrium damnatorum,ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est,per omnia propheticis,& euangelicis, & apostolicis autoritatibus consonare. Vnde,si qui sunt,qui ab his,quæ cœlitus sunt constituta,dissentiunt, suis opinionibus relinquantur,& ab vnitate ecclesiæ,cum ea, quam elegere, peruersitate, discedant. Nam nullo modo fieri potest,vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Iactent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei,glorientur, nobis placet,apostolicis obedire præceptis,dicentibus: Videte,ne quis vos decipiat,per philosophiam,& inanem seductionem hominum. Nam secundum eundem apostolum, si quæ destruxi,hæc ædifico, præuaricatorem me constituo, & eis me vltionum conditionibus subdo,quas non solum autoritas beatæ memoriæ principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmaui. Quia sicut sancte,veraciterq; *dixistis, perfectio incrementum,& adiectionem plenitudo non recipit. Vnde cum sciam,te,venerabilis princeps,syncerissimo veritatis lumine imbutum,in nulla fidei parte nutare,sed sancto,perfectoq; iudicio à prauis recta discernere,& à refutandis amplectenda diuidere,obsecro,ne humilitatem meã de diffidentia putes esse culpandam,cum hæc mea cautio non solum vniuersali ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur, ne sub imperij tui tempore, & hæreticorum aucta videatur improbitas,& catholicorum perturbata securitas. Quanuis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis spiritum dei, satis vos instructum esse perspiciam, ne fidei vestræ vllus possit error illudere, præceptioni tamen vestræ,in eo adnitar obedire,vt aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentiæ meæ instar exhibeant,& quæ sit apostolicæ fidei regula, licet (vt dixi) vobis bene sit nota, demonstrent,patefacientes in omnibus, & probantes,non esse omnino inter catholicos computandos, qui definitiones venerabilis synodi Nicenę, vel sancti Chalcedonensis concilij regulas non sequuntur,cum vtrorunq; sancta decreta,ex euangelico & apostolico sit manifestum fonte prodire,& quicquid nõ est de irrigatione Christi,poculi esse viperei. Prænoscat igitur pietas vestra,venerabilis Imperator, hos,quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, à sede apostolica profecturos,quia de rebus, & apud

*al.solertiore

*al.à

quo,aut quoto cap. nondũ certũ est.

Colosſ.2.b
Galat.2.d

*al.audistis

apud Nicæam,& apud Chalcedonam (sicut deo placuit) definitis,nullum audemus inire tractatum,tanquam dubia,vel infirma sint, quæ tanta per spiritum sanctum fixit autoritas. Instructioni autem parvulorum nostrorum,qui post lactis alimoniam, cibo desiderant solidiore satiari,ministerij nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti dominici, dicentis: Nolite dare sanctum canibus, neq; miseritis margaritas vestras ante porcos. Nimis quippe indignum, nimisq; iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat spiritus sanctus per prophetam,dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi. Qui etiam,si euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: Deum se profitentur scire,factis autem negant. Clamante adhuc iusti Abel sanguine,aduersum impium Caim, qui increpatus à domino, non requieuit ad pœnitendum, sed exarsit ad cædem, Cuius vindictam sic domini iudicio volumus reseruari,vt improbus prædo & parricida crudelis in seipsum recidat,& nostra non teneat. Neq; sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captiuitatem patiamini vlterius prolongari,cui oportet fidei vestræ,iustitiæq; præsidio, suam restitui libertatem, & per omnes Aegypti vrbes dignitas patrum, & ius sacerdotale reparetur. Data vndecimo Calendas Aprilis,Leone & Maiorano augusto consulibus.

Matth.7.a

Psalm.17
Titum.1.d
Gene.4.b

EPISTOLA LXXVII. EIVSDEM AD NICAETAM episcopum Aquileiensem.

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Quod debeant fœminæ, quæ, captis viris, nupserant aliis,regressis de captiuitate viris prioribus copulari,ut quod suum est,unusquisq; recipiat. I

Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captiui in matrimonium uidetur esse sortitus. II

Vt si uiri de captiuitate regressi, intemperantia uxoris offensi non fuerint, & noluerint eas in coniugium recipere,liberam habeant facultatem. III

Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, uelut impiæ,ecclesiæ cõione priuandæ sunt. IIII

Captiuis,aut terrore,aut fame, non ueneratione,cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda est. V

Quod hi,qui ad iterationem baptismi, uel ui,uel terrore coacti,animos inclinarũt, sint subleuandi remedio,ita ut senilis ætatis, periculorum quoq;, & ægritudinum,cæterarumq; necessitatum, habeant solicita consideratione respectum. VI

Vt hi,qui ab hæreticis baptizati sunt,sola sancti spiritus inuocatione firmentur. VII

CAPITVLVM I.

DEO episcopus Nicætæ Aquileien. episcopo salutem. Regressus ad nos filius meus Adeodatus, diaconus sedis nostræ, dilectionem tuam popposcisse memorauit, vt de his,à nobis autoritatem apostolicæ sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem diiudicationis videntur afferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, vt vulnera, quæ hostilitatis *aduersitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur. Cum ergo per bellicam cladem,& per grauissimos hostilitatis incursus,ita quædam dicatis diuisa esse coniugia,vt abductis in captiuitatem viris,fœminę eorum remanserint destitutæ,quæ viros proprios, aut interemptos putarint, aut nunquam à dominatione crediderint liberandos, & ad aliorum coniugium, *solitudine cogente, transierint. Cumq; nunc statu rerum,auxiliante domino, in meliora conuerso, nonnulli eorum, qui putabantur periisse,remeauerint,merito charitas tua videtur ambigere,quid de mulieribus, quæ aliis iunctæ sunt viris,à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quòd à deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod deus iunxit, homo non separet, necesse est,vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hostilitas intulit,vnicuiq; hoc, quod legitime habuit, reformetur, omniq; studio procurandum est,vt recipiat vnusquisq;,quod proprium est.

2 Nec tamen culpabilis iudicetur,& tanquam aleni iuris peruasor, qui personam eius mariti,qui iam non esse æstimabatur,assumpsit. Sic enim multa,quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti

*al.aduersione

34.q.1.&.2. Cũp bellicã Et in decre. Iuo.lib.6

*al.solicitudine

Prouer.19.c
Matth.19.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducti sunt,pertinebant,in ius alienum transire potuerunt,& tamen plenum iustitiæ est,vt iisdem G
reuersis propria reformentur. Quod si in mancipiis,vel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus rite seruatur,quantomagis in coniugiorum redintegratione faciendum est, vt quod bellica necessitate turbatum est,pacis remedio reformetur.

3 Et ideo,si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant,vt eas cupiant in sutum redire consortium, omittendum est, & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit,& restituendum,quod fides poscit.

4 Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere,q̃ in legitimum redire consortiũ,merito sunt notandæ, ita vt etiam ecclesiastica com
*al. quæ de re excusabili munione priuentur,*quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt,ostendentes H
sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione coniugia, neq; vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit, quia sicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt,impiæ habendæ sunt,ita illę,quæ in affectum initum ex deo redeunt,merito sunt laudandæ iudicio.

5 De his autem Christianis,qui inter eos,à quibus fuerant captiuati, immolatitiis cibis asseruntur esse polluti,consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credidimus, vt pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione ponsanda est. Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaserit, non dubitetur I
abolendum, cum huiusmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.

6 His vero,de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos,qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel terrore traducti, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt,ea custodienda est moderatio,qua in societatem nostram,non ni
si per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus cõmunionis recipiant
26.q.7.Tépora pœnitudinis vnitatem,temporis pœnitudinis habita moderatione,tuo constituenda iudicio,prout conuer
*al. ,pspexeris,vel inspexeris sorum animos *perspexeris esse deuotos,pariter etiam habẽs senilis ætatis intuitum, & periculorum quorumq;,aut ægritudinis, respiciens necessitates,in quibus, si quis ita grauiter vr- K
geatur,vt dum adhuc pœnitet,de salute ipsius desperetur,oportet,ei per sacerdotalem solicitudinem communionis gratia subueniri.

1.q.1.Hi qui baptisma 1.q.1.Hanc regulam 7 Nam hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola
inuocatione spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt,quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpsere. Et hanc regulam (vt scitis) seruandam, omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente
Ephe.4.a apostolo:Vnus dominus,vna fides,vnum baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio sancti spiritus inuocanda est, vt quod ab hæreticis nemo accipit,à catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram,quam L
ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus,ad omnes fratres,& comprouinciales tuos episcopos facies peruenire,vt omnium obseruantiæ data profit autoritas. Data duodecimo Calendarum Aprilium,Maiorano August.primum consule.

EPISTOLA LXXVIII. EIVSDEM AD VNIuersos episcopos per Campaniam,Samnium, & Picenum constitutos.

M

Recimero & Patricio consulibus, circa annum Christi, Cassiodoro teste. CCCCLXI. *secundum autem Marianum Scotum, ad euangelij ueritatem.* CCCCLXXXI. *Iuxta uero Dionysij cyclum* CCCCLIX. *qui fuit pontificatus Leonis papæ.*XXI. *scripta fuit hæc epistola.*

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Vt non omni tempore baptismi regeneratio detur, sed tantum in paschа & pẽtecoste, nisi periculo infirmitas obrepserit.

De pœnitentia fidelium, ut confessio eorum non publicetur.

Capitulum

A CAPITVLVM I.

SEO vniuersis episcopis per Campaniam, Samnium & Picenum constitutis. Magna indignatione commoueor,& multo dolore contristor,quod quosdam ex vobis ita cõperi esse apostolicæ traditionis oblitos,& studio sui erroris intentos, vt præter *paschæ festum, cui sola pentecostes solennitas comparatur audeant sibimet, non aliqua *al.paschalẽfestiuitatẽ humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrij libertate, ius baptismatis vendicare,& in natalibus martyrum,quorum finis aliter honorandus est quàm dies dominicæ passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac sine vllis spiritualium eruditionibus
B præparationum,ita rudibus,& imperitis tradere sacramentum,vt circa renouandos,nihil doctrina ecclesiastica,nihil in exorcismis impositio manuum,nihil ipsa ieiunia,quibus vetus homo destruitur,operentur,neq; in *tanto mysterio salutis humanæ,nulla eius diei habeatur ex- *al.tot mysteriis
ceptio, quo ipsum donum est conditum * renascentibus. Admonemus igitur, & non sine pe- *al. renascẽdi
riculo status eorum,qui hæc faciunt,protestamur,vt ab hac præsumptione cessetur,& summã
hanc potentissimamq; dei gratiam, non nisi in paschali,& pentecostes die desiderantibus, &
C credentibus conferatis, manente quolibet tempore grauium necessitatum, ac periculorum
consideratione,secundum quam oporteat subuenire, conditione mortali coarctata, infirmitas necessaria liberatione fraudetur,cum seruata (sicut prælocuti sumus) duarum tantummodo festiuitatum reuerentia,propter multa pericula sit cauendum,ne cuiquam aut in desperata ægritudine,aut in hostilitatis incursu, aut in timore naufragij,per sacerdotem domini regenerationis denegetur. Si quis vero post hoc interdictũ,in eadem fuerit vsurpatione detectus,
dignam pertinaciæ suæ incidet vltionem,quoniam ostendit se turpe potius lucrum,quàm religionis cultum esse sectatum.

2 Illam etiam,contra apostolicam regulam,præsumptionem,quam nuper agnoui à quibusdam illicita vsurpatione cõmitti,modis omnibus constituo submoueri,(de pœnitentia videlicet,quæ ita à fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere,libellis scripta pro-
fessio publice recitetur,cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari,con-
fessione secreta. Quanuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis,quæ propter dei timo- De pœ.dist. 1. Quanuis plenitudo.
D rem apud homines erubescere non veretur,tamen,quia non omniũ huiusmodi sunt peccata,
vt ea,quæ pœnitentiam poscunt non timeant publicare,remoueatur tam improbabilis cõsuetudo,ne multi à pœnitẽtiæ remediis arceantur,dum aut erubescunt,aut metuũt, inimicis suis
sua facta referare,quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa cõfessio,quæ De pœ.dist. 1. Sufficit pœnitenti.
primum deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.
Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Datum.ij.nonas Martij,Recimero consule.

Reliquarum epistolarum,quæ carent uel data,uel consulibus situatio & ordo,quia latet ob dictam causam relinquitur alij cuicunq; in posterum diligentius scrutanti,uel melius collectorem sentienti. Nihilominus con-
E *tinuatur numerus epistolarum,etiam circa sequentes,quatenus lectori facilius commodiusq; occurrant cum aliquam earum ipsum quærere contigerit.*

EPISTOLA LXXIX. EIVSDEM AD DIOscorum Alexandrinum episcopum.

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

De ordinatione presbyteri, aut diaconi,ut sabbato
F *sancto celebretur,id est,die dominico.* I

De festiuitatibus, ut si una agenda populis non sufficerit nulla sit dubitatio iterari sacrificium. II

CAPITVLVM I.

SEO episcopus Dioscoro episcopo Alexandrino salutem. Quantum dilectioni tuæ dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quòd tua *al.festinamus firmius *desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, quum tibi *specialis gratiæ merita (vt probauimus) suffragentur. *al.spũalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & à te taliter suscipi, G
quemadmodum à nobis eam intelligis proficisci. Vnum enim nos sentire oportet, & agere,
Acto.4.f 24.q.1. Cũ beatissimus vt (sicut legimus) in nobis quoque vnum esse cor, & anima, comprobetur. Quum enim bea-
tissimus Petrus apostolicum à domino acceperit principatum, & Romana ecclesia in eius
permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandri-
nam primus ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauerit,
quum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec aliud
ordinatus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, vt quum
vnius nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus & alia doctoris, alia discipu-
li instituta videantur. Quod ergo à patribus nostris propensiore cura nouimus esse ser-
uatum, à vobis quoq; volumus custodiri, vt non passim diebus omnibus sacerdotalis vel le- H
uitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eiusq; noctis, quæ in prima sabbati lucescit,
exordia delegantur, hoc est, sub lege diuini officij substituantur, in quibus his, qui consecran-
di sunt, ieiuniis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdẽ obseruantiæ erit,
si mane ipso dominico die continuato sabbati ieiunio celebretur, à quo tempore præceden-
tis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in pascha domini de-
In dec. Iuo. lib. 3. claratur, pertinere, non dubium est. Nam præter autoritatem consuetudinis, quam ex apostо-
Acto. 13. a lica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quòd quum apostoli Paulum I
& Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad euangelium gentibus mitterent prædicandum,
ieiunantes & orantes, imposuerunt eis manus, vt intelligamus, quanta & dantium & accipien
tium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligẽter videatur im-
pletum. Et ideo pie & laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorũ
sacerdotum formã per ecclesias, quibus dominus præesse te voluit, etiã ipse seruaueris, vt his,
qui consecrandi sunt, nunquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicæ tribuatur, cui
à vespera sabbati initium constat ascribi, & tantis diuinarum dispositionum mysteriis conse
cratum, vt quicquid est à domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In
hac mundus sumpsit exordium, in hac, per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita K
accepit initium. In hac apostoli à domino prædicandi omnibus gentibus euangelij tubam su-
Ioan. 20. e munt, & inferendum vniuerso mundo, sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut
beatus Ioannes euangelista testatur) congregatis in vnum discipulis, ianuis clausis, quum ad
eos dominus introisset, insufflauit, & dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis
Io. 14. b. 16 c peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac deniq;, promissus à do-
mino apostolis spiritus sanctus aduenit, vt cœlesti quadam regula insinuatum, & traditum
nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo
collata sunt omnia dona gratiarum.

2 Vt autem in omnibus obseruantia nostra concordet, illud quoq; volumus custodiri, vt L
quum solennior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multi-
tudo cõuenerit, quam recipere basilica simul vna nõ possit, sacrificij oblatio indubitanter ite-
retur, ne his tantum admissis ad hanc deuotionẽ, qui primi aduenerint, videãtur hi, qui post-
modum confluxerint, non recepti, quum plenum pietatis atq; rationis sit, vt quoties basilicã,
De cõs. di. 1. Necesse est in qua agitur, præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur. Ne-
cesse est autem, vt quædam pars populi sua deuotione priuetur, si vnius tantum missæ more
seruato, sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo,
dilectionem tuam & familiariter admonemus, vt quod nostræ consuetudini ex forma pa-
ternæ traditionis insedit, tua quoq; cura non negligat, vt per omnia nobis & fide & actibus M
congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero, hanc ad fraternita-
tem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris præcessoribus, atq; ordinationibus fre
* al. ad nos missus quenter interfuit, & toties *admissus, quid in omnibus apostolicæ autoritatis teneremus, a-
gnouit. Data Calend. Iuliis.

EPISTOLA LXXX. EIVSDEM AD IVlianum Coen. episcopum.

IVLIANO Coen. episcopo. Literas dilectionis tuæ, quas per filium meũ virum illustrem Iichium direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis

A tuis iterata iam occasione responderam. Vnde quia etiam in his alloquiis tuis, eadem de im-
piissimis hæreticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quoad scribendi opportunitas
extitit, non tacere. In causa itaq; fidei, quicquid pro nostro officio oportuit, ac potest, iuuante
domino, & solicite, & libenter exequimur, vt euangelio irreprehensibiliter seruiamus, ne per
desidiam nostram, vlla pars ecclesiæ catholicæ neglecta videatur. Propter quod, sicut omni-
bus notum est, non destiti laborare, vt manifestata, atq; defensa incarnationis dominicæ ve-
ritate, omnis fraternitas, quid vbiq;, secundum doctrinam apostolicam, & tenendum, & do-
cendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum principum studio diuinitus inspirato,
vt in ciuitate Chalcedonensi synodo congregata, hæretica damnaretur impietas, ne vel quis-
B quam sectator Nestorij, vel vllus discipulus Eutychis liberum possit cum catholicis habere
consortium, cum (quod ad sancti concilij autoritatem pertinet) nulla vsquam remanserit di
scordia. Si qui autem sua obduratione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, vt
mallent furere, quàm sanari ad imperialem pertinet potestatem, vt perturbatores ecclesiæ pa
cis, & reipublicæ, quæ Christianis principibus merito gloriatur, inimici solicitius comprimantur. Vt autem imperialis est (vt diximus) potestatis, tumultus publicos, ac seditiones sacrile-
gas seuerius coërcere, ita autoritatis est sacerdotalis, monachis prædicandi aliquam contra
fidem licentiam non præbere, & omni virtuti resistere, ne ea, quæ ad sacerdotes pertinent, sibi
audeant vendicare. Vnde miramur, fratrem Thalasium episcopum, quod Georgio (nescio
C cui) qui præsumendo illicita, & propositum monachi, & nomen amisit, scribendi, vel prædi-
candi aliquam permiserit facultatem. Ad quem episcopum (si dilectioni tuæ visum fuerit) ex
hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaq; fraternitas tua opportunis suggestioni-
bus, vt clementissimus princeps, quæ domino sint placitura, præcipiat, & incentores cruenta-
rum seditionum iubeat competentius coërceri, vt nec illi impuniti sint, quorum manus scele
ra perpetrarunt, nec illi, qui talium vtuntur insania. Si autem inquisitio iudiciaria, & confes-
sio reorum ad eas personas peruenit, quarum vel consilio, vel impulsu mala tanta commissa
sunt, nullius fauoris eis præstanda sunt solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita,
tantum sunt amplius detestandi, quorũ nunc impietas, quæ per hypocrisim fuerat velata, de-
D tegitur. Et ideo agat Christianissimus, & piissimus Imperator, quod paci ecclesiasticæ intelli-
git profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confide, vt & disciplina in-
quietos reuocare, & à sanguine eorum iubeat abstineri, quamuis nil vltionum non mereantur
subire, qui ausi sunt, & diuinis, & humanis constitutionibus repugnare.

EPISTOLA LXXXI. EIVSDEM AD Palæstinos.

E EO episcopus vniuersis episcopis per Palæstinam constitutis. Solicitudini meæ,
quam vniuersali ecclesiæ, omnibusq; eius filiis debeo, multorum relatione patefa-
ctum est dilectionis vestræ animis, quiddam offensionis illatum, dum aut imperi-
ti (vt apparet) interpretes, aut maligni quædam vos aliter intelligere, quam à me sunt præ-
dicta, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte, & proprie Latina transferre, cum
in rebus subtilibus, & difficilibus explicandis, vix sibi etiã in sua lingua disputator quisq; suffi-
ciat. Quod tantũ apud me eo proficit, vt dũ ea, quæ catholica fides respuit, improbatis, intelli-
gamus vos veris amiciores esse, quam falsis, & id merito refutare, quod ex antiquæ institu-
tione doctrinæ etiã ipse Eutyches detestatur. Quanuis enim epistola mea, ad sanctę memorię
F Flauianum episcopum data, satis sibi ad manifestationẽ sui ipsa sufficiat, neq; in aliquo, aut pur
gationis, aut expositionis indigeat, & alia tamen, cum eadem, mea scripta concordant, in qui-
bus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæ-
reticos, qui multos Christi populos conturbauerant, disserendi, & clementissimis principibus,
& sancto concilio synodali, & Constantinopolitanæ ecclesiæ, quid de incarnatione verbi, se-
cundum euangelicam, apostolicamq; doctrinam deberemus sapere ac sentire, patefeci, & in
nullo à sanctorũ patrum confessione discessi, quia vna est, vera, singularis, perfecta, inuiolabi-
lis catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest. Quã Nestorius prius, & nunc Eutyches, di
uersa quidẽ assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & ecclesię dei duas hæreses
sibimet cõtrarias inferre tentarũt, vt vterq; à discipulis veritatis merito dãnaret, quia insanũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimis & sacrilegum fuit,quod varia falsitate ambo senſere. Anathematizetur ergo Neſtorius G
qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem,vt aliam perſonã
carnis,aliam faceret deitatis.nec vnum Chriſtũ in verbo dei,& carne ſentiret, ſed ſeparatim
& ſeiunctim alium filium dei, alium hominis prædicaret, quũ manente illa incommutabilis
verbi eſſentia,quæ ei cum patre & ſpiritu ſancto intemporalis atq; coæterna eſt, ita intra vir
Lucæ.1.d ginea viſcera verbum caro ſit factum,vti vno conceptu, vnoq; partu eadem virgo, ſecundũ
vnionem vtriuſq; ſubſtantiæ & ancillæ domini eſſet & mater. Quod etiam Elizabeth (ſicut
euangeliſta declarat) intellexit & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?
Eutyches quoq; eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volu-
tatus errores,tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atq; animæ ve- H
ritate, totum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnius aſſerat eſſe naturæ, tanquam verbi
deitas ipſa ſe in carnem,animamq; conuerterit,& concipi ac naſci,nutriri,ac creſcere,cruci-
figi,ac mori,ſepeliri, ac reſurgere,& aſcendere in cœlum, & in patris dextera, vnde ad iudi-
candos viuos & mortuos veniet, conſidere, eius tantum eſſentiæ fuerit, quæ nihil horum in
ſe,ſine carnis veritate recipit, quoniam natura vnigeniti natura eſt patris,natura eſt ſpiritus
ſancti,ſimulq; impaſſibilis,ſimul eſt incommutabilis,ſempiternæ trinitatis indiuiſa vnitas,&
cõſubſtantialis æqualitas. Vnde ſi ab Apollinaris peruerſitate hæreticus iſte deſciſcit,ne cõuin
catur deitatem paſſibilem ſentire,atq; mortalem,& tamen verbi incarnati,id eſt,verbi & car
nis vnam audet pronunciare naturam,nõ dubie in Manichæi & Marcionis tranſit inſaniam, I
& mediatorem dei & hominum hominem Ieſum Chriſtum ſimulatorie omnia credit egiſſe,
nec humanum in ipſo corpus, ſed phantaſticam corporis ſpeciem oculis apparuiſſe cernen-
tium. Quæ impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica deteſtatur, & talium ſacrile-
gia,concordibus per totum mundum beatorum patrum ſunt damnata ſententiis,quicunq; il-
li ſunt ita obcæcati,& à lumine veritatis alieni,vt verbo dei à tempore incarnationis,huma-
Ioan.1.b nam,id eſt,noſtram negent ineſſe naturam,oſtendant, in quo ſibi Chriſtianum nomen vſur-
2.Cor.5.d pent,& cum euangelio veritatis,qua ratione concordent,ſi per beatæ virginis partum,aut ca
ro ſine deitate,aut deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt,quòd verbum ca-
ro factum eſt,& habitauit in nobis,ita negari non poteſt,quòd deus erat in Chriſto,mundum K
reconcilians ſibi. Quæ autem reconciliatio eſſe poteſt,qua humano generi propitiaretur deus,
niſi omnium cauſam mediator dei hominumq; ſuſciperet? Qua vero ratione veritatem me-
diatoris impleret, niſi qui in forma dei æqualis eſt patri, in forma ſerui particeps eſſet & no-
ſtri? vt per vnum nouũ hominem fieret renouatio vetuſtatis,& mortis vinculũ,vnius præua-
ricatione contractũ,vnius morte,qui ſolus morti nihil debuit,ſolueretur? Effuſio enim pro in-
Roma.5.d iuſtis ſanguinis iuſti,tam potens fuit ad priuilegiũ,tam diues ad pretium, vt ſi vniuerſitas ca
ptiuorũ in redemptorem ſuũ crederet,nullũ tyrannica vincula retinerent, quoniã (ſicut Apo
ſtolus ait) vbi abundauit peccatũ,ſuperabundauit & gratia. Et quũ ſub peccati præiudicio na-
ti,poteſtatẽ acceperint,ad iuſtitiã renaſcendi, validius factum eſt donũ libertatis, q̃ debitum L
Ephe.5.a ſeruitutis. Quã itaq; ſibi in huius ſacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in ſaluatoris nõ-
ſtri corpore negant humanæ ſubſtantiæ veritatem? Dicant,quo ſacrificio reconciliati,dicant,
Pſalm.115 quo ſanguine ſint redempti? Quis eſt, qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & ho-
ſtiam deo,in odorem ſuauitatis? Aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit, quàm quod ve
rus pontifex altari crucis,per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Quanuis enim multorum
ſanctorum in conſpectu domini pretioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio, propi-
tiatio fuit mundi. Accepere iuſti,non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla
nata ſunt patientiæ,non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuere,nec alterius
quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, quum inter filios hominum vnus ſolus dominus no-
Ioan.12.e ſter Ieſus Chriſtus extiterit,in quo omnes crucifixi,omnes mortui,omnes ſepulti,omnes ſunt M
etiam ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat: Quum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad
me. Fides etenim vera iuſtificans impios, & creans iuſtos, ad humanitatis ſuæ tracta parti-
cipem, in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe inuenit iunocentem, liberum habens
per gratiam dei, de eius potentia gloriari, qui contra hoſtem ſuperbum in carnis noſtræ hu-
militate congreſſus,his victoriam ſuam tribuit,in quorum corpore triumphauit. Quanuis er
go in vno domino noſtro Ieſu Chriſto,vero dei,atq; hominis filio,verbi, & carnis vna perſo
na ſit,& vtraq; eſſentia cõmunes habeat actiones, intelligendæ tamen ſunt ipſorũ operũ qua-
litates, & ſynceræ fidei contẽplatione cernendum eſt, ad quæ prouehatur humilitas infirmi-

tatis,&

A tatis,& ad quæ inclinetur altitudo virtutis. Quid ſit,quod caro ſine verbo nõ agit,& quid ſit,
quod verbum ſine carne non efficit. Sine verbi enim potentia,nec cõciperet virgo,nec pare-
ret,& ſine veritate carnis,obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia,nõ ado-
rarent magi puerũ nouo ſidere declaratum, & ſine veritate carnis nõ iuberetur transferri in Lucæ.1.e
Aegyptũ puer,& ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine verbi potẽtia,non diceret vox patris, Lucæ.2.a
miſſa de cœlo,hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi cõplacui,& ſine veritate carnis,nõ pro- Matth.2.a
teſtaretur Ioannes: Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũdi. Sine verbi potentia nõ fieret Matth.3.d
redintegratio debilium,& viuificatio mortuorũ,& ſine veritate carnis, nec cibus ieiuno nec Marci.1.b
ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremo,ſine verbi potentia,nõ ſe dominus patri profite- Ioan.1.d
B retur æqualem,& ſine veritate carnis,non idem diceret patrẽ eſſe maiorem,cum catholica fi Matth.4.d
des vtrunq; ſuſcipiat,vtrunq; defendat. quæ ſecundũ proprietatem diuinæ humanæq; ſubſtan- Ioan.11.e
tiæ,vnum dei filiũ & hominem credit,& verbum. Quanuis ergo ab illo initio, quo in vtero Matth.4.a
virginis verbum caro factum eſt, nihil vnquam inter diuinam, humanamq; ſubſtantiam di- Marci.4.d
uiſionis extiterit,& per omnia incrementa corporea, vnius perſonæ fuerint totius temporis Io.10.f.16.b
actiones, ea ipſa tamen, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus, ſed Ioan.14.d
quid cuius formæ ſit,ex operum qualitate ſentimus. Nec diuina enim humanis præiudicant,
nec humana diuinis,cum ita in idipſum vtraq; concurrant,vt in eis nec proprietas abſuma-
tur,nec perſona geminetur. Dicant igitur iſti phantaſmatici Chriſtiani,quæ ſubſtantia ſalua- Ioan.19.d
toris affixa ſit ligno quæ iacuerit in ſepulchro, & reuoluto monumenti lapide, quæ tertia die Ibidem.g
C caro ſurrexit. vel quale corpus Ieſus diſcipulorũ viſui,clauſis ad eos oſtiis ingreſſus,intulerit, Matth.28.a
cum ad abigendam cernentiũ diffidentiam,inſpici oculis,digitiſq; tractari, patentes adhuc fi Lucæ.23.d
xuras clauorũ,& recens compuncti lateris vulnus exigeret. At ſi in tanta luce veritatis tene- Ioan.20.d
bras ſuas hæretica obduratio non relinquit,oſtendant, vnde ſibi ſpem vitæ polliceantur æter- Ibidem.f
næ,ad quam,niſi per mediatorẽ dei,& hominum,hominem Ieſum Chriſtum,non poteſt per- Acto.4.c
ueniri. Nõ eſt enim aliud nomen datũ hominibus ſub cœlo,in quo oporteat ſaluos fieri,nec eſt
redemptio captiuitatis humanæ,niſi in ſanguine eius,qui dedit ſemetipſum redemptionẽ pro
omnibus. Qui (ſicut prædicat beatus Apoſtolus) cum in forma dei eſſet,non rapinã arbitratus 1.Timo.2.b
eſt,eſſe ſe æqualem deo,ſed ſemetipſum exinaniuit,formã ſerui accipiens,in ſimilitudine ho- Philip.2.a.b
D minũ factus,& habitu inuentus,vt homo. Humiliauit ſemetipſum,factus obediẽs vſq; ad mor
tem,mortẽ autem crucis. Propter quod & deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen, quod eſt
ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtriũ,& inferno-
rum,& omnis lingua cõfiteatur,quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Quanuis
ergo vnus ſit dominus Ieſus Chriſtꝰ,& veræ deitatis,veræq; humanitatis in ipſo vna prorſus,
eademq; perſona ſit,neq; huius vnitionis ſoliditas vlla poſſit diuiſione ſeiungi,exaltationẽ ta
men, qua illũ exaltauit deus,& donauit illi nomen,quod ſuper omne nomen excellit. ad eam
intelligimus pertinere formã,quæ ditanda erat tantę glorificationis augmẽto. In forma quip
pe dei,æqualis erat filius patri,& inter genitorẽ,atq; vnigenitum,nulla erat in eſſentia diſcre
tio,nulla in maieſtate diuerſitas,nec per incarnationis myſteriũ,aliquid deceſſerat verbo,qđ
E ei patris munere redderetur. Forma autẽ ſerui,per quã impaſſibilis deitas ſacramentũ magnæ
pietatis impleuit,humana humilitas eſt,& in gloriã diuinæ poteſtatis euecta eſt,in tantã vni-
tatem ab ipſo conceptu virginis,deitate, & humanitate connexa, vt nec ſine homine diuina,
nec ſine deo agerentur humana. Propter quod ſicut dominus maieſtatis dicitur crucifixus,ita
qui ex ſempiternitate æqualis eſt deo,dicitur exaltatus. Nec intereſt,ex qua Chriſtus ſubſtan-
tia nominetur,cũ inſeparabiliter manente vnitate perſonę,idẽ ſit,& totus hominis filius,pro-
pter carnẽ,& totus dei filius,propter vnã cum patre deitatẽ. Quicquid ergo in tẽpore acce-
pit Chriſtus,ſecundũ hominem accepit,cui quæ nõ habuit,conferuntur. Nam ſecundũ poteñ-
tiam verbi,indifferẽter omnia,quæ habet pater,etiã filius habet, & quæ in forma ſerui à patre 2.Cor.8.b
accepit,eadẽ in forma patris etiã ipſe donauit,& idem ipſe & diues, & pauper. Diues,quia in Ioan.1.a
F principio erat verbũ,& verbum erat apud deũ,& deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Ibidem.b
deum. Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Pauper vero,quia verbum ca
ro factum eſt,& habitauit in nobis. Quæ autem eſt eius exinanitio, quæue paupertas,niſi for-
mæ ſeruilis acceptio, per quam, verbi maieſtate velata, diſpenſatio humanæ redemptio-
nis impleta eſt. Nam quia captiuitatis noſtræ reſolui originalia vincula non poterant, &
ab hoſtis imperio relaxari, niſi exiſteret homo noſtri generis, noſtræq; naturæ, quem vete- Coloſſ.2.e
ris debiti præiudicia non tenerent, & qui immaculato ſanguine ſuo chirographum lethale

 dilueret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, & prophetarum oraculis prænunciatũ, G
ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, vt multis modis significata promissio, in diu
expectatũ veniret effectum, nec posset esse ambiguũ, quod continuis significationibus semper
fuerat nunciatũ. Destructis itaq; tot hæresibus, quæ per sanctam deuotionẽ præsidentium pa-
1.Petri.2.b trum, à corpore sunt catholicæ vnitatis abscisæ, quæq; ideo extorres à Christo esse meruere,
quia verbi incarnationẽ, quæ singularis est recte credentiũ salus, fecerunt sibi lapidem offen-
sionis, & petram scandali, miror dilectionem vestrã, in discernendo veritatis lumine, labora-
re. Et quum multis manifestationibus declaratum sit, q̃ recte & Nestorium & Eutychen cum
Dioscoro, fides Christiana dãnauerit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel horum
impietati præbet assensum, doleo, vos euangelicæ & apostolicæ doctrinæ (vt audio) resultare, H
exagitando seditionibus ciuitates, conturbando ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam cædes
presbyteris atq; episcopis inferendo, vt præ furore & sæuitia propositi vestri, & professionis
sitis immemores. Vbi est regula mansuetudinis & quietis? Vbi longanimitas patiẽtiæ, vbi tran
quillitas pacis, vbi firmamentum dilectionis, & tolerantiæ fortitudo? Quæ vos ab euangelio
Christi aut persuasio abduxit, aut persequutio separauit? Vel quæ tanta extitit decipientis astu-
tia, vt obliti prophetarum & apostolorum, obliti symboli salutaris & confessionis, quam pro-
nunciantes coram multis testibus, sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis vos illusio-
nibus subderetis? Quid apud vos acturæ fuerant vngulæ, quid sęua tormenta, si ad expugnan
dam fidei vestræ integritatem, tantum vana hæreticorum commenta valuere? Pro fide vos I
*al. Hoccine agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ nomine armamini, & contra ecclesiam dimicatis.
*Hoc à prophetis, hoc ab euangelistis, hoc ab apostolis didicistis, vt negantes veram Christi
carnem, & ipsam verbi essentiam passioni, mortiq; subdentes, alienam faciatis nostram à suo
reparatore naturam, totumq;, quod crux intulit, quod lancea vulnerauit, quod sepulchri lapis
Roma.1.b suscepit & reddidit, solum fuisse opus diuinæ potentiæ, non etiam humilitatis humanæ? Pro-
pter quam Apostolus dicit: Non enim erubesco euangelium, quoniam nouerat, quale Chri-
Marci.8.d stianis obiiceretur opprobrium ab inimicis. Et ideo etiam dominus protestabatur, dicens:
Lucæ.12.a Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum corã patre meo. Hi enim
non erunt digni confessione filij & patris, quibus nunc caro Christi verecundiam facit, pro- K
babuntq;, se nullam de ligno crucis sumpsisse virtutem, qui, quod præferendum frontibus ac-
ceperunt, promere labiis erubescunt. Declinate filij ab his diabolicis persuasionibus, declina-
Psalm.84 te. Veritatem dei nulla res violat, sed veritas nos, nisi in nostra carne non saluat. Veritas quip
pe (sicut propheta ait) de terra orta est, & sic verbum Maria concepit, vt vniendam sibi car-
nem de sua substantia ministraret, nec cum adiectione personæ, nec cum euacuatione naturæ
quoniam, qui erat in forma dei, ita accepit formam serui, vt vnus atq; idem in forma vtraq;
Roma.9.a sit Christus, inclinante se deo vsque ad infima hominis, & proficiente homine vsq; ad sum-
ma deitatis, dicente Apostolo: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui
est super omnia deus benedictus in secula. Amen. L

EPISTOLA LXXXII. EIVSDEM AD ANAstasium Thessalonicen. episcopum.

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Quod semper Thessalonicenses antistites uicem apostolicæ sedis impleuerint. I
Vt metropolitanis sua iura seruentur. II
Vt à metropolitanis, non laici, non digami, non uiduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur episcopi. III
Quod subdiaconis carnale coniugiũ denegetur. IIII
Vt nullus inuitus ordinetur episcopus. V
Vt metropolitanus episcopus, de electo, quem est ordinaturus episcopum, ad Thessalonicen. pontificem referat, & de metropolitano electo, similiter prouinciales episcopi faciant. VI
Vt bina per annum prouincialia episcoporum concilia celebrentur. Et si res difficilis emerserit, nec fuerit Thessalonicen. episcopi iudicio terminata, ad Romanum referatur antistitem. VII
Vt si quis episcopus suam deserens ciuitatem, maiorẽ sedem ambitus causa petierit, nec illam obtinere poterit, & sua carere debebit. VIII
Vt nullus alienum clericum solicitare uel tenere præsumat, suo episcopo non præbente consensum. IX
Vt in euocandis prouincialibus episcopis, à Thessalonicen. M

A Salonicen. pontifice moderatio conseruetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumeliis addicatur, Nec amplius quàm bini de prouinciis episcopi, quos metropolitani probauerint, dirigantur, Et non amplius ab statuto concilij tempore, quàm dies. XV. remorentur episcopi. X
Vt si inter eos de negotio fuerit obortæ contentio, cuncta Romano pontifici sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo, quod deo placuerit, ordinetur. XI

CAPITVLVM I.

B SEO episcopus vrbis Romæ, Anastasio episcopo Thessaloniceñ. Quanta fraternitati tuæ à beatissimi Petri apostoli autoritate sint commissa, & qualia etiam nostro tibi fauore sint credita, si vera ratione perspiceres, & iusto examine ponderares, mul
tum possemus de iniunctæ tibi solicitudinis deuotione gaudere. Quoniam sicut præcessores
mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum sequutus exemplum, vices mei
moderaminis delegaui, vt curam, quam vniuersis ecclesiis principaliter ex diuina institutio-
ne debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab apostolica
sede prouinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes, *quia de conti- *al. siquidẽ
C nenti, opportunoq; prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid vel in quibus rebus, vel tuo
studio componeres, vel nostro iudicio reseruares. Nam quum maiora negotia & difficilio-
res causarum exitus liberum tibi esset, sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ra-
tio tibi, nec necessitas fuit, in id, quòd mensuram tuam excederet, deuiandi. Abundant enim
apud te monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequen
ter instruximus, vt commendatas tibi Christi ecclesias, per exhortationem charitatis, ad sa-
lubritatem obedientia prouocares. Quia etsi plerunq; existant inter negligentes, vel desides
fratres, quos oporteat maiore autoritate curari, sic tamen est adhibenda correptio, vt semper 1.Timo.5.a
sit salua dilectio. Vnde & beatus apostolus Paulus, ad ecclesiasticum regimẽ Timotheum im-
buens, dicit: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt ma-
tres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Quæ moderatio, si quibuscunque inferioribus
D membris ex apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus & coëpiscopis nostris si-
ne offensione reddenda est? Et licet nonnunquam accidant, quæ in sacerdotalibus sint repre- *al. corrigẽ
hendenda personis, plus tamen *corrigenda agat beneuolentia, q̃ seueritas, plus cohortatio, dos Philip.2.a.c
q̃ commotio, plus charitas, q̃ potestas. Sed *hi, qui, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Chri- *al. ab his
sti, facile ab hac lege *discernuntur, & dum dominari magis, q̃ consulere subditis, quærunt, *al. dicedi-
placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Quod tur
vt necesse habeamus ita dicere, non de paruo animi dolore procedit. Meipsum enim quodã-
modo trahi in culpã sentio, quũ te à traditis tibi regulis immodice deuiasse cognosco. Qui
si tuæ existimationis parum diligens eras, meæ saltem famæ parcere debuisti, ne quæ tuo tan-
E tum facta sunt animo, nostro viderentur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas
nostras, omniáque ad tuos missa maiores apostolicæ sedis præsulum scripta decurrat, &
vel à me, vel à præcessoribus meis inueniet ordinatum, quod à te cognoui esse præsumptum.
Venit nanque ad nos cum episcopis prouinciæ suæ frater noster Atticus, veteris Epiri *Ni- *al. metro-
copolitanus antistes, & de indignissima astrictione, quã pertulit, lachrymabili actione con- politanus
questus est, coram astantibus diaconibus tuis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo,
ea, quæ nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in literis tuis,
quas idem diaconi detulere, quòd frater Atticus Thessalonicam venisset, quodq; consensum
suum etiam scripturæ professione signasset, vt de illo non aliud à nobis intelligi posset, quàm
F proprij arbitrij & spontaneæ deuotionis fuisse, quòd venerat, quodq; chartulam de obedien
tiæ sponsione conscripserat, in cuius tamen chartulæ mentione signum prodebatur iniuriæ.
Non enim necessariũ fuerat, vt obligaretur scripto, qui obedientiã suam ipso iam voluntarij
aduentus probabat officio. Vnde deplorationibus supradicti hæc verba epistolæ tuæ testimo-
nium præbuere, & per hoc, quod non est tacitum, nudatum est illud, quod silentio fuerat ado-
pertum, *adhibitam, scilicet, Illyrici præfecturã & sublimissimam inter mundanos apices po *al. additã
testatem in exhibitionẽ insontis antistitis incitatã, vt missa exequutione terribili, quæ omnia
sibi officia publica ad effectũ præceptionis adiungeret, à sacris ecclesiæ adytis nullo vel falso
insimulatus crimine, extraheretur sacerdos, cui nõ ob molestiã ægritudinis, nõ ob sæuitiã hye
mis darẽtur induciæ, sed iter asperum & periculis plenum per inuias niues agere cogeretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.q.6. Multum stupeo

Quod tanti laboris, tantiq; discriminis fuit, vt ex his, qui episcopum comitati sunt, quidam G defecisse dicantur. Multum stupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius indicaueras, quàm quòd euocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoueri, præsertim, quum etsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. Sed vt video, bene de moribus meis existimasti, & q̃ ciuilia pro conseruanda sacerdotali concordia responsurus essem verissime præuidisti, & ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumpsisses, faciendi id, quod factum

*al.Nicopoliranum

est, licentiam nõ haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat,* & metropolitanũ episcopum noui apud te criminis pondus vrgebat? At hoc quidẽ alienum ab illo esse, etiam tu H

3.q.6. Multum

nihil ei obiiciendo cõfirmas. Sed etiã, si quid graue, intolerandumq; gessisset, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius ipse decerneres, q̃ quid nobis placeret, agnoscerес. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem sis vocatus solicitudinis, nõ in plenitudinẽ potestatis. Vnde sicut multũ nos ea, quæ à te pie sunt curata, lætificant, ita nimiũ ea, quæ perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est post multarum experimenta causarum, solicitius prospici, & diligentius præcaueri, quatenus per spiritũ charitatis & pacis, omnis materia scandalorum de ecclesiis domini (quas tibi cõmendauimus) auferatur, præeminente quidem in illis prouinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu.

25.q.2.Igit̃

2 Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu dei conditos, & totius mundi reue- I rentia consecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita vt à regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant.

3 In ciuitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hæc forma seruetur, vt is qui ordinãdus est (etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur) non laicus, non neophytus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui vel vnam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi

Di.32. Oĩm sacerdotum

viduam copularit. Sacerdotũ enim tam excellens est electio, vt hæc, quæ in aliis ecclesię membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. K

4 Nam quum, extra clericorũ ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberũ, ad exhibendam tamen perfectæ continentię puritatem, nec subdiaconibus quidẽ carnale connubiũ conceditur, vt & qui habent, sint tanq̃ non habentes, & qui

1.Cor.17.c

non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignũ est custodiri, quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frenasse detegitur.

In dec.Iuo. lib.3. Dist.63.Si for.

5 Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri, plebisq; consensus concorditer postularint. Ita vt si in aliam forte personam partium se L vota diuiserint, metropolitani iudicio, is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuatur, & meritis. Tantum, vt nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quàm conuenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

Dist.65. De persona aũt

6 De persona autẽ consecrandi episcopi, & de cleri plebisq; consensu, metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuã referat, quodq; in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem rite celebrandã, tua quoq; firmet autoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregibus domini diu desit cura pastorum. Metropolitano

Dist.63.Metropolitano & dist.77.in princi.dist.

vero defuncto, quum in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatẽ M metropolitanã conuenire debebunt, vt omniũ clericorum atq; omniũ ciuium, voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiã prouinciales referant sacerdotes, impleturi vota poscentiũ, si quod ipsis placuit, tibi quoq; placuisse cognouerint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus, te ignorante, præsumi.

Dist.18. De concil. & in decret. Iuo. lib.4

7 De conciliis autem episcopalibus non aliud iudicimus, quàm sancti patres salubriter ordinarunt, vt (scilicet) bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ prouinciali

nequeat

A nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

7.q.1.Si quis epũs.

8 Si quis episcopus, mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem se plebem quacunque occasione transtulerit, non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria, vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

19.q.2.Alienũ clericũ.

9 Alienum clericum, inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat, & nemo solicitet, nisi forte ex B placito charitatis id inter dantem, accipientémque conueniat. Nam grauis iniuriæ reus est, qui de fratris ecclesia id quod est vtilius, aut pretiosius, audet vel abiicere, vel tenere. Itaque si intra prouinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellet. Si autem longius* processit, tui præcepti autoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

*al.receſſit

10 In euocandis autem ad te episcopis, moderatissimũ te esse volumus, ne per maioris diligentiæ speciem, fraternis videaris gloriari iniuriis. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quam necessarium sit, fraternum aduocare conuentũ, binos de singulis prouinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat, ita vt à præstituto tempore non vltra quindecim dies,* quo conuenerint, retardentur.

*al.qui

C 11 Si autem in eo, quod cum fratribus tractandum, diffiniendumve credideris, diuersa eorũ fuerit à tua voluntate sententia, ad nos omnia, sub gestorum testificatione referantur, vt remotis ambiguitatibus, quod deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem, omnem affectum nostrum, curamq; dirigimus, vt quod ad vnitatem concordiæ, & quod ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater charissime, & eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, quum tamen non similis sit* omnium materia querelarum, hortor & moneo, vt quæ pie sunt ordinata, salubriterq; disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Nec enim pote

*al.oĩbus materies

Philip.2.a Rom.15.a

D rit veritatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis astrinxerit, quia sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, Hæc connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas non sit communis, est tamen ordo generalis, quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. De qua forma, episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam, in maioribus vrbibus constituti, sollici-

Ro.12.b. & 1.Cor.12.b

E tudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiæ cura cõflueret, & nihil vnquam à suo capite dissideret. Qui ergo quibusdam scit se esse præpositum, non molestе ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse depẽdat. Et sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat, alij importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus, humilis & mitis magistri, dicentis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est,

2.q.6.Qui scit se. Mat.23.a Matth.11.d

Mat.20.d& Marc.10.g & Luc.22.c Luc.14.c

M & onus meum leue est. Quod quomodo experiemur, nisi & illud in obseruatiam veniat, quod idem dominus ait: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

F EPISTOLA OCTVAGESIMATERTIA EIVSDEM, ad Septimium Altinum episcopum.

Math.7.c

LEctis tuæ fraternitatis literis, vigorem fidei tuæ, quam olim noueramus, agnouimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi, pastoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali sęuitia simplices

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces quosque dilacerent,& non solum ipsi nulla correctione proficiant,sed etiam ea, quę sunt G
sana corrumpant. Quod ne quæ viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanum episcopum prouinciæ Venetiæ scripta direximus, quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere,si quisquam de Pelagianorum & Celestianorum consortio veniens,in cõmunione catholica,sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum est enim & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum,vt siue presbyteri,siue diaconi, siue alij cuiuslibet ordinis clerici,qui se correctos videri volunt, errorem suum,& ipsos erroris authores damnari à se, sine ambiguitate fateãtur,vt sensibus prauis dudum peremptis, nulla sperandi supersit occasio,ne vllum membrum ecclesiæ talium possit societate violari,cum per omnia illis professio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus cu- H
stodiri,ne ab his ecclesiis,ad quas proprie pertinent,sinantur abscedere,& pro suo arbitrio,ad loca sibi non deputata,transire. Quod si recte non permittitur inculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua,cuius deuotione gaudemus,iungat curam suam dispositionibus nostris,& cum supradicto metropolitano det operam, vt circumspecte ac velociter impleantur ea,quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem,& laudabiliter sunt gesta,& salubriter ordinata.

1.q.7. Saluberrimũ eni &.1.q.1.ois cuiuslibet, &.Si quis hæreticæ. Et in dec. Iuo.lib.1.cũ litere variatione.

EPISTOLA OCTVAGESIMAQVARTA EIVSdem,ad Aquileiensem episcopum. I

RElatione sancti fratris,& coëpiscopi nostri Septimij,quæ in subditis habetur,agnouimus quosdam presbyteros, diacones, ac diuersi ordinis clericos, quos Pelagiana, vel Celestiana hæresis habuerit implicatos,ita in vestra prouincia ad communionẽ
Matth.7.c catholicam peruenisse,vt nulla ab eis damnatio proprij exigeretur erroris, & pastoralib⁹ excubiis nimium dormitantibus,lupus,ouium pellibus tectus, in ouile dominicum non deposi- K
tis bestialibus animis introiret,& quod,per autoritatem canonum,decretorumq; nostrorum ne insontibus quidem conceditur,vsurpasse,vt relictis ecclesiis, in quibus clericatum aut acceperant,aut receperant instabilitate sua per diuersa circumferantur, amãtes semper errare, & nunquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine,nullo sunt præiudicio suæ professionis obstricti,hunc maxime expetunt fructum,vt sub velamẽto communionis plures domos adeant,& per falsi nominis scientiam multorum corda corrumpant. Quod vtique efficere non possent,si ecclesiarum præsules necessariam diligentiam in talium receptione seruarent,nec cuiquam eorum euagari in diuersa licuisset. Ne ergo hoc
*al.hoc vlterius audiatur, neve per quorundam negligentiam introducta pernities, ad euersionem multarum tendat animarum, *hac nostri autoritate præcepti, industriæ tuæ fraternitatis L
indicimus,vt congregata apud vos synodo prouincialium sacerdotum, omnes siue presbyteri,siue diaconi,siue cuiusque ordinis clerici, qui de Pelagianorum, Celestianorumq; cõsortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti,vt non prius ad damnationẽ sui coarctarẽtur erroris,quàm nunc, saltem posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur ad veram correctionem,quæ & ipsis prodesse,& nullis possit nocere,cogãtur. Dãnent apertis professionibus sui superbi erroris autores,& quicquid in doctrina eorum vniuersalis ecclesia exhorruit,detestentur,omniaq; decreta synodalia, quæ ad excisionem hæreseos apostolicæ sedis confirmauit autoritas amplecti se,& in omnibus approbare,plenis, & apertis,ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurũ, M
*al. nõ saluari ‡al.subrepentem *al.tanta Ephe.2.b al.operatio est quia nõ pri* iustificatur quisquã virtute, quàm gratia,quæ. nihil inueniatur ambiguum. Quoniam nouimus hanc istorum esse versutiam,vt in quacunq; particula dogmatis execrandi,qua se à damnatorum societate discreuerint, nihil sibi sensuũ suorum existiment* esse non saluum. Cumq; omnes definitiones suas,ad* tantam facilitatem, improbare se simulent,atque deponere,hoc sibi tota arte fallendi,nisi intelligantur, excipiũt, vt gratia dei,secundum merita dari accipientium sentiatur. Quæ nisi gratis detur, nõ est gratia,sed merces,retributioq; meritorum,dicente beato apostolo: Gratia salui facti estis per fidẽ & hoc non ex vobis,sed dei donum est. Non ex operibus,ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum,creati in Christo Iesu,in operibus,quæ præparauit deus,vt in illis ambulemus. Omnis itaque bonorum operum donatio,diuina* præparatio est, nec propria quisquam iustificatur virtute,quoniam gratia vnicuique principium iustitiæ,& bonorum fons,atq; origo meri-

A go meritorum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præueniri, vt quæ* ad *al.ante
gratiam proprio clara sit studio,nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata. Ideo etiã paruulos dicũt,si sine baptismo hinc de seculo exierint,non posse damnari, neque reos in peccato Adæ teneri,sed ad regnum dei, vel ad vitam æternam, sine vlla cunctatione venire, cũ Rom.5.b
Apostolus dicat,per vnum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatũ mors,& ita in omnes homines pertransiit,propter quod & ipsi paruuli baptizantur. Quanuis in illo vno possint intelligi plura peccata,si vnum ipsum in sua quasi membra singula diuidatur. Nã & superbia est illic,quia in sua homo potius esse, quàm in dei potestate dilexit, & sacrilegiũ, quia deo non credidit,& homicidium,quia se præcipitauit in mortem, & fornicatio spiritua
B lis,quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est,& furtum, quia prohibitus vsurpatus est cibus,& auaritia,quia plus quàm sufficere illi debuit, appetiuit, & si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione poterit inueniri. Parentum quoque peccatis paruulos obligari,non solum primorum hominum,sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt,non improbabiliter dicitur. Illa quippe sententia reddam peccata patrum in filios,tenet Exod.20.a
eos vtique,antequam per regenerationem ad testamentum nouum incipiant pertinere,quod Ezech.18.a & Hie.31.e
testamentum prophetabatur,cum diceretur per Ezechielem,nõ accepturos filios peccata patrum suorum,nec vlterius futuram in Israël parabolam illam, patres manducauerunt vuam acerbam,& dentes filiorum obstupescunt. Ideo enim quisq; renascitur,vt soluatur in eo, quic
C quid peccati est,cum quo nascitur. Nam peccata,quæ male agendo postea committuntur, possunt,& pœnitendo sanari,sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio,nisi quia vitiosa est generatio, vsq; adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me Psal.50
aluit. Neque hic dixit in iniquitate,vel in peccato,cum hoc recte dici posset, sed iniquitates, & peccata dicere maluit,quia & in illo vno,quod in omnes homines pertransiuit,quodq; tam Rom.5.b
magnum est,vt eo mutaretur,& conuerteretur in necessitatem mortis humana natura,(sicut supra disserui) reperiuntur plura peccata,alia parentum, quæ licet non possunt mutare naturam,reatu tamen obligant filios,nisi gratuita gratia,& misericordia diuina subueniat. A par- De cõ.di.4 A paruulo
D uulo enim recens nato,vsque ad decrepitum senem,quamlibet corporis ætatem gerant,sicut uullus prohibendus est à baptismo,ita nullus est,qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli,originali,maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; male viuendo addidere ad illud,quod nascendo traxere. Cauendum ergo dilectioni tuæ est, magnaq; diligentia prouidendum,ne per huiusmodi homines extincta dudum scandala suscitẽtur, & de exciso olim dogmate,aliquod in prouincia tua eiusdem mali germen oriatur, quod nõ solum in radicibus suis crescat,sed etiam sanctæ ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt,ab omni suspitione se purgent,& obediendo nobis, probent se esse nostros. Quorum,si quisquam salubribus præceptis satisfacere detractarit,siue ille clericus,siue sit laicus,ab ecclesiæ societate pellatur,ne perditor animæ suæ,saluti insidietur alie-
E næ. Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ,qua olim à sanctis patribus, & à nobis sæpe decretum est,vt nec in presbyteratus gradu,nec in diaconatus ordine,nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia cuiquam transire sit liberum,vt in integrum reuoces, admonemus. Et vnusquisque non ambitione illectus,non cupiditate seductus,non persuasione homi- In cõc. Hispalen.2.c.3
num deprauatus,ibi,vbi ordinatus est, perseueret. Ita vt si quis sua quærens,nõ quæ Iesu Christi,ad plebem,& ecclesiam suam redire neglexerit,& ab honoris priuilegio, & à communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua,nos,si(quod non arbitramur)neglecta fuerint,quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehe-
F mentius commouendos, quia inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, Dist.86.Inferiorum culpæ.
quàm ad desides,negligentésque rectores,qui multam sæpe nutriunt pestilentiam,dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Epistola

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPISTOLA OCTVAGESIMAQVINTA EIVSdem ad episcopos Aphricanos per Mauritaniam Cæsarien. constitutos.

TITVLI CAPITVLORVM SEquentis epistolæ.

Ne illicitæ personæ ad episcopatum prouehantur. I
De statutis canonum conseruandis. II
De Donato Nouatianorum episcopo, & de Maximo ex Donatistis. III
De Aggaro & Tyberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati. IIII
De uirginibus sacris, quæ uim Barbaricam pertulerunt. V.

CAPITVLVM PRIMVM.

EO episcopus vniuersis episcopis per Cæsaream Mauritaniam constitutis in domino salutem. Cum de ordinationibus sacerdotum quædam apud vos illicite vsurpata crebrior ad nos cõmeantium sermo perferret, ratio pietatis exegit, vt pro solicitudine, quam vniuersæ ecclesiæ, ex diuina institutione depẽdimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ nostræ, proficiscenti à nobis fratri, & consacerdoti nostro Potentio, *iniungentes, qui secundum scripta, quæ per ipsum ad vos direximus, de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisq; omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissime notitiæ nostræ cuncta reserauit, & sub quibus qualibusq; rectoribus quædam Christi plebes in partibus prouinciæ Cæsarienſis habeantur, syncera nobis relatione patefecit, necessarium fuit, vt dolorem cordis nostri, quo pro dominicorum gregum periculis æstuamus, datis nunc ad vos literis promeremus, mirantes tantũ apud vos, per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusq;, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non est hoc cõsulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum, & vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit, * ipsius tamen initij sui est pernitiosus exemplo. Et difficile est, vt bono peragãtur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterq; curandũ est, vt in domini domo nihil sit inordinatum, nihilq; præposterum, quantomagis elaborandũ est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ domini status, & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per spiritum dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & perinde vnicuique nostrum dicitur. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritũ laboris, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum* sectatur in eligendo sacerdote iudicium, ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus cõtinetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit* de præuaricatione collatus. Dicente enim Apostolo, vt inter alias electionis regulas, is episcopus ordinetur, quem vnius vxoris virũ fuisse, aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, vt etiam de muliere sacerdotis eligenda, eadem intelligatur seruanda conditio, ne forte illa, *priusquam in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugiũ. Quis ergo dissimulare audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam? cum huic magno, venerandoq; mysterio, ne diuinæ legis statuta defuerint, quibus euidẽter est definitum, vt virginem sacerdos accipiat, & alterius thorum nesciat coniugis, quæ vxor est futura pontificis? Iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi, & ecclesiæ spirituale cõiugium,

*al.delegãtes

Dist.61.Miramur tãtũ

1.q.1.Principatus quem *al.ipso

1.Tim.1.b

Distin.78. Quid est manus.

*al.tenet

*al.cõtra diuinæ legis præcepta. 1.Tim.3.a *al.prius, quã i societatem. Leuit.21.c & Eze.44.f Ephe.5.f 1.Cor.11.a

iugium, vt quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa* verbi non alium virum nosse quàm Christum, qui merito eam vnam, quam elegit, vnam diligit, & aliam præter ipsam suo cõsortio non adiungit, Si ergo etiam in veteri testamento hæc sacerdotalium coniugiorum forma seruata est, quanto magis* sub reuelata iam gratia constituti, apostolicis debemus inseruire præceptis, vt quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconij gradum, vel ad presbyterij honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum nõ vnius vxoris virũ, aut vxorem eius non vnius viri fuisse claruerit. Monente vero apostolo, atque dicente, & hi autem probentur primum, & sic ministrent, quid aliud intelligendum in hoc putamus, nisi vt in his prouectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut à baptismo rudibus, aut à seculari actu repente conuersis, officium pastorale credatur, cum omnis gradus militiæ Christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam maiora committi? Merito sanctorum patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas, à puerilib⁹ exordiis vsque ad *prouectiores annos, per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, vt vnicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari* ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quàm diligens & quàm prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cœlestium dignitatum, ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur, & his ecclesia domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescij, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna, necesse est (sicut Apostolus disserit) vasa diuersa sint, quædam aurea & argentea quædam vero lignea, & fictilia, sed horum ministerium pro materiæ qualitate discernitur,, nec qui est pretiosorum, idem vsus est & vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis, & fictilibus eorum hominum species figurantur, qui nullis adhuc virtutib⁹ nitent, ita in aureis & argẽteis hi sine dubio declarantur, qui per longe eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum, & argentum purum esse meruere. Quibus si merces pro deuotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resoluitur, omnis ordo turbatur, dum in ecclesia, qui nullum subiere ministeriũ, peruerso eligentium iudicio indebitum obtinent principatum. Cum ergo inter vos tantũ valuerint aut studia populariũ, aut ambitus superborũ, vt non solum laicos, sed etiam secularium vxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos, nonne* aptissime exigũt causæ, vt ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, iudicio seueriore purgentur, & non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur? Sed circunstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura iustitiæ. Et quia vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas, cogimur, secundum sedis apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiam, vt trutinato pondere delictorum, quæ constat non vnius esse mensuræ, quædam definiamus vtcunque tolerãda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt, nec apostolica, nec legalis autoritas sacerdotum obtinere permittit, & multo magis illum, si fuerit vestro iudicio confutatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus vxorum, vel illum, qui* à prima vxore dimissus, alteram duxisse perhibetur priuandum honore decernimus. Cæteros vero, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officiũ episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod vxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non præiudicantes apostolicæ sedis statutis, nec præcessorũ *nostrorum, nostrisq; decretis, quibus salubriter statutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim vtcunque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquã id, quod omnino interdicimus, vsurpare præsumpserit, quia remissio peccati nõ dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione* concedi, fas erit amplius impune committi.

2 Cum itaque de omnibus fere, quæ fratris nostri Potentij relatio continebat, plenissime dilectionem

*al.Christi

*al.euãgelij

1.Tim.3.b

Dist.61.Miramur tãtũ.

*al.perfectiores.

*al.ambitu

2.Tim.2.c

*al.apertissime 1.q.6.Exigunt causæ Psal.24

1.q.7.Exigunt causæ

*al.prima vxore dimissa 1.q.7.Exigunt causæ *al.nec beatorũ patrũ regulas resoluentes 1.q.7.Exigunt causæ

*al.vitari

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectionem veſtram,per Dauid fratrem,& coëpiſcopum noſtrum, qui & ſacerdotij merito G
nobis eſt probatus,& moribus, videatis inſtructam,ſupereſt, fratres, vt concordi obedientia
ſalubres ſuſcipiatis hortatus,& nihil per contentionem agentes,ſed ad omne ſtudium deuo-
tionis vnanimes,diuinis,& Apoſtolicis cõſtitutionib⁹ pareatis,& in nullo patiamini,*pia ca-
nonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remiſimus conſideratione cauſarum, an-
tiquis deinceps cuſtodienda ſunt regulis,ne quod ad tempus pia lenitate conceſſimus, iuſta
poſt hæc vltione plectamus,in eos ſpecialius & propenſius commouendi,qui in epiſcopis or-
dinandis ſanctorum patrum ſtatuta neglexerint, & quos refutare debuerant, conſecrarint.
Vnde ſi qui epiſcopi talem conſecrauerint ſacerdotem,qualem nõ liceat,etiam ſi aliquo mo-
do damnum proprij honoris euaſerint,ordinationis tamen ius vlterius non habebunt,nec ei H
ſacramento intereſſe, quòd neglecto diuino iudicio immerito præſtitere. Illud ſane quod ad
ſacerdotalem pertinet dignitatem,inter omnia volumus canonum ſtatuta ſeruari,vt non in
quibuſlibet locis,neque quibuſlibet caſtellis,& vbi ante non fuerunt, epiſcopi conſecrentur,
cum vbi minores ſunt plebes,minoresq; conuentus,presbyterorum cura ſufficiat. Epiſcopa-
lia autem gubernacula non niſi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat
præſidere,ne quod ſanctorum patrum diuinitus inſpirata decreta vetuere viculis,& poſſeſſio
nibus,vel obſcuris,& ſolitariis municipiis tribuatur ſacerdotale faſtigiũ,& honor,cui debent
excellentiora cõmitti,ipſe ſui numeroſitate vileſcat. Quod nunc in ſua diœceſi Reſtitutus e-
piſcopus factũ eſſe cauſatus eſt,& rationabiliter poſtulauit,vt ſi epiſcopi eorum locorum, in I
quibus non debuerant ordinari,humana conditione deceſſerint,loca ipſa ad ius eius antiſti-
tis redigantur,cuius fuerant ante priora. Et inutile eſt,vt ſacerdotalis dignitas inconſidera-
ta ordinantis facilitate ſuperflua multiplicatione minuatur. De his autem, quæ in ſacro vir-
ginitatis propoſito conſtitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris nõ
animo,ſed corpore perdidere,ea nobis ſeruanda videtur moderatio,vt neq; in viduarũ deii-
ciantur gradum,nec in ſacrarum,& perſeuerantium virginum numero cenſeantur. Quibus,
ſi in omnibus virginalibus obſeruationibus perſeuerant,& caſtimoniæ ſoliditatem mente cu
ſtodiunt,ſacramentorum non eſt neganda communio,quia iniuſtum eſt eas in eo,vel argui,
vel notari,quod non voluntas admiſit,ſed vis hoſtilis eripuit. Cauſam quoq; Lupicini epiſco K
pi illic iubemus audiri. Cui multum & ſæpius poſtulanti communionem hac ratione reddi-
dimus,quoniam ad noſtrum iudicium prouocaſſet,immerito eum,pendente negotio, à com
munione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Adiectum etiam illud eſt,quod huic temere ſuperordi
natus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari,antequam Lupicinus in præſenti poſitus,aut
confutatus,aut certe confeſſus,iuſtæ poſſet ſubiacere ſententiæ, vt vacantem locum,quemad
modum diſciplina eccleſiaſtica exigit,is,qui conſecrabatur,exciperet.

3 Donatum autem Salicinenſem ex Nouatiano cum ſua(vt comperimus) plebe cõuerſum,
ita dominico volumus gregi præſidere,vt libellum fidei ſuæ ad nos meminerit dirigendum,
quo & Nouatiani dogmatis dãnet errorem,& pleniſſime confiteatur catholicam veritatem. L
Maximum quoq; ex laico licet reprehẽſibiliter ordinatũ, tamen ſi Donatiſta iam nõ eſt, & à
ſpiritu ſchiſmaticæ prauitatis alienus,ab epiſcopali,quam quoquo modo adeptus eſt,non re-
pellamus dignitate,ita vt & ipſe libello ad nos ædito catholicum ſe eſſe manifeſtet.

4 De Aggaro & Tyberiano,quorum à cæteris,qui ex laicis ordinati ſunt,in hoc cauſa di-
uerſa eſt,quod eorum ordinationi atroces tumultus,& ſæuæ ſeditiones memorantur eſſe fa-
mulatæ,veſtro iudicio cuncta commiſimus,vt relata habiti apud vos examinis fide, quid de
ſupradictis ſtatuendum ſit,ſcire poſſimus.

5 Illæ autem famulæ dei,quę integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdidere,laudа-
biliores erunt in humilitate ac verecundia,ſi ſe incontaminatis non audeant comparare vir- M
ginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate naſcatur, & potuerit corruptione car-
nis mens in vita non pollui,minus tamen eiſdem oberit,ſi,quod potuerint animo non amit-
tere,doleant ſe vel corpore perdidiſſe. Si vero aliæ emerſerint cauſæ,quę ad ſtatum eccleſia-
rum,& ad concordiam pertineant ſacerdotum, illic ſub timore domini volumus, ventilen-
tur,& de componẽdis atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur,vt ea, quæ iux
ta eccleſiaſticum morem iuſte & rationabiliter fuerint definita, mea quoque ſententia robo-
rentur. Data quarto Idus Auguſti.

Leo

*al.prouidentiſſima 1.q.7.Donatũ aũt ſi.

1.q.1.&c.25. q.2.Si qui epiſcopi ta. Diſt.80.Illud ſane qđ ad.Ca. 6. Sardicen. concilij.

Sententialiter ponitur iſte canon 32.q.5.Illæ famulæ dei.

1.q.7.Donatũ aũt

1.q.7. Maximu quoque ex la.

32.q.5.Illæ famulæ dei.

A

LEO PAPA DE PRIVILEGIO CHOREPI-scoporum ſiue presbyterorum ad vniuerſos Germaniæ atque Galliæ eccleſiarum epiſcopos. Epiſtola.LXXXVI.

B LEo Romanæ eccleſiæ & apoſtolicæ ſedis epiſcopis vniuerſis Germaniæ, atque Gal- Cap.xiij. Damaſi papæ in epi. ad Numidiæ epiſcopos
liæ eccleſiarum epiſcopis ſalutem. Cum in dei nomine in Romana eccleſia ſy-
nodum epiſcoporum ſiue cæterorum conſacerdotum Chriſtique fidelium coadu-
natum habuiſſemus,& de ordinationibus illicitis, ſuper quibus crebrior ad nos il-
larum partium commeantium ſermo peruenerat, atque de aliis neceſſitatibus eccleſiaſticis
negotiis tractantes,ſacrosq; canones relegẽtes ſolerter egiſſemus, à multis lachrymabili vul
tu relatum eſt nobis,quòd quidam Germaniarum ac Galliarum vrbium epiſcopi frequenter
chorepiſcopos,qui iuxta canones Neocæſarienſi.vel ſecundum aliorum decreta patrum iidẽ
ſunt,qui & presbyteri vel presbyteros deſtinarent,qui abſente pontifice altaria erigerent, ba
ſilicasq; conſecrarent. Quod quidem non eſt mirum, id præcepiſſe viros eccleſiaſticæ diſci-
plinæ ignaros,quod eſt canonicæ regulæ contrarium,& ſtatim à ſeculari militia in ſacerdo-
C tale miniſterium delegatos atque promotos. Ergo ne vltra talis à vobis licentia vſurpetur,
communi ſententia ſtatuendũ oportuit,ſcientes,quia ſicut coëpiſcopo vel presbytero illicita
cõſecratio eſt altaris,ita & cõſtitutio. In diuinis enim literis,præcipiente domino, ſolus Moy
ſes in tabernaculo dei erexit altare,ſolus ipſe vnxit,qui vtique ſummus ſacerdos dei erat, ſi- Nume.7.a Pſal.98
cut ſcriptum eſt de eo,Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Ideoq; id,quod tantum facere
principibus ſacerdotum iuſſum eſt,quorum typum Moyſes & Aaron tenuerunt,omnino de-
cretum eſt,vt chorepiſcopi,vel presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram,arripere non
præſumant. Nam quanuis cum epiſcopis plurima illis miniſteriorum communis ſit diſpen-
ſatio,quadam tamen autoritate veteris legis, quædam nouæ etiam eccleſiaſticis regulis ſibi
prohibita nouerint, ſicut presbyterorum & diaconorum, aut virginum conſecratio, ſicut cõ
D ſtitutio altaris,ac benedictio,vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria,nec eccleſias, vel al
taria conſecrare licet,nec per impoſitiones manuum fidelibus baptizandis vel conuerſis,vel
ex hæreſi paracletum ſpiritum ſanctum tradere,nec chriſma conficere, nec chriſmate bapti-
zatorum frontes ſignare,nec publice quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare,
nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc enim omnia illicita ſunt chorepiſcopis, qui ad
exemplum & formam ſeptuaginta diſcipulorum eſſe noſcuntur,vel presbyteris,qui eandem
geſtant figuram,quoniam quanquam conſecrationem habeant,põtificatus tamen apicem nõ
habent. Quæ omnia ſolis debere ſummis põtificibus autoritate canonum præcipitur, vt per
E hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi pontificis demonſtretur. Sed neq;
coram epiſcopo licet presbyteris in baptiſterium introire,nec præſente antiſtite infantẽ tin-
gere,aut ſignare,nec pœnitentem ſine præceptione epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſen-
te,niſi illo iubente,ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti conficere, nec eo coram poſi-
to populum docere,vel benedicere aut ſalutare,nec plebem vtique exhortari.

Ex fine huius epiſtolæ argumentum ſumitur,quòd non ſit
plena,ſed fragmentum duntaxat.

F

EPISTOLA OCTVAGESIMASEPTIMA EIVS-dem ad epiſcopos per Viennenſem prouinciam conſtitutos.

DIlectiſſimis fratribus vniuerſis epiſcopis per Viennenſem prouinciam conſtitutis Diſtin.19. Ita domin⁹ noſter Ieſus
Leo. Diuinæ cultum religionis,quem in omnes gentes,omnesq; nationes,dei voluit
gratia coruſcare, ita dominus noſter Ieſus Chriſtus humani generis ſaluator inſti-
tuit,vt veritas,quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur,per apoſtolicam tubã
in ſalutem vniuerſitatis exiret,ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in Pſal.19
fines

Universidad de Deusto
Biblioteca

fines orbis terræ verba eorũ. Sed huius muneris ſacramentũ, ita dominus ad omnium apoſto- G
lorum officiũ pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro, apoſtolorũ omniũ ſummo principaliter
collocaret, vt ab ipſo, quaſi quodã capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exor-
tem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hũc enim
in conſortium indiuiduæ vnitatis aſſumptũ, id quod ipſe erat, voluit nominari, dicendo: Tu
Matth.16.c es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, vt æterni ædificatio templi, mirabi-
li munere gratiæ dei in Petri ſoliditate cõſiſteret, hac eccleſiam ſua firmitate corroborans, vt
illam, nec humana temeritas poſſet appetere, nec portæ cõtra illam inferi prævalerẽt. Verum
hanc Petre iſtius ſacratiſſimã firmitatem, deo (vt diximus) ædificante conſtructã, nimis impia
vult præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus H
ſuis, & id, quod accepit à veteribus, non ſequendo, cum nulli ſe ſubditum legi, nullis inſtitu-
tionis dominicæ credit regulis contineri, à veſtro, noſtroq; per nouæ vſurpationis ambitum
more deſciſcens, præſumendo illicita, & quæ cuſtodire debuit, negligendo. Verũ hæc nos, deo
(vt credimus) aſpirante, ſeruata circa vos noſtræ charitatis gratia, quam ſanctitati veſtr̃e apo
ſtolica ſemper ſedes (vt meminiſtis) impendit, nitimur conſilio maturiore corrigere, & ve-
ſtrarum eccleſiarum ſtatum, cõmunicato vobiſcum labore, cõponere, non noua inſtituentes,
ſed vetera renouantes, vt in ſtatus conſuetudine, quæ nobis à noſtris patribus eſt tradita, per-
duremus & deo noſtro per boni operis miniſterium, remotis perturbationum ſcandalis, pla-
ceamus. Nobiſcum itaque veſtra fraternitas recognoſcat, apoſtolicam ſedem, pro ſui reuerẽ- I
tia, à veſtræ etiam prouinciæ ſacerdotibus innumeris relationibus eſſe conſultam, & pro di-
uerſarum (quemadmodum vetus conſuetudo poſcebat) appellatione cauſarum, aut retracta,
aut confirmata, fuiſſe iudicia, adeo vt ſeruata vnitate ſpiritus in vinculo pacis, commeantibus
hincinde literis, quod ſancte agebatur, perpetuæ proficeret charitati. Quam ſollicitudo
noſtra non ſua quærens, ſed quæ ſunt Chriſti dignitatem diuinitus datam, nec eccleſiis, nec
eccleſiarum ſacerdotibus arrogabat. Sed hunc tramitem ſemper inter maiores noſtros, &
bene tentum, & ſalubriter conſtitutum, Hilarius eccleſiarum ſtatum, & concordiam ſacer-
dotum nouis præſumptionibus turbaturus exceſſit, iterum ſuæ vos cupiens ſubdere poteſta-
ti, vt ſe beato Apoſtolo Petro non patiatur eſſe ſubiectum, ordinationes ſibi omnium per Gal K
Ibidem.i lias eccleſiarum vendicans, & debitam metropolitanis ſacerdotibus in ſuum ius transferens
Ioan.21.c dignitatem, ipſius quoque beatiſſimi Petri reuerentiam, verbis arrogantioribus minuendo,
cui cum præ cæteris ſoluendi & ligandi tradita ſit poteſtas, paſcendarum tamen ouium cu-
ra ſpecialius mandata eſt. Cui quiſquis principatum æſtimat denegandum, illius quidem nul
lo modo poteſt minuere dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ ſuæ ſemetipſum in inferna
demergit. Quæ igitur apud nos in cauſa Celidonij epiſcopi geſta confecta ſint, & quæ Hila-
rius dixerit, dum cum eodem, præſente ſupradicto epiſcopo, audiretur, inditus chartis rerũ
ordo demonſtrat. Vbi poſtquam Hilarius rationabile, quod in ſanctorum concilio ſacerdo-
tum poſſet reſpondere, non habuit, ad ea ſe occulta cordis ipſius tranſtulerunt, quæ nullus L
laicorum dicere, nullus ſacerdotum poſſet audire. Doluimus (fateor) fratres, & hunc eius
mentis tumorem medelis patientiæ noſtræ curare tentauimus. Nolebamus etenim ea illi ex-
acerbare vulnera, quæ ſuæ animæ, inſolentibus ſubinde ſermonibus, infligebat, & quem ſu-
ſceperamus vt fratrem, delinire magis ipſum (quanuis ipſe ſe ſuis reſponſionibus implica-
ret) quam contriſtare interlocutionibus, nitebamur. Abſolutus eſt Celidonius epiſcopus, quo-
niam ſe iniuſte ſacerdotio fuiſſe deiectum, manifeſta teſtium reſponſione ipſo etiam præſen-
te, monſtrauerat, ita vt, quod Hilarius nobiſcum reſidens poſſet opponere, non haberet. Re-
motum eſt ergo iudicium, quod prolatum in hac ſententia legebatur, quod tanquam vi-
duæ maritus ſacerdotium tenere non poſſet. Quod nos quidem, ſeruantes legalia conſtituta, M
ſolicitius voluimus cuſtodiri, non ſolum circa ſacerdotes, ſed circa clericos quoque mino-
ris officij, ne ad ſacram militiam hi permittantur accedere, quibus ſit tale coniugium, vt cõ-
tra apoſtolicam diſciplinam non vnius tantum vxoris viri fuiſſe monſtrentur. Sed ſicut
eos, quod factum ſuum non poteſt excuſare, aut non amittendos, aut ſi fuerint, decernimus
remouendos, ita quibus hoc falſum obiicitur, ab ea, neceſſe eſt, examinatione purgemus, &
ſuum officium perdere non ſinamus. Manſiſſet nanque in illum prolata ſententia, ſi obiecto-
rum veritas extitiſſet. Redditus itaque eſt eccleſiæ ſuæ, & huic, quam amittere non de-
buit, dignitati coëpiſcopus noſter Celidonius, ſicut geſtorum ſeries, & poſt decurſam co-
gnitionem ſententia, quæ à nobis eſt prolata, teſtatur. Huic negotio ſic finito fratris &

coëpiſcopi

A coëpiſcopi noſtri Proiecti, querela ſucceſſit. Cuius ad nos literæ lachrymabiles, & dolendæ de
ſuperordinato ſibi epiſcopo ſunt directæ. Epiſtola quoq; ingeſta eſt ciuium, ipſius & numero-
ſa ſubſcriptione ſingulorum firmata, inuidioſiſſimis contra Hilariũ plena querimoniis, quod
Proiecto epiſcopo ſuo ægrotare liberũ non fuiſſet, eiusq; ſacerdotium in alium præter ſuam
notitiam eſſe tranſlatũ, & tanquã in vacuam poſſeſſionẽ ab Hilario peruerſore hæredem viuẽ
tis inductum. Quid hic fraternitas veſtra ſentiat, cuperemus audire, quanquã de veſtris ani-
mis noſtra nõ debeat ſententia dubitare, cum fratrem in lectulo cõſtitutum, nõ tam infirmi-
tate corporis aggrauari, quàm alio videatis dolore torqueri. Quę ſpes illi de vita relinquitur,
cui de ſacerdotio ſuo, dũ illi alter ſubſtituitur, irrogatur deſperatio? Apparet ergo, quàm mitis
B ſit corde Hilarius, qui obeſſe præſumptioni ſuæ fraternæ mortis credidit tarditatem. Quantũ
enim in ſe fuit, illi ſubtraxit lucem, abſtulit vitã, qui hunc dolorem, in locum eius alterũ ſub-
rogando, ne ad ſalutem illi recurſus eſſet, iniecit. Eſto vt breuis fratri euenerit humanæ con-
ditionis conſueta migratio, quid ſibi Hilarius quærit in aliena prouincia, & id quod nulla de-
ceſſorum ipſius, aut Patroclus habuerit, cur vſurpat, cum & ipſum, quod Patroclo à ſede apo-
ſtolica temporaliter videbatur eſſe conceſſum, poſtmodum ſit ſententia meliore ſublatũ? Ex-
pectarentur certe vota ciuium, teſtimonia populorum, quereretur honoratorũ arbitriũ, ele-
ctio clericorum, quæ in ſacerdotũ ſolent ordinationibus ab his, qui norunt patrũ regulas, cu-
ſtodiri, vt apoſtolicæ autoritatis norma in omnib⁹ ſeruaretur, qua præcipitur, vt ſacerdos ec-
C cleſiæ præfuturus, non ſolum atteſtatione fidelium, ſed etiam eorum, qui foris ſunt, teſtimo-
nio muniatur, neq; vllius ſcandali relinquatur occaſio, cum per pacem, & deo placitam con-
cordiam cõſonis omnium ſtudiis, qui doctor pacis futurus eſt, ordinatur. Sed inſperatus ne-
cordiam cõſonis omnium ſtudiis, qui doctor pacis futurus eſt, ordinatur. Sed inſperatus ne-
ſcientibus ſuperuenit, & improuiſus abſceſſit curſu (vt didicimus) celeri, itinera multa confi-
ciens, & per longinquas prouincias tanta immaturitate diſcurrens, vt videatur gloriam de
ſcurrili velocitate potius, quàm de ſacerdotali moderatione captaſſe. Hæc enim directarum
ad nos ciuium verba ſunt literarum. Ante abſceſſit, quàm eum veniſſe, noſſemus. Non eſt hoc
redire, ſed fugere, nec ſalubritatem impẽdere diligentiæ paſtoralis, ſed vim inferre latronis,
& furis, dicente domino: Qui non intrat per ianuam in cortem ouium, ſed aſcendit aliunde, Ioan.10.a
D hic fur & latro eſt. Non ergo Hilarius tam ſtuduit epiſcopũ conſecrare, quàm eum potius, qui
ægrotabat, occidere, & ipſum quem ſuperpoſuit, male ordinando decipere. Nos tamen, quod
vobis credimus, deo iudice placiturum, in cõmune cunctis fratribus conſulentes, & male or-
dinatum ſubmoueri, & epiſcopum, & Proiectum in ſuo ſacerdotio permanere debere, decre-
timus, id ſtatuentes, vt ſi quiſquã fratrum noſtrorũ in quacunq; prouincia deceſſerit, is ſibi or
dinationem vẽdicet ſacerdotis, quẽ illius prouinciæ metropolitanum eſſe conſtiterit, quia (vt
videmus) cauſæ tranſactæ ſunt, in quibus etiam multa ſunt, quæ præter rationem eccleſiaſti-
cam videantur eſſe commiſſa, & iuſti iudicij debeant expectare cenſuram. Sed nos diutius
E hic non poſſumus immorari, cum ad alia, quæ nobis cum veſtra ſanctitate conferenda ſunt,
prouocemur. Militaris manus (vt didicimus) per prouincias ſequitur ſacerdotem, & arma-
tis præſumptione ſuffultum ad inuadendas, per tumultum famulatus eccleſias, quæ proprios
amiſerint. Traduntur ordinandi ad hoc officiũ, his, quibus præficiendi ſunt, ciuitatibus igno-
ti. Vt enim notus, qui fuerit probatus, per pacem petitur, ita per vim, neceſſe eſt, qui igno-
tus adducitur, imponatur. Obteſtor & obſecro, & ſub dei vos inuocatione cõuenio, *prohibe- *al.prohi-
te, fratres, talia, & omnem diſſenſionis materiam de veſtris prouinciis *remouete. Certe nos bere
ante deum abſoluimus, qui vos ne permittatis vltra hæc fieri, conuenimus. Per pacem, & *al.remo-
quietem ſacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur. Tenеatur ſubſcriptio clericorum, hono- uere
F ratorum teſtimonium, ordinis conſenſus & plebis. Qui præfuturus eſt omnibus, ab omnibus
eligatur. Ordinationem ſibi (vt ante iam diximus) ſinguli metropolitani ſuarum prouincia-
rum, cum his qui cæteros ſacerdotij antiquitate præueniunt, reſtituto ſibi per nos iure defen-
dant. Alienum ius, alter ſibi non audeat vendicare. Suis limitibus ſuis terminis, ſit vnuſquiſ-
que contentus. Et priuilegium ſibi debitum, in alium transferre ſe poſſe, nouerit non licere.
Quod ſi quis negligẽs apoſtolicas ſanctiones, plus gratiæ tribuens perſonali, ſui honoris de-
fertor eſſe voluerit, priuilegium ſuum in alium transferre, poſſe ſe credens, non is, cui ceſſe-
rit, ſed is, qui intra prouinciam antiquitate epiſcopali cæteros præuenit, ſacerdotes ordinãdi
ſibi vendicet poteſtatem, non quæ paſſim, ſed die legitimo celebretur. Nec ſibi conſtare ſta-
tus ſui nouerit firmitatẽ, qui non die ſabbati veſpere, quod luceſcit in primam ſabbati, vel ip-
ſo dominico die fuerit ordinatus. Solũ enim maiores noſtri reſurrectionis dñicę diẽ honore

A dignum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignum iudicauere,vt ſacerdotes, qui ſumuntur,hoc die potiſſimum tribuantur. Suis vna- G
quæq; prouincia ſit contenta conſiliis,nec vltra Hilarius audeat conuentus indicere ſynoda-
les,& ſacerdotũ domini iudicia,ſe interſerẽdo, turbare,qui non tantum nouerit ſe, ab alieno
iure depulſum,ſed etiam Viennenſis prouinciæ(quã male vſurpauerat)poteſtate priuatũ. Di-
gnum eſt enim,fratres,antiquitatis ſtatuta reparari,cum is,qui ſibi ordinationem prouinciæ
indebitæ vendicabat talis in præſenti etiam probatus fuerit, vt cum ipſe frequentius teme-
rariis,& inſolentibus verbis ſententiam damnationis expeteret,ſuæ tantum ciuitatis illi ſa-
cerdotium,pro ſedis apoſtolicæ pietate,præceptio noſtra ſeruauerit. Non ergo ſit illi ordina-
tio,qui meriti ſui conſcius,cum quæreretur ad accuſandum,turpi fuga ſe credidit ſubtrahen
dum ex oris apoſtolicæ communionis,cuius particeps eſſe non meruit,deo(vt credimus)hoc H
agente,qui illum, inopinantibus nobis, & ad iudicia noſtra pertraxit,& inter examinationes
habitas,ne communionis noſtræ conſors fieret, vt abſcederet latenter, effecit. Nulli Chri-
ſtianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium ſacerdotis,
quod in magni reatus vltionem inuitus,& dolens quodammodo debet inferre animus vin-
dicantis. Cognouimus enim, pro commiſſis,& leuibus verbis quoſdam à gratia communio-
nis excluſos, & animam, pro qua Chriſti ſanguis effuſus eſt, irrogatione tam ſæui ſupplicij
ſauciatam, & inermem quodammodo,exutamq; omni munimine, diabolicis incurſibus, vt
facile caperetur,obiectam. Certe ſi quando cauſa talis emerſerit, vt pro commiſſi criminis
qualitate aliquem iuſte faciat communione priuari,is tantum pœnæ ſubdendus eſt,quem rea- I
tus inuoluit,nec particeps debet eſſe ſupplicij, qui conſors non docetur commiſſi. Sed quid
mirum eum in laicos talem exiſtere, qui ſoleat de ſacerdotum damnatione gaudere. Vnde
quia noſtra longe alia videtur intẽtio(nam omnium eccleſiarum ſtatum, & concordiam cu-
ſtodiri cupimus ſacerdotum)ad vnitatem vos vinculo charitatis hortantes,& obteſtamur,&
affectione congrua cõmonemus,vt ea,quæ à nobis,deo inſpirante,& beatiſſimo Petro apoſto
lo diſcuſſis,probatisq; nunc omnibus cauſis,decreta ſunt,pro veſtra pace,& dignitate ſeruetis
certi,non tam noſtro honori proficere,quòd talia ſtatuiſſe cognoſcimur. Nõ enim nobis or-
dinationes veſtrarum prouinciarum defendimus,quod poteſt forſitan, ad depraũandos ve-
ſtræ ſanctitatis animos,Hilarius pro ſuo more mentiri, ſed propter veſtram ſolicitudinem K
vindicamus,ne quid vlterius liceat nouitati,nec præſumptori locus vltra iam pateat, priui-
legia noſtra caſſandi. Noſtræ enim gratulationi hoc ſolum creſcere profitemur, ſi apoſtolicæ
ſedis diligentia apud vos illibata ſeruetur, & per ſacerdotalis diſciplinæ cuſtodiam honori
veſtro perire,quod ſuum eſt,pro nouis vſurpationibus,non ſinamus. Et quoniam honoranda
eſt ſemper antiquitas,fratrem,& coëpiſcopum noſtrum Leontium probabilem ſacerdotem,
hac(ſi vobis placet)dignitate volumus decorari,vt præter eius conſenſum alterius prouinciæ
non indicatur à veſtra ſanctitate concilium,& à vobis omnibus,quemadmodum vetuſtas e-
ius,& probitas exigit,honoretur,metropolitanis priuilegij ſui dignitate ſeruata. Aequum eſt
enim,nec vlli de fratribus fieri videtur iniuria,ſi his,qui vetuſtate præcedunt, pro ætatis ſuæ L
merito in ſuis prouinciis à ſacerdotibus cæteris deferatur. Deus vos incolumes cuſtodiat,
fratres mei.

EPISTOLA OCTVAGESIMAOCTAVA EIVSdem ad Rauennium Arelatenſem archiepiſcopum.

DOmino fratri Rauennio,Leo. Prouectionem dilectionis tuæ,quæ ſummi ſacerdo- M
tij adepta eſt dignitatem,ita nobis placere cognoſce,vt non ſolum tibi, de honoris
augmento,ſed etiam Arelatenſi eccleſiæ,cui te dominus præpoſuit,gaudeamus. Ad
omnium enim fidelium decus,atque vtilitatem redundat, cum talis habetur antiſtes, cuius
plurimi & adiuuentur præſidio,& incitentur exemplo. Vnde,quia non ignoras,quid de ſyn-
ceritate animi tui ſecundum præſentem notitiam ſenſerimus, iuſtiſſime nos agnoſcitis exi-
gere,vt quod præſumimus,hoc probemus, frater chariſſime. Modeſtiæ igitur tuæ non auto-
ritas conſtantiam,ſed manſuetudo commendet,iuſtitiam lenitas temperet, patientia conti-
1.Timo.1.b neat libertatem,& declinata ſuperbia, cui proximum eſt vt decidat, ametur humilitas, cui
ſemper debetur vt creſcat,Eccleſiaſticarum legum non ignara eſt dilectio tua, vt intra earũ
regulas,

A regulas,atque menſuras omnis poteſtatis tuæ iura contineas. Iuſto tamen dicitur lex non eſſe poſita,quia normam præceptionis implet iudicio voluntatis,cum verus recti amor in ſemetipſo habeat,& apoſtolicas autoritates,& canonicas ſanctiones. Quarum deuotus ſectator, & diligens executor in eorum proculdubio conſortio gloriaberis, qui de creditorum ſibi profectibus talentorum audire meruerunt. Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fi- Matth.25.c & Luc.19.c
delis,ſupra multa te cõſtituam,intra in gaudium domini tui. Vt autem fiduciam dilectionis erga te noſtræ habere non dubites, ſæpius nos de proceſſu actuum tuorum facias certiores, quoniam iudicij noſtri memores, cupimus ſemper de tuis profectibus in domino gloriari. Deus te incolumẽ cuſtodiat,frater chariſſime.

B

EPISTOLA OCTVAGESIMANONA EIVSdem ad Theodorum Foroiulien.epiſcopum,vt his,qui in exitu ſunt,pœnitentia,& communio non negentur.

C IEo Theodoro epiſcopo Foroiulienſi ſalutem. Solicitudinis quidem tuæ is ordo eſſe debuerat,vt cum metropolitano tuo primitus de eo,quod quærendum videbatur eſſe, conferres, ac ſi id,quod ignorabat dilectio tua, etiam ipſe neſciret,inſtrũi vos pariter poſceretis, quia in cauſis, quæ ad generalem obſeruantiam pertinent, omnium domini ſacerdotum ſine primatibus nihil oportet inquiri. Sed,vt quoquomodo inſtruatur ambiguitas conſulentis, quid de pœnitentium ſtatu eccleſiaſtica habeat regula non De pœ.di.1. Multiplex.
tacebo. Multiplex miſericordia dei ita lapſibus ſubuenit humanis, vt non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui regenerationis donum violaſſent,proprio ſe iudicio condemnantes, ad remiſſionem, criminum peruenirent,ſic diuinæ bonitatis præſidiis ordinatis,vt indulgentia dei, niſi ſupplicationibus ſacerdotum nequeat obtineri. Mediator enim dei, & hominum*homo Chriſtus Ieſus, hanc *al.domin⁹
D præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus ſatisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem ſacramẽtorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtique operi inceſſabiliter ipſe ſaluator interuenit,nec vnquam ab his abeſt,*quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit,dicens: Ecce ego vobiſcum ſum *al.quib⁹ dicit in euangelio. Matth.28.d
omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, vt ſi quid per ſeruitutem noſtram bono ordine, & grato impletur effectu, non ambigamus per ſpiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorũ,pro quibus domino ſupplicamus, quocunq; interceptus obſtaculo, De pœ.di.1. Multiplex.
à munere indulgentiæ præſentis*exciderit,& priuſquam ad conſtituta remedia perueniat,tẽporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore,nõ receperit, cõſequi, exutus carne,nõ poterit. Nec neceſſe eſt nobis,eorum,qui ſic obierint,merita,actuſq; diſcute- *al.exceſſerit.
E re,cum dominus deus noſter,cuius iudicia nequeunt comprehendi, quod ſacerdotale miniſterium implere non potuit,ſuæ iuſtitiæ reſeruauerit,ita poteſtatem ſuã timeri volens, vt hic terror omnibus proſit,& quod quibuſdã tepidis,aut negligentibus accidit,nemo non metuat. Multum enim vtile,ac neceſſariũ eſt,vt peccatorũ reatus ante vltimum diẽ ſacerdotali ſup- De pœ.di.1. Multiplex. Et.26.q.6 His qui tpe. Ezech.33.d Eſaiæ.43.d
plicatione ſoluatur. His autẽ,qui in tempore neceſſitatis,& in periculi vrgentis inſtãtia,præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio denegãda,quia miſericordiæ dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venire moras converſio, dicente ſpiritu dei per prophe- *al.tu prior Pſal.129
F tam: Cum conuerſus ingemueris,tunc ſaluuseris. Et alibi: Dic*tu iniquitates tuas,vt iuſtificeris. Et iterum: Quia apud dominũ miſericordia eſt,& copioſa apud eum redemptio. In diſpẽſandis itaq; dei donis non debemus eſſe difficiles, nec accuſantium ſe lachrymas, gemitusq; negligere, cum ipſam*pœnitentiã ex dei credamus inſpiratione conceptam, dicẽte Apoſto- *al. pœnitẽ diaffectionẽ 2.Tim.2.d
lo: Ne forte det illis deus pœnitentiam, vt reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius voluntatem: Vnde oportet, vnumquẽq; Chriſtianum conſcientiæ ſuæ habere iudicium,ne converti ad deum de die in diem differat, nec ſatisfactionis ſibi tempus in fine vicium,ne conuerti ad deum de die in diem differat, nec ſatisfactionis ſibi tempus in fine vitæ ſuæ conſtituat,quem periculoſe ignorantia humana concludit, vt ad paucarum horarum ſpacium ſe reſeruet incertum, & cum poſſit pleniore ſatisfactione indulgentiam promereri, illius temporis anguſtias eligat, quo vix inueniat ſpacium vel confeſſio pœnitentis, vel re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

*al. Ita ergo necessitati talium. De præ. di. 1 Multiplex.

conciliatio sacerdotis.* Verum(vt dixi) etiam talium necessitati ita auxiliandum est, vt nec G actio illis pœnitentiæ,nec cõmunionis gratia denegetur,si*ea,etiam amisso eis vocis officio, per*indicium integri sensus quærere comprobentur. Quod si aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati,vt quod pauloante poscebant,sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circunstantium prodeisse debebunt,vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficiũ consequantur,seruata tamen regula canonũ paternorum circa eorum personas,qui in deum,à fide discedendo,peccarunt.Hæc autẽ,frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ ideo respondi,ne aliquid contrarium sub ignorantiæ excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facies peruenire,vt si qui forte sunt fratrum,qui de his antea putauerant ambigendum,per ipsum de omnibus,quæ ad te scripta sunt,instruantur. H

*al.sea *al.indicia. 26.q.6. His qui tẽpore nec

EPISTOLA NONAGESIMA EIVSDEM ad Rusticum Narbonensem episcopum.

TITVLI CAPITVLORVM SEquentis epistolæ.

Quod non habeantur episcopi,quos nec clerus elegit,nec populus exquisiuit,nec prouinciales episcopi cõsecrarunt.Si qui tamen clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur,rata potest talis ordinatio existere. I

Quod presbyteri,aut diaconi,si in aliquo crimine detecti fuerint,nõ possint per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi. II

Quod diaconi sicut episcopus, & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. III

Quod aliud sit uxor, aliud concubina, Nec erret,quisquis filiam suam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam. IIII

Quod non sit coniugij duplicatio,quando,ancilla relicta,uxor assumitur. V

De his,qui communione priuantur, & ita moriuntur. VI K

De his,qui pœnitentiam agere differunt. VII

Quod oporteat,eum,qui pro illicitis ueniam poscit,etiam à licitis abstinere. VIII

Quod pœnitenti nulla negotiationis lucra exercere conueniat. IX

Quod ad militiam secularem post pœntentiam redire non debeant. X

Quod adolescens,si,urgente quocunque periculo,pœnitentiam gessit,& non se continet,uxoris potest remedio sustineri. XI

Quod si quis propositum monachi deseruerit,publice sit pœnitentiæ satisfactione purgãdus. XII

Quod puellæ,quæ non coactæ,sed uoluntate propria,uirginitatis propositum susceperunt,peccant,si nupserint,licet nondum fuerint consecratæ. XIII L

De his,quæ iam consecratæ sunt,si nupserint. XIIII

De his,de quibus dubium est,utrum baptisma perceperint,necesse est,ut renascantur. XV

Quod eos,qui se baptizatos agnoscunt,sed in qua fidei professione nesciunt, per manus impositionem susciantur. XVI

De his,qui conuiuio gentium,& escis immolatitiis usi sunt. XVII

*al.Subditis respõsionibus,& ad eiusdẽ cõsulta rescriptis epistolas. *al.cõcepta

LEo episcopus,Rustico Narbonensi episcopo.*Epistolas fraternitatis tuæ, quas Hermes archidiaconus tuus detulit,libenter accepi,diuersarum quidem causarũ connexione multiplices,sed nõ ita patietiæ legentis onerosas,vt aliquid earũ inter cõ- M currentes vndiq; solicitudines fuerit prætermissum.Vnde totius sermonis tui allegatione*comperta,& gestis,quæ in episcoporũ,honoratorũq; examine confecta sunt, recensitis,Sauiniano,& Leoni presbyteris actionis suæ intelleximus fiduciam defuisse,nec eis iustã superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subduxerint. Circa quos quam formã,quamve mensurã debeas tenere iustitiæ,tuo relinquo moderamini,suadens tamen charitatis hortatu,vt sanandis ægris spiritualẽ adhibere debeas medicinã,& dicẽte scriptura,noli esse nimiũ iustus,mitius agas cũ eis, qui impudicitiæ zelo vidẽtur modũ excessisse vindictæ,ne diabolus,qui decepit adulteros,de adulterij exultet vltoribus.Miror autem,dilectionem tuã in tantũ,scandalorũ quacunq; occasione nascentiũ aduersitate turbari, vt vacationem

Ecclc.7.c

A tionem ab episcopatus laborib⁹ optare te dicas,& male in silentio,atq; otio vitã degere,quàm in his,quæ tibi commissa sunt,permanere. Dicente vero domino,Beatus, qui perseuerauerit vsq; in finem,vnde beata erit perseuerantia,nisi de virtute patientiæ?Nam,secundũ apostolicam prædicationẽ,omnis,qui voluerit pie viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patietur.Quæ non in eo tantũ computanda est,quòd contra Christianã pietatẽ aut ferro,aut ignibus agitur, aut quibuscunq; suppliciis,cum persecutionũ sæuitiam suppleant, & dissimilitudines morũ, & cõtumaciæ inobedientium,& malignarum tela linguarũ,quibus conflictationibus,cũ omnia semper ecclesiæ membra pulsentur,& nulla piorũ portio hic à tentatione sit libera, ita vt periculis nec otia careant,nec labores,quis inter fluctus maris nauem diriget, si gubernator B abscedat?Quis ab insidiis luporũ oues custodiet,si pastoris cura nõ vigilet?Quis deniq; latronibus obsistet,& furibus,si speculatorem in prospectu explorationis locatum,ab intẽtione solicitudinis amor quietis abducat?Permanendum ergo in opere est credito,& in labore susceptо.Constanter tenenda est iustitia,& benigne præstanda clementia, Odio habeantur peccata,nõ homines.Nunc corripiantur timidi,nunc tolerentur infirmi,& quod in peccatis seuerius castigari necesse est,non sæuientis plectatur animo,sed medẽtis.At si vehementior tribulatio incubuerit,nõ ita expauescamus,quasi illi aduersitati propriis sit viribus resistendũ,cum & consilium nostrũ,& fortitudo nostra sit Christus,vt sine quo nihil possumus,per ipsum cũcta possimus,qui cõfirmans prędicatores euãgelij,& sacramẽtorũ ministros.Ecce ego,inquit C vobiscũ sum,vsq; ad consummationẽ seculi.Et iterum:Hęc,inquit, loquutus sum vobis,vt in me pacem habeatis,in mundo autẽ tribulationẽ habebitis. Sed bono animo estote, quia ego vici mundum.Quę pollicitationes,quia sine dubitatione manifestę sunt,nullis debemus scãdalis infirmari,ne electioni dei videamur ingrati,cuius tam potẽtia sunt adiutoria,quàm vera promissa.De consultationibus autem dilectionis tuæ,quas separatim conscriptas,archidiaconus tuus detulit,quid sentiendum sit,inter præsentes opportunius quæreretur, si nobis tui conspectus copia proueniret.Nam cum quædam*interrogationes modũ videantur excedere,intelligo eas colloquiis aptiores esse,quàm scriptis.Quia sicut quædam sunt,quæ nulla pos- D sunt ratione conuelli,ita multa sunt,quæ aut pro consideratione ætatum,aut pro necessitudine rerum oporteat temperari,illa semper conditione seruata,vt in his,quę vel dubia fuerint, aut obscura,id nouerimus sequendum,quod nec præceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

Matt.10.c &.24.a 2.Tim.3.c

Ioan.10.b

Distin.86 Odio habeantur pctã.

Ioan.15.a Mat.28.d Ioan.16.g

*al.interrogationis Di.14.c.Sicut quædã.

INCIPIVNT AD INQVISITIONEM eiusdem episcopi subiecta responsa.

E *Quod non habeantur episcopi,quos nec clerus elegit,nec populus exquisiuit, nec prouinciales episcopi consecrarunt,&c.*

CAPITVLVM PRIMVM.

NVlla ratio sinit,vt inter episcopos habeantur,qui nec à clericis sunt electi,nec à plebibus expetiti,nec à prouincialiabus episcopis cum metropolitani iudicio cõsecrati.Vnde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum,quod non docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici, ab istis F pseudoepiscopis,in eis ecclesiis ordinati sunt,*quæ ad proprios episcopos pertinebant,& ordinatio eorum cum consensu,& iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis ecclesiis perseuerent.Aliter autem vana est habẽda ordinatio,quæ nec loco fundata est, nec autoritate munita.

Di.62.Nulla ratio.

1.q.1.Si qui à pseudoepiscopis. *al.qui

2 Alienũ est à consuetudine ecclesiastica,vt qui in presbyterali honore,aut in diaconij gradu fuerint cõsecrati,pro crimine aliquo suo per manus impositionẽ remedium accipiãt pœnitendi,quod sine dubio ex apostolica traditione descẽdit,secundũ quod scriptũ est:Sacerdos si peccauerit,quis orabit pro eo.Vnde huiusmodi lapsis,ad promerendã misericordiã dei,prius peccauerit,quis orabit pro eo.Vnde huiusmodi lapsis,ad promerendã misericordiã dei,pri uata est expetenda*secessio,vbi illis satisfactio,si fuerit digna,fit etiam fructuosa.

Di.50.Alienũ est à cõ.

1.Reg.2.e al.cõcessio,' vel successio

3 Lex continentiæ eadem est ministris altaris,quæ episcopis, atque presbyteris. Qui,cum essent laici,siue lectores,licite & vxores ducere,& filios creare potuerũt.Sed cũ ad prędictos

Di.31.Lex cõtinentiæ. Et i de. Iuonis lib.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peruenerint gradus,cœpit eis non licere,quod licuit.Vnde,vt de carnali fiat ſpirituale coniu- G
gium,oportet,eos nec dimittere vxores,& quaſi non habeant,ſic habere,quod & ſalua ſit cha
ritas*coniugiorum,& ceſſent opera nuptiarum.

*al.connubiorum

4 Non omnis mulier,iuncta viro,vxor eſt viri,quia nec omnis filius hæres eſt patris. Nu
ptiarum autem fœdera inter ingenuos ſunt legitima,& inter æquales & multo prius,(hoc ip
ſum domino conſtituente)quàm initium Romani iuris exiſteret.Itaque aliud eſt vxor, aliud
concubina,ſicut aliud ancilla,aliud libera.Propter quod etiam Apoſtolus ad manifeſtandam
harum perſonarum diſcretionẽ,teſtimonium ponit ex Geneſi,vbi dicitur Abrahæ: Eiice an
cillam,& filium eius.Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.Vnde cum ſocie
tas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit,vt,præter ſexuum cõiunctionem, haberet in ſe Chri H
ſti,& eccleſiæ ſacramentũ,dubium non eſt,eam mulierẽ non pertinere ad matrimonium, in
qua non docetur nuptiale fuiſſe myſteriũ.Igitur cuiuſlibet loci clericus,ſi filiam ſuã viro ha
benti concubinã in matrimonium dederit,non ita accipiendum eſt,quaſi coniugato eam de
derit,niſi forte illa mulier & ingenua facta,& dotata legitime, & publicis nuptiis honeſtata vi
deatur.Paterno arbitrio viris iunctæ carent culpa,ſi mulieres,quæ à viris habebantur,in ma
trimonio non fuerunt,quia aliud eſt nupta,aliud concubina.

Gen.2.d. & 21.b Gala.4.d Gene.21.b 27.q.2.Cũ ſocietas. Et in de. Iuo.lib.6 Ephe.5.g

32.q.2.Ancillam à thoro.

5 Ancillam à thoro abiicere,& vxorem certe ingenuitatis accipere,non duplicatio coniu
gij,ſed profectus eſt honeſtatis. Culpanda eſt ſane talium negligentia,ſed nõ penitus deſpe
randa,vt crebris cohortationibus incitati,quod neceſſariæ expetierunt, fideliter & exequan- I
tur.Nemo enim deſperandus eſt,dum in hoc corpore cõſtituitur,quia nõnunquam, quod dif
fidentia ætatis differtur,conſilio maturiore perficitur.

De pœ.di.7 Nemodeſp. 34.q.2. De cõmunione

6 Horum cauſa dei iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu fuit, vt talium obitus*vſque ad
communionis remedium differretur.Nos autem,quibus viuentibus non communicauimus,
mortuis communicare non poſſumus.

*al.nõ vſq.

De pœ.di.1 Pœnia quę.

7 Diſſimulatio hæc poteſt nõ de contemptu eſſe remedij,ſed de metu grauius delinquẽdi,
Vnde pœnitentia, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur, vt quoquomodo
ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

De pœ.diſ.1 Aliud quidẽ &. 11.q.1. Aliud. 1.Cor.6.c

8 Aliud quidem eſt,debita iuſta repoſcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. K
Sed illicitorũ veniam poſtulantem,oportet,multis etiam à licitis abſtinere, dicẽte Apoſtolo:
Omnia mihi licent,ſed nõ omnia expediunt. Vnde,ſi quis pœnitẽs habeat cauſam, quam ne
gligere forte non debeat,melius expetit eccleſiaſticum,quàm forenſe iudicium.

De pœ.di.5 Qualitas lu.

9 Qualitas lucri negotiãtem aut excuſat,aut arguit,quia eſt & honeſtus quæſtus, & turpis.
Verũtamen pœnitenti vtilius eſt etiã diſpendia pati,quam periculis negotiationis obſtringi,
quia difficile eſt,inter ementis,vendentisq; cõmercium non interuenire peccatum.

De pœ.di.5 Cõtrarium. 2.Tim.2.a].

10 Contrarium eſt omnino eccleſiaſticis regulis,poſt pœnitentię actionem redire ad mili
tiam ſecularem,cũ Apoſtolus dicat:Nemo militans deo,implicat ſe negotiis ſecularib⁹. Vn
de nõ eſt liber à laqueis diaboli,qui ſe militiæ mundanæ voluerit implicare. L

11 In adoleſcentia conſtitutus,ſi,vrgente aut metu mortis,aut captiuitatis periculo, pœni
tentiam geſſit,& poſtea,timens lapſum incontinẽtiæ,iuuenilis,copulam vxoris elegit,ne cri
men fornicationis incurreret, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter coniugem nullã om
nino cognouerit.In quo tamen non regulam conſtituimus, ſed quid ſit tolerabilius æſtima
mus.Nam ſecundum veram cognitionem,nihil magis ei congruit, qui pœnitentiam geſſit,
quam caſtitas perſeuerans,& mentis & corporis.

20.q.3.Propoſitum Deute.23.d Pſal.49.115. & Eccli.5.a Ionæ.2.d al.melioris 20.q.1.Puel. *al.etiam ſi nõdũ eisgratia cõſecrationis. vbi ſup.20.q.1.Puellæ quæ nõ

12 Propoſitum monachi proprio arbitrio,aut voluntate ſuſceptum, deſeri non poteſt abſq;
peccato.Quod enim quis vouit deo,debet & reddere.Vnde,qui relicta ſingularitatis profeſ
ſione,ad militiam, vel ad nuptias deuolutus eſt, publice pœnitentiæ ſatisfactione purgandus M
eſt,quia etſi innocens militia & honeſtum poteſt eſſe coniugium,electionem tamen* melio
rem deſeruiſſe,tranſgreſſio eſt.

13 Puellæ,quæ nõ coactę parentum imperio,ſed ſpõtaneo iudicio virginitatis propoſitum,
atq; habitum ſuſceperunt,ſi poſtea nuptias eligunt,prævaricãtur*etſi conſecratio nõ acceſſit,
cuius vtiq; non fraudarentur munere,ſi in propoſito permanerent.

*al.eos De cõ.di.4. Si nulla ex. Et in de Iuo.lib.1

14 Ambigi vero non poteſt crimen magnum admitti,vbi & propoſitum deſeritur, & cõ
ſecratio violatur.Nam ſi humana facta nõ poſſunt impune calcari,quid de*eis manebit, qui
corruperint fœdera diuini ſacramenti?

15 Si nulla exiſtant indicia inter propinquos,aut familiares, nulla inter clericos, aut vici
nos,

A nos,quibus hi,de quibus quæritur,baptizati fuiſſe doceantur,agendum eſt,vt renaſcantur,ne
manifeſte pereant,in quibus quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit, vt videatur itera
tum. Qui autem poſſunt meminiſci, ꝙ ad eccleſiam veniebant cum parentibus ſuis, poſſunt
recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed ſi hoc etiam ab eorum me
moria alienum eſt,conferendum eis videtur,quod collatum eſſe,neſcitur quia non temeritas
interuenit præſumptionis,vbi eſt diligentia pietatis.

16 Hi autem,de quibus ſcripſiſti,qui ſe baptizatos ſciunt,ſed cuius fidei fuerint qui eos ba- De cõſ.diſt.
ptizauere,ſe neſcire profitentur,quolibet modo formam baptiſmatis acceperint,rebaptizan- 4.Hi de qui
di non ſunt,ſed per manus impoſitionem,inuocata virtute ſpiritus ſancti,quam ab hæreticis bus.& ĩ dec.
B accipere non potuerunt,catholicis copulandi ſunt. Iuo.lib.1

17 Qui cõuiuio ſolo gentilium,& eſcis immolatitiis vſi ſunt,poſſunt ieiuniis & manus im
poſitione purgari,vt deinceps ab idolothytis abſtinentes ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe
participes.Si autẽ aut idola adorauere,aut homicidiis,vel fornicationibus contaminati ſunt,
ad communionem eos,niſi per pœnitentiam publicam,non oportet admitti.

EPISTOLA XCI. EIVSDEM AD TVRbium Aſturicenſem epiſcopum.

C

Capitulorum epiſtolæ decretalis ſequentis tituli.

Contra Priſcillianiſtas,qui ſanctam trinitatem,non perſonis,ſed tantum nominibus diſtinguunt.	I
Aduerſus id,quod dei filium poſteriorem credunt,quàm patrem.	II
Aduerſus id,quod dicunt,ideo unigenitum dici Chriſtum,quia ſolus de uirgine natus.	III
De natali domini,quod in eo priſcillianiſtæ ieiunia celebrent.	IIII
Aduerſus id,quod aiunt,animam hominis ex diuina eſſe ſubſtantia.	V
Contra id,quod aiunt,diabolum ex ſe,uel eorum chaos,eſſe,& propriam habere naturam.	VI
Contra illud,quod nuptias,& procreationes filiorum,aſtruant eſſe peccatum.	VII
D *Contra id,quod corpora humana,diaboli dicunt eſſe figmẽta,& à dæmonibus,& in uero formari.*	VIII
Contra id,quod filios repromiſſionis ex ſpiritu ſancto,dicunt eſſe conceptos.	IX
Contra id,quod animas in cœleſtibus peccare dicunt, & ſecundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere ſortem,uel bonam,uel malam.	X
Contra id,quod fatalibus ſtellis dicunt animas hominum obligatas.	XI
Contra id,quod ſub aliis poteſtatibus partes animæ,ſub aliis corporis membra deſcribunt.	XII
Contra id,quod duodecim ſigna,quæ mathematici obſeruant,per corpus omne diſtinguunt.	XIII.& XIIII
De apocryphis eorundem Priſcillianorum.	XV
De libro Dicticiniſ.	XVI *al.Dictinij

E

BEO epiſcopus Turbio epiſcopo ſalutem. Quam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate mouearis, & quàm ſolicite dominico gregi deuotionem officij paſtoralis impendas,tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ ſcripta demonſtrant, quibus notitiæ noſtræ inſinuare curaſti,qualis in regionibus veſtris de antiquis peſtilentiæ reliquiis errorum morbus exarſerit. Nam & epiſtolæ ſermo, & commonitorij ſeries, & libelli tui textus *demonſtrat,Priſcillaniſtarum fœtidiſſimam apud vos recaluiſſe ſentinam. Nihil eſt enim ſordium in quorumq; ſenſibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit, quoniam,de omnium terrenarum opinionum luto,multiplicem ſibi *fecem commiſcuerũt, F vt ſoli totum biberent,quicquid alij ex parte guſtaſſent. Deniq; ſi vniuerſæ hæreſes, quæ ante Priſcillani tempus exortæ ſunt,diligentius retractentur,nullus pene inuenietur error,de quo non traxerit impietas iſta contagium, quæ non contenta eorum eorum recipere falſitates, qui abeuangelio Chriſti ſub Chriſti nomine deuiauerunt, tenebris etiam paganitatis immerſi ſunt, vt per magicarum artium prophana ſecreta,& mathematicorum vana mendacia,religionis fidem,morumq; rationem in poteſtate dæmonum,& effectu ſyderum collocarent.Quod ſi & credi liceat,& doceri,nec virtutibus præmiũ,nec vitiis pœna debetur,omniaq;,non ſolum humanarum legum,ſed etiam diuinarum conſtitutionum decreta ſoluentur,quia neq; de bonis neq; de malis actibus vllum poterit eſſe iudicium, ſi in vtramq; partem fatalis neceſſitas mo

*al.cloquiũ

*al.feculentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum mentis impellit,& quicquid ab hominibus agitur, non est hominum, sed astrorum. Ad G
hanc insaniam pertinet,& prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cœli signa di
stinctio,vt diuersis partibus diuersæ præsideant potestates, & creatura,quam deus ad imagi-
nem suam fecit, in tanta sit obligatione syderum, in quanta est connexione membrorum.
Gene.1.c Merito patres nostri,sub quorum temporibus hæresis hæc nephanda prorupit,per totũ mun-
dum instanter egere, vt impius furor ab vniuersa ecclesia pelleretur, quando etiam princi-
pes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt,vt autorem eius,ac plerosq; discipu-
los legum publicarum ense prosternerent.Videbant enim,omnem curam honestatis auferri,
omnem coniugiorum copulam solui,simulq; diuinum ius,humanumq; subuerti,si huiusmodi
hominibus vsquam viuere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio eccle-
siasticæ lenitatis, quæ etsi sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit vltiones, seueris ta- H
men Christianorum principum constitutionibus adiuuatur,dum ad spiritale nonnunquã re-
currunt remedium,qui timent corporale supplicium.Ex quo autem multas prouincias hosti-
*al.interclu sere lis occupauit irruptio, & executionem legum tempestates *interdixere bellorum, ex quo in-
ter sacerdotes dei difficiles commeatus,& rati cœperunt esse conuentus,inuenit ob publicam
perturbationem secreta perfidia libertatem, & ad multarum mentium subuersionem his ma
lis est incitata, quibus debuit esse correcta. Quæ vero illic aut quanta pars plebium à conta-
gione pestis huius aliena est, vbi (sicut charitas tua indicat) lætali morbo etiam quorundam I
sacerdotum corda corrupta sunt,& per quos opprimenda falsitas,& defendenda veritas cre-
debatur, per ipsos doctrinæ Priscilliani euangelium subditur Christi, vt ad prophanos sen-
sus pietate sanctorum voluminum deprauata, sub nominibus prophetarum, & apostolorum
non hoc prædicetur, quod spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia
ergo dilectio tua, fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones decem & sex
capitulis comprehendit,nos,quoque strictim omnia retractemus,ne aliquid harum blasphe-
miarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

CAPITVLVM I. K

PRIMO itaq; capitulo demonstratur,quàm impie sentiant de trinitate diuina,qui & pa
tris,& filij,& spiritus sancti,vnam,atque eandem asserũt esse personam, tanquam idem
deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur, nec alius sit, qui genuit,
alius,qui genitus est,alius,qui de vtroque processit,sed singularis vnitas in tribus quidem vo
cabulis,& non in tribus sit accipienda personis:Quod blasphemiæ genus de Sabellij opinio-
ne sumpserunt, cuius discipũli etiam Patripassiani merito nuncupantur, quia si ipse est filius,
qui & pater,crux filij patris est passio,& quicquid,in forma serui filius,patri obediendo,susti-
nuit,totum in se pater ipse suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate cõtrarium est,quæ L
trinitatem vnitatis sic homousion confitetur, vt patrem, & filium, & spiritum sanctum sine
confusione indiuisos,sine tempore sempiternos,sine differentia credat æquales,quam vnita-
tem in trinitate non ex eadem persona,sed eadem implet essentia.

2 In secundo capitulo ostenditur ineptum,vanumq; commentum, de processionibus qua-
rundam virtutum ex deo,quas habere cœperit,& quas essentia sua ipse præcesserit,in quo Ar-
rianorum quoq; suffragantur errori,dicentium,quòd pater filio prior sit,quia fuerit aliquan-
do sine filio,& tunc pater esse cœperit,quando filium genuerit.Sed sicut illos catholica eccle
sia detestatur,ita & istos qui putant,vnquam deo id,quod eiusdem est essentiæ,defuisse.Quem
sicut mutabilem,ita & proficientem,dicere nefas est.Quã enim mutatur,quod minuitur,tam M
mutatur etiam,quod augetur.

3 Tertij vero capituli sermo designat,quod iidem impij asserant, ideo vnigenitum dici fi-
lium dei, quia solus sit natus ex virgine.Quod vtiq; non auderent dicere, nisi Pauli Samosa-
teni,& Fotini virus hausissent,qui dixere,dominum nostrum Iesum Christum,antequam na-
*al.neque sceretur ex virgine Maria,nõ fuisse.Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt, *ne prin
cipium de matre dent Christo,asserant, necesse est, non vnum esse filium dei, sed alios quoq;
ex summo patre progenitos, quorum hic vnus sit natus ex fœmina, & hic ob hoc appelletur
vnigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum dei nemo susceperit. Quaqua
versum igitur se contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, si Christum domi-
num,vel ex matre volunt habere principium, vel patris dei vnigenitum diffitentur, cum &
de matre

A de matre is natus sit,qui erat deus verbum,& de patre nemo sit genitus præter verbum.

4 Quarto autem capitulo continetur,quod natalem Christi, quem secundum susceptionẽ
veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est, & habitauit in no- Ioan.1.f
bis,non vere isti honorent,sed honorare se simulent,ieiunantes eodem die sicut & die domi-
nico,qui est dies resurrectionis Christi.Quod vtiq; ideo faciunt,quia Christum dominum in
vera hominis natura natum esse non credunt,sed per quandam illusionem ostentatam vide-
ri volunt,*quasi vera non fuerit,sequentes dogma Cerdonis,atq; Marcionis,& cognatis suis *al.quia
Manichæis per omnia *concordantes.Qui sicut in nostro examine detecti,atq; conuicti sunt *al. conso-
dominicum diem, quem nobis saluatoris nostri resurrectio consecrauit, exigunt in mœrore nantes
B iciunij,soli (vt proditum est) reuerentiæ hanc continentiam deuouentes, vt per omnia sint à
nostræ fidei vnitate discordes,& dies,qui à nobis in lætitia habetur,ab illis in afflictione duca
tur.Vnde dignum est,vt inimici crucis Christi, & resurrectionis, talem accipiant sentẽtiam,
qualem elegere doctrinam.

5 Quinto autem capitulo refertur, quod animam hominis diuinæ asserant esse substantiæ,
nec à natura creatoris sui,conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex philo-
sophorum quorundam,& Manichæorum opinione manantem,catholica fides damnat,scien
nullam tam sublimem, tamq; præcipuam esse facturam, cui deus ipse natura fit. Quod enim
de seipso est,*id est,quod ipse.Nec id aliud est,quàm filius,& spiritus sanctus.Præter hanc au *al.hoc
C tatem,nihil omnium creaturarum est,quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit.Non au Psal.71.139.
tem,quicquid inter creaturas eminet, deus est,nec si quid magnum est,atq; mirabile,hoc est,
quod ille,qui facit mirabilia magna solus.Nemo hominum veritas, nemo sapientia,nemo iu
stitia est,sed multi participes sunt veritatis,& sapientiæ,atq; iustitiæ.Solus autem deus nullius
participationis dignus est.De quo quicquid digne vtcunq; sentitur,non qualitas est,sed essen
tia.Incommutabili enim nihil accedit,nihil deperit,quia esse illi,quod est sempiternum,sem
per est proprium.Vnde in se manens innouat omnia,& nihil accipit,quod ipse non dedit. Ni
mium igitur superbi,nimiumq; sunt cæci,qui cum dicant humanam animam diuinę esse sub-
D stantiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, quàm deum esse mutabilem & ipsum perpeti,
quicquid potest naturæ eius inferri.

6 Sexta annotatio indicat eos dicere,quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura e-
ius opificium dei sit,sed eum ex Chao,& tenebris emersisse,quia scilicet,nullum sui habeat au *al.nostra
torem,sed omnis mali ipse sit principium, atque substantia,cum fides *vera, quæ est catholi- *al.ea
ca, omnium creaturarum siue spiritualium,siue corporalium bonam confiteatur substantiam
& mali nullam esse naturam,quia deus,qui vniuersitatis est conditor, nihil non bonum fecit.
Vnde & diabolus bonus esset,si in eo, quod factus est,permaneret. Sed quia naturali excellen Ioan.8.f
tia male vsus est, & in veritate non stetit,non in contrariam transiit substantiam,sed à sum-
mo bono,cui debuit adhærere,desciuit, sicut ipsi qui talia asserunt, à veris in falsa prouunt,
E & naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquunt,ac pro sua voluntaria peruersitate dam-
nantur. Quod vtique in ipsis malum erit,& ipsum malum non erit substantia,sed pœna sub-
stantiæ.

7 Septimo loco sequitur,quod nuptias damnant, & procreationem nascentium perhorre-
scunt,in quo (sicut pene in omnibus) cum Manichæorum prophanitate concordant,ideo (si-
cut ipsorum mores probant) coniugalem copulam detestantes, quia non est illic & libertas
turpitudinis,vbi nec pudor matrimonij seruatur,nec spes sobolis.

8 Octauum eorum est, plasmationem humanorum corporum diaboli dicere esse figmen-
F tum,& semina conceptionum,opere dæmonum in mulierum vteris figurari. Propterea re-
surrectionem carnis non esse credendam, quia concreatio corporis non sit congruens ani-
mæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figmen-
ta sunt dæmonum,qui non in fœminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum
cordibus tales fabricantur errores.Quod immundissimũ virus,de Manichææ impietatis spe-
cialiter fonte procedens,olim fides catholica deprehendit,atq; damnauit.

9 Nona autem adnotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem na-
tos,sed ex spiritu sancto dicant esse conceptos,ne illa soboles,quæ de carnis semine nascitur,
ad dei conditionem pertinere videatur.Quod catholicæ fidei repugnans,atq; contrarium est
quæ omnem hominem in corporis animæq; *substantiam à conditore vniuersitatis formari, *al. substan-
atque tia

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; animari intra materna viscera confitetur,manente quidē illo peccati,mortalitatisq; con G
tagio,quod in prolem à primo parente transcurrit,sed regenerationis sacramento subuenien
Psalm.118 te,quo per spiritum sanctum promissionis filij renascuntur,non in vtero carnis,sed in virtute
Iob.10.b baptismatis. Vnde & Dauid,qui vtique erat promissionis filius,dicit ad deum: Manus tuæ fe-
Hiere.1.a cerunt me,& plasmauerunt me. Et ad Hieremiam dominus ait. Priusquam te formarem in
vtero,noui te,& in vulua matris tuæ sanctificaui te.

10 Decimo autem capitulo referuntur asserere,animas, quæ humanis corporibus inseruntur,fuisse in corpore, & in cœlesti habitatione peccasse, atq; ob hoc à sublimibus ad inferiora delapsas,in diuersę qualitatis principes incidisse,& per aëreas,ac sidereas potestates alias duriores,alias mitiores corporibus esse inclusas sorte diuersa, & conditione dissimili, vt quic- H
quid in hac vita varie, & inæqualiter prouenit, ex præcedentibus causis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt, sed omnes eos catholica fi
*al.alio des à corpore suæ vnitatis abscidit, constanter prædicans atq; veraciter, quod animæ homi-
num,priusquā suis inspirentur corporibus,non fuere,nec ab *vllo incorporentur,nisi ab opifi
ce deo,qui & ipsarū est creator & corporū. Et quia per primi hominis præuaricationē tota hu
mani generis propago vitiata sit,neminem posse à conditione veteris hominis liberari, nisi
Gala.3.d per sacramentū baptismatis Christi,in quo nulla est discretio renatorū,dicente apostolo. Qui-
cunq; enim in Christo baptizati estis,Christum induistis. Non est Iudæus,neq; Græcus,nō est
seruus,neq; liber,nō est masculus neq; fœmina,omnes enim vnum estis in Christo Iesu. Quid I
ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis
status,& inquieta diuersitas? Ecce tot impares gratia dei facit æquales,qui inter quoslibet vitæ
huius labores,si fideles permanent,miseri esse non possunt, apostolicum illud in omni tenta-
Roma.8.g tione dicentes. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio,an angustia,an persecutio,an
fames,an nuditas,an periculum,an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te morte affici-
mur tota die,æstimati sumus,vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo,qui nos
dilexit. Et ideo ecclesia,quæ corpus est Christi,nihil de mundi inæqualitatibus metuit,quæ ni
hil de bonis corporalibus concupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum grauari,quæ patien-
tia tribulationum nouit augeri.

11 Vndecima ipsorum blasphemia est,qua fatalibus stellis & animas hominum,& corpora K
*al.obstrin opinantur *astringi,per quam amentiam,necesse est,vt *homines paganorum erroribus im-
gi *al.omnib* plicati, & fauentia sibi (vt putant) sidera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum
ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est, quoniam, qui se talibus persuasionibus
dedit,à Christi corpore totus abscessit.

12 Duodecimum inter hæc illud est,quod sub aliis potestatibus partes animæ,sub aliis cor-
poris membra describunt, & qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus
statuunt,quibus é diuerso signa siderea,quorū virtuti corpora subiiciantur,opponūt. Et in his
Coloss.2.b omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem apostolum. Videte,ne L
quis,vos decipiat,per philosophiam,& inanem fallaciam secundum traditionem hominum,
secundum elementa mundi,& non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis pleni-
Coloss.2.d tudo diuinitatis corporaliter,& estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & pote-
statis. Et iterum. Nemo vos seducat volens in humilitate,& religione angelorum,quæ non vi
dit ambulans,frustra inflatus sensu carnis suæ,non tenens caput,ex quo totum corpus per ne-
*al.cōpactū xus,& coniunctiones subministratum,& *coniunctum crescit in augmentum dei. Quid ergo
*al. cōstru- opus est in cor admittere,quod lex non docuit, quod prophetia,non cecinit, quod euangelij
ctum 1.Timo.4.a veritas non prædicauit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc operta sunt eorum
mentibus,de quibus apostolus dicit. Erit enim tempus,cum sanam doctrinam nō sustinebunt, M
sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus & à veritate quidem au-
*al.vobiscū ditum auertent,ad fabulas autem cōuertentur. Nihil itaq; *nobiscum commune habeant,qui
talia audent,vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur astruere, quod substantia
carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum incarnationis Christi
resoluunt, quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum libe-
rari.

13 Tertiodecimo loco positum est eosdem dicere, quod omne corpus scripturarum cano-
nicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia ille duodecim virtutes,
quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis iudicentur, sine

qua

A qua scientia,nullam animam posse assequi,vt in eam substantiam,de qua prodiit,reformetur.
sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia,quæ nouit veræ deitatis in-
uiolabilem,& inconuertibilem esse naturam, animam autem, siue in corpore viuentem,siue
*al.de diuſ- à corpore separatam, multis passionibus subiacere. Quæ vtiq; si *diuinæ esset essentiæ, nihil
na esset essē aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est,aliud creatura. Ille enim semper
tia *al. qđ autē idem est,& nulla varietate mutatur,hæc autem mutabilis est,etiam non mutata,*quia vt non
nō mutetur mutetur datum poterit habere,non proprium.
donatum

14 Sub quartodecimo vero capitulo,de statu corporis,sentire dicuntur,quod sub potestate syderum,atq; signorum pro terrena qualitate teneatur, & ideo multa in sanctis libris,quæ ad
B exteriorem hominem pertineant,reperiri,vt in ipsis scripturis inter diuinam, terrenamq; na
turam quædam sibi repugnet aduersitas,& aliud sit,quod sibi vēdicent animæ præsules,aliud,
quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, vt & anima diuinæ affirmetur esse
substantiæ,& caro credatur malæ esse naturæ, quoniam & ipsum mūdum cum elementis suis
non opus dei boni,sed conditionem mali profitentur autoris,atq; vt hæc mendaciorum suo-
rum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene diuina eloquia sensuum nefandorum
*al.immix- *immissione violarunt.
tione

15 De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur,& præsumptionem diabolicam me-
rito detestatur, quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corru-
ptissimos eorum codices,qui canonici titulantur,inuenimus. Quomodo enim decipere sim-
C plices possent,nisi venenata pocula quodam melle prælinirent ne vsquequaq; sentirentur in-
suauia, quæ essent futura mortifera. Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime
prouidendum, vt falsati codices, & à syncera veritate discordes, in nullo vsu lectionis ha-
beantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent
seminarium falsitatum,non solum interdicendæ,sed etiam penitus auferendæ sunt,atq; igni-
bus concremandæ. Quanuis enim sint in illis quædam,quæ videantur speciem habere pieta-
*al.sed tis,nunquam tamen vacua sunt venenis, *& per fabularum illecebras, hoc latenter operan-
tur,vt mirabilium narratione seductos,laqueis cuiuscunq; erroris inuoluant. Vnde si quis e-
piscoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomi-
D ne eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione cor-
rupti, hæreticum se nouerit iudicandum, quoniam, qui alium ab errore non reuocat, seip-
sum errare demonstrat.

16 Postremo autem capitulo hoc prodidit iuxta querimoniā, quod *Dicticinij tractatus, *al.dictinij
quos secundum Priscilliani dogma conscripsit,à multis cum veneratione legerentur, cum si
aliquid memoriæ *Dicticinio tribuendum putant,recuperationem eius magis debeant ama- *al.dictinio
re,quàm lapsum. Non ergo *Dicticinium,sed Priscillianum legunt,& illud probant,quod er- *al.dictiniū
rans docuit,non quod *correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catho- *al.correptus
licos censeatur,quisquis vtitur *scripturis,non ab ecclesia solum modo catholica, sed etiam *al.scriptis
à suo autore damnatis. Non sit peruersis liberum,simulare,quod fingunt,nec sub velamine no
E minis Christiani,decretorum Imperialium statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiam catho-
licam cum tanta cordis diuersitate conueniunt,vt & quos possunt,suos faciant, & legum se-
ueritatem,dum se nostros mentiuntur,effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Ma
nichæi,quorum cum istis tam fœderata sunt corda,vt solis nominibus discreti,sacrilegiis au
tem suis inueniantur vniti,quia & si vetus testamentum,quod isti se suscipere simulant. Ma
nichæi refutant, ad vnum tamen finē vtrorumq; tendit intentio, cum quod isti recipiendo
corrumpunt,illi abdicando impugnant. Inexecrabilibus autem mysteriis eorum,quæ quanto
immundiora sunt, tanto diligentius *occultantur, vnum prorsus nefas est, vna est obscœni- *al.occulū-
tas,& similis turpitudo. Quam & si eloqui erubescimus, solicitissimis tamen inquisitionibus tur
indagatam,& Manichæorum, qui comprehensi sunt confessionibus detectam, ad publicam
F fecimus peruenire notitiam,ne vllo modo possit dubium videri,quod in iudicio nostro, cui
non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas &
pars quædam senatus,ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore reser-
uatum est,sicut ea,quæ ad dilectionem tuam nunc direximus,gesta demonstrant. Quod au-
tem de Manichæorum fœdissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incæstissima con-
suetudine olim compertum,multumq; vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sen
suum pares,non possunt in sacris suis esse dissimiles. Discussis itaq; omnibus, quæ libelli se-

ries

Universidad de Deusto
Biblioteca

ries comprehendit, & à quibus commonitorij forma non discrepat, sufficienter (vt opinor) G
ostendimus,quid de his,quæ ad nos fraternitas tua retulit,censeamus,& quam non sit ferendum, si tam prophanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt, vel (vt mitius dixerim) non resistunt.Qua conscientia honorem sibi debitum vendicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant:Bestiæ irruunt, & ouium septa non claudunt. Fures insidiantur,& excubias non prætendunt.Morbi crebrescunt,& remedia nulla prospiciunt. Cum autem etiam illud addunt,vt his,qui solicitius agunt,consentire detrectent, & impietates olim toto orbe damnatas,subscriptionibus suis se anathematizare dissimulent,quid de se intelligi volunt,nisi quod de numero fratrum non sunt,sed de parte hostium.

17 In eo vero quod in extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cuiusquam catholici intelligentiam laborare,tanquam incertum sit,an descendente ad inferna Christo,ca H
ro eius requieuerit in sepulchro,quæ sicut vere & mortua est, & sepulta, ita vere est die tertia resuscitata. Hoc enim & ipse dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum
Ioan.2.d hoc,& in triduo resuscitabo illud: Vbi euangelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo
Psal.15. corporis sui. Cuius rei veritatem etiam Dauid propheta prædixerat,loquens sub persona domini saluatoris,& dicens. Insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno,nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.Quibus vtiq; ver-
*al. Christi & in sepulchro. bis manifestum est, quòd caro *domini & vere sepulta requieuit, & corruptionem non su- I
biit,quia celeriter viuificata reditu animæ resurrexit. Quod non credere satis impium est, & ad Manichæi, Priscillianiq; doctrinam pertinere non dubium est, qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri,vt incarnationis, & mortis, & resurrectionis auferant veritatem.Habeatur ergo inter vos episcopale concilium,& ad eum locum, qui omnibus opportunus sit,vicinarum prouinciarum conueniant sacerdotes,vt secundum ea,quæ ad tua consulta respondimus,plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos,qui huius hæreseos contagio polluantur, à communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum prauitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est,vt
qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra euangelium Christi, contra apostolicam K
doctrinam, contra vniuersalis ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli,vbi tales docebunt magistri? Quæ illic religio populi,quæ salus plebis, vbi contra humanam societatem pudoris sanctitas siue verecundia tollitur,coniugiorum fœdera auferuntur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, contra verum autem dei
al. veri dei cultus inter dicitur cultũ,trinitas deitatis negatur, personarũ proprietas cõfunditur,anima hominis diuina essentia prædicatur,& eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur,dei filius per id,quod ex virgine ortus,non per id,quod ex patre natus est,vnigenitus prædicatur,idemq; nec vera dei
*al.partus proles, nec verus *filius virginis asseritur, vt per falsam passionem, mortemq; non veram mendax etiam resurrectio resumptæ de sepulchro carnis habeatur? Frustra autem vtuntur L
catholico nomine,qui istis impietatibus non resistunt. Possunt hæc credere, qui possunt talia patienter audire. Dedimus itaque literas ad fratres, & coëpiscopos nostros, Terraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos, eisq; concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis autoritas, ad prædictarum prouinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale concilium Galliciæ,saltem in vno conueniant sacerdotes,quibus congregatis fratres nostri Hydacius,& Ceponius imminebunt,coniuncta cum eis instantia tua,quatenus de prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus afferatur.

M

EPISTOLA XCII. EIVSDEM AD RVSTIcum,Rauennium,Venerium,& cæteros episcopos Galliarum.

EMPLETIS per misericordiam dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium.Nam fratres mei,qui vice mea Orientali synodo præsederunt, quæ vota retulere, significo, confirmata catholica fide,& glorificata apostolicæ prædicationis triumpho, quod etiam hi, qui ad deuiandum vel

A dum vel seducti fuerant, vel impulsi, recepta veritatis luce, lætantur. Siquidem omnes domini sacerdotes in vna sententia, sancto spiritu docente, consensere. Et de sacramento dominicæ incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatæ sunt,vt in vno domino nostro vero dei & hominis filio, nec de humanitatis ambigatur natura,nec de deitatis essentia. In impios autem nephandi erroris autores, qui indignos se dei gratia iudicãtes,correctionis vti remediis noluere,qualis sit lata sententia, exemplaria, quæ misimus,edocebunt,vt agnoscat vestra dilectio,fratres charissimi,in sancto examine diuinũ non defuisse iudicium,quo & vindicta retributa est obduratis,& pax impensa correctis.Dominus vos incolumes custodiat,fratres charissimi.

B

EPISTOLA NONAGESIMATERTIA EIVSdem,ad episcopos Galliarum & Hispaniarum de pascha.

DIlectissimis fratribus vniuersis episcopis catholicis per Galliam, & Hispaniam cõstitutis, Leo. Cum in omnibus diuinorum præceptorum regulis exequendis, sa-
C cerdotalem obseruantiam oporteat esse concordem, maxime nobis principaliter prouidendum est,ne in paschalis festi die vel ignorantia, vel præsumptio peccatum diuersitatis incurrat. Vnde quia tempus sacratissimę solennitatis ita dispositos habet limites suos, vt salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari, non definit apostolicæ sedis solicitudo prospicere, ne deuotio ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Quum igitur in quibusdam ascriptionibus patrum futurum proxime pascha domini ab aliis in diem quintumdecimum Calendarum Maij,ab aliis in diem octauum Calendarum earundem inueniretur ascriptum tantum me diuersitas ista permouit, vt clementissimo principi Martiano curam de hac re animi mei panderem, vt præcipiente ipso, ab his, qui habent huius
D supputationis peritiam, diligentius illi, discussa ratione quæreretur, quo die posset veneranda solennitas rectius celebrari. Quo rescribente, octauo Calend.Maij, definitus est dies. Quia ergo studio vnitatis, & pacis malui Orientalium definitioni acquiescere,quàm in tantæ festiuitatis obseruantia dissidere, nouerit fraternitas vestra die octaua Calendarũ Maiarum ab omnibus resurrectionem dominicam celebrandam, & hoc ipsum per vos aliis esse fratribus intimandum,vt diuinæ pacis consortio, sicut vna fide iungimur, ita vna solennitate feriemur.

E

EPISTOLA NONAGESIMAQVARTA EIVSdem ad episcopos, & presbyteros intra Thraciam prouinciam constitutos.

DOMINIS fratribus merito beatissimis,in Christo venerabilibus, Samartioni,Carathoni, Desiderio episcopis, & presbyteris omnium ecclesiarum, quæ sunt intra prouinciam Thraciam constitutæ, Leo, Victorius, Eustatius episcopi. Tanta secu-
F li potestates circa sacerdotalem ordinem reuerentia prævalere, etiam hi, quos sub Imperiali nomine terris diuina potentia præesse præcepit, vt ius distringendorum negotiorum episcopis sanctis iuxta diualia constituta permiserint. Quod cum & iuris antiqui formulis & illibatis frequentius sit, & legibus confirmatum, præsenti tamen tempore à plerisque inuenimus fuisse calcatum.Nam prætermisso sacerdotali iudicio, passim ad examẽ seculare transiere.Quocirca nobis visum est, vt hanc & sacræ legis, & nostri ordinis contumeliam, & ad præsens vlciscetur plena districtio, & obseruandam formulam constitueret in futurum. Censemus itaque,vt quicunque,prætermisso sacerdote ecclesiæ suæ,ad disceptationem venerit secularium,sacris liminibus expulsus,à cœlesti arceatur altario,neque vllus post hanc definitionem,qui communi sedit arbitrio,quicquam sibi vltra præscriptum vendicare nitatur, & ita fiet,vt hi,qui ante errauere congrua emendatione se corrigant, & qui sub obseruatione clericali cœlesti probatur seruire officio,ex clero abiiciendum,si prætermisso sacerdotum iu-

B dicio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicio,secularem adierit potestatem.Quod ideo singulos,vniuersos; volumus agnoscere, vt G
quod pleno iustitiæ,& iuris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus cle
ricorum negotiis sortiatur.Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab episcopis poscat,
tum si petitioni suæ laicum viderit obuiare , ex permissu episcopi sui , in seculi moderatores
disceptatione confligat . Leo episcopus scribit. Victorius episcopus scribit . Eustatius episco-
pus scribit.

EPISTOLA NONAGESIMAQVINTA EIVS- H
dem ad Leonem Augustum.

Capitulorum sequentis epistolæ tituli.

De blasphemiis Nestorij & Eutychetis,eorumq; digno anathemate. I
Quod in una domini Iesu persona,gemina sit,deitatis,& humanitatis asserenda natura. II
De capitulis fidei,ex sanctorum patrum libris collectis. III

CAPITVLVM I. I

PROMISISSE me memini,venerabilis Imperator,in causa fidei,de qua clemen-
tiam tuam noui pie esse solicitam,pleniorem humilitatis meæ dirigendum esse ser-
monem,quem nunc (auxiliante domino) fideli occasione persoluo, vt sancto pieta-
tis tuæ studio , vtilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio . Quamuis enim sciam
Lucæ.12.f clementiam tuam humanis instructionibus non egere, & syncerissimam de abundantia spi-
ritus sancti hausisse doctrinam, officij tamen mei est,& patefacere,quod intelligis,& prædi-
care,quod credis,vt ignis ille, quem dominus veniens misit in terram, motu crebræ mode- K
rationis agitatus,sic concalescat,vt ferueat, & sic inflammetur,vt luceat. Magnas enim cali-
Ioan.1.b gines Eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est,& ab illa luce,quæ (sicut euan-
gelium loquitur) licet in tenebris,& tenebræ eam non comprehenderunt,imperitorum ocu-
los tentauit auertere . Cumq; ipsa in suam reciderit cæcitatem , nunc in discipulis recrude-
scit, quod in actore defecit . Non longo nanque temporis interuallo catholica fides, quæ est
singularis & vera , cuique nihil addi , nilue minui potest , à duobus est hostibus appetita ,
quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit , qui ecclesiæ dei duas hæreses sibimet
contrarias inferre voluerunt , vt vterque à prædicatoribus veritatis merito damnaretur,
quia insanum nimis , & sacrilegum fuit , quod varia falsitate, ambo senserunt . Anathema-
tizetur ergo Nestorius , qui beatam virginem Mariam, non dei , sed hominis , tantummo- L
do credidit genitricem esse , vt aliam personam carnis , aliam faceret deitatis . Nec vnum
Christum in verbo dei,& carne sentiret, sed separatim , atque seiunctim alterum filium dei
alterum hominis prædicaret , cum manente illa incommutabili verbi essentia , quæ ei cum
patre,& spiritu sancto intemporalis, atque coæterna est, ita tamen virginea viscera verbum
caro sit factum , vt per id, quod ineffabile est sacramentum , vno conceptu , vnóque partu,
secundum veritatem vtriusque naturæ ea virgo & ancilla domini esset & mater . Quod e-
Lucæ.1.d tiam Elizabet (sicut Lucas euangelista declarat) intellexit,& dixit : Vnde hoc mihi,vt veniat
mater domini mei ad me? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate , qui per impios
veterum hæreticorum volutatus errores , tertium Apollinaris dogma delegit , vt negata M
humanæ carnis, atque animæ veritate, totum dominum nostrum Iesum Christum vnius as-
serat esse naturæ, tanquam verbi deitas ipsa se in carnem animamq; conuerterit, & concipi,
ac nasci, nutriri, & crescere,crucifigi,ac mori,sepeliri, ac resurgere, & ascendere in cœlum,
& in patris dextera , vnde ad iudicandos viuos , & mortuos veniet , considere , diuinæ tan-
tum essentiæ fuerit , quæ nihil horum in se , sine carnis recipit veritate , quoniam natura
vnigeniti, natura est patris, natura est spiritus sancti . Simulq; impassibilis, simul est incom-
mutabilis , sempiternæ trinitatis indiuisa vnitas , & consubstantialis æqualitas. Vnde si
ab Apollinaris peruersitate , Eutychianus quisque descisceit , ne conuincatur deitatem passi-
bilem sentire, atque mortalem , & tamen verbi incarnati,id est, verbi, & carnis vnam audet
pronunciare

A pronunciare naturam,manifeste in Valentini, & Manichæi transit insaniam,& mediatorem
dei & hominum, hominem Iesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanum
in ipso corpus,sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium.Quæ impie-
tatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestatur, & aliarum assertionum sacrilegia,
concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis,non du
bium est,eam vos fidem prædicare atq; defendere, quam sancta synodus Nicæna confirma-
uit,dicens: Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, visibilium, & inuisibilium fa-
ctorem,& in vnum dominum Iesum Christum filium dei, natum de patre vnigenitum, hoc
est,de substantia patris,Deum de deo,lumen de lumine,deum verum de deo vero,natum nō
B factum,vnius substantiæ cum patre (quod Græci dicunt Homousion) per quem omnia facta
sunt,siue quæ in cœlo,siue quæ in terra.Qui propter nos,& propter nostram salutem descen-
dit de cœlo,& incarnatus est,& homo factus, passus est, & resurrexit tertia die . Ascendit ad
cœlos,inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. In qua professione
hoc euidentissime continetur,quod etiam nos de domini incarnatione confitemur,& credi-
mus,qui ad salutem humani generis reformandam,veram carnem nostræ fragilitatis nō de
cœlo secum detulit,sed in vtero virginis matris assumpsit.
2 Quicunq; ergo sunt ita obcæcati,& à lumine veritatis alieni, vt verbo dei à tempore in-
carnationis humanæ carnis denegent veritatem,ostendant, in quo sibi Christianum nomen
vsurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum
C aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne . Sicut enim negari non potest (euangeli- Ioan.1.b
sta dicente) quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ita negari non potest (bea- 2.Cor.5.d
to Paulo apostolo prædicante) quòd deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.Quæ au
tem reconciliatio esse posset , qua humano generi propitiaretur deus , nisi omnium causam
mediator dei,hominumq; susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi
qui in forma dei æqualis est patri , in forma serui particeps esset & nostri ? vt mortis vin-
culum , vnius præuaricatione contractum , vnius morte (qui solus morti nihil debuit) sol-
ueretur? Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti Christi , tam potens fuit ad priuilegium,
tam diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum Roma.5.d
D diaboli vincula retineret,quoniam sicut apostolus ait:Vbi abundauit peccatum, superabun-
dauit & gratia.Et cum sub peccati præiudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam rena-
scendi,validius factum est donum libertatis,quàm debitum seruitutis.Quam itaq; sibi in hu
ius sacramenti præsidio spem relinquunt,qui in saluatore nostro negant humani corporis ve Ephe.5.a
ritatem?Dicant,quo sacrificio reconciliati,dicant,quo sanguine sint redempti ? Quis est (vt
ait apostolus) qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem,& hostiam deo in odorem sua-
uitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit , quàm quod verus, & æternus pontifex Psalm.115.a
altari crucis,per immolationem suæ carnis imposuit? Quanuis enim multorum sanctorū in
conspectu domini preciosa mors fuerit,nullius tamē insontis occisio redemptio fuit mundi.
Acceperunt iusti,non dederunt coronas,& de fortitudine fidelium exempla nata sunt patien
E tiæ,non dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mores fuerunt,nec alterius quisquam de-
bitum suo fine persoluit , cum inter filios hominum vnus solus dominus noster Iesus Chri-
stus,qui vere erat agnus immaculatus,extiterit,in quo omnes crucifixi,omnes mortui,omnes Ioan.12.d
sepulti,omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero à terra,om-
nia traham ad meipsum. Fides enim vera iustificans impios, & creans iustos, ad humanita-
tis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem,
liberum habens per gratiam dei de potentia eius gloriari , qui contra hostem humani gene-
ris in carnis nostræ humilitate congressus , his victoriam suam tribuit , in quorum corpore
triumphauit.Licet ergo in vno domino Iesu Christo vero dei,atq; hominis filio, verbi & car
nis vna persona sit,quæ inseparabiliter,atq; indiuise cōmunes habeat actiones , intelligendæ
F tamen sunt ipsorum operum qualitates , & syncerae fidei contemplatione cernendum est, ad
quæ prouehatur humilitas carnis,& ad quæ inclinetur altitudo diuinitatis. Quid sit,quod ca Lucæ.1.c
ro sine verbo non agit,& quid sit,quod verbū sine carne nō efficit. Sine verbi enim potentia, Lucæ.2.a
nec conciperet virgo,nec pareret,& sine veritate carnis obuoluta pannis infantia nō iaceret. Matth.2.a
sine verbi potentia nō adorarent Magi puerū,stella indice declaratum,& sine veritate carnis Matt.2.b.d
non iuberetur in Aegyptū transferri puer,& ab Herodis persecutione subduci.Sine verbi po Matth.3.d
tentia non diceret vox patris missa de cœlo:Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene cō- Marci.1.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

placui, ipsum audite, & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes. Ecce agnus dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem, & sine veritate carnis non idem diceret patrem esse maiorem, cum catholica fides vtrunque suscipiat, vtrunque defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri, vnum Christum dei viui filium & hominem credit, & verbum. Quanuis itaque ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum est, nihil vnquam *inter vtramque formam, diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnius personæ fuerint totius *temporis actiones, ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus, sed, quid cuius formæ sit, ex operum qualitate *sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus maiestatis Christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro resurrexit? & *in quo post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos, arguebat: & hæsitationem cunctantium confutabat, cum diceret, palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et apostolo Thomæ, infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas, & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis. Qua vtique manifestatione corporis sui, iam hæreticorũ mendacia destruebat, vt vniuersa ecclesia Christi imbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credendum, quod apostoli susceperant prædicandum. At si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant, vnde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem dei, & hominum hominem Iesum Christum, non potest perueniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus, non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nec est redemptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, & qui (sicut prædicat beatus apostolus Paulus) cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Cum ergo vnus sit dominus Iesus Christus, & veræ deitatis, veræq; humanitatis, in ipso vna prorsus, eademq; persona sit, exaltationem tamen, qua illum (sicut doctor gentium dicit) exaltauit deus, & donauit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

In forma quippe dei æqualis erat filius patri, & inter genitorem, atque vnigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, quæ in gloriam diuinæ potestatis euecta, est in tanta vnitate, ab ipso conceptu virginis deitatis & humanitatis conserta, vt nec sine homine diuina, nec sine deo agerentur humana. Propter quod sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est deo, dicitur exaltatus, quia inseparabiliter (manente vnitate personæ) vnus, atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus dei filius, propter vnam cum patre deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quæ non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia, quæ habet pater, etiã filius habet, & quæ in forma serui à patre accepit, eadem in forma dei etiam ipse donauit.

Secundum formam enim dei ipse, & pater vnum sunt, secundum formam autem serui nõ venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius, qui misit eum.

Secundum formam dei, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso.

Secundum formam serui, tristis est anima eius vsq; ad mortem. Et idem ipse est, (sicut ait apostolus) & diues, & pauper.

Diues, quia euangel. dicente, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat

Ioan.1.d
Ioan.11.f
Matth.14.a
Marci.4.d
Ioan.14.d
Matth.16.c

*al. in vtraque forma
*al. corporis

*al. sentiamus
Ioan.19.d
Ibidem.g
*al. qui
Matth.28.a
Lucæ.24.d
Lucæ vlt.f
Ioan.20.g

Acto.4.c
1.Timo.2.b
Philip.2.a.b

Philip.2.b

Ioan.10.f
Ioan.6.d
Ioan.5.d

Matth.26.d
2.Cor.8.b
Ioan.1.a
Ioan.1.b

erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autem est eius exinanitio, quæue paupertas, nisi formæ seruilis acceptio? per quam, verbi maiestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captiuitatis nostræ resolui originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræq; naturæ, quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temposis *factum, vt multis modis significata promissio, in diu expectatum, veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se *versari, hæreticorum manifestat impietas, *cum sub specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem, & religiose existimant credi, si dicatur, in saluatore nostro, verum non esse, quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrentem, mundus sit deo reconciliatus in Christo, vt nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla possit caro saluari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ, magno (vt hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus, de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorúmque discipuli, & præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrij coronam, vel ad confessionis meruere gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenduere, consonis vbique sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis, & carnis vna sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua diuinorum voluminum portione hæretica impietas se existimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non euangelista docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, in quo verum lumen obscurent, & per omnia secula ita veritatem inuenient coruscantem, vt magnum hoc, & mirabile sacramentum, ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo, cum sanctarum literarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & syncera intelligentiæ luce perspiciat, quod in filio dei, qui se incessabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum. Vt autem pietas tua cum venerabilium patrum prædicationibus nos concordari cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subiiciendas esse sermoni. Quibus, si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies, quàm quod sancti patres nostri toto orbe docuere, nec quenquam ab illis, nisi solos impios hæreticos discrepare. His igitur, gloriosissime & venerabilis Imperator, quanta potui breuitate perstrictis, cum inspirata tibi diuinitus fide etiam nostram prædicationem vnitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab euangelica, apostolicáque doctrina, vel à catholicæ professionis symbolo discrepare, quoniam sicut docet beatus apostolus Paulus magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quid igitur tuæ vtilius est saluti, quid tuæ congruentius potestati, quàm vt paci ecclesiarum domini tua constitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis dei dona defendas, neque vlla ratione patiaris per inuidiam diaboli ministros ipsius in cuiusque sæuire perniciem, vt qui in hoc sancto temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Christo.

Coloss.2.e

*al. impletũ

*al. diuersãri
*al. cũ specie deitatis honorando
2.Cor.5.d

1.Timo.3.d

Sancti Hilarij Pictauiensis episcopi, & confessoris, in libro secundo, inter cætera. Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessa, Tu es, inquit, Christus filius dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ peruersitatum quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, dei filius natus ex virgine est, & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia conseuit, & exordia carnis instituit, vt homo factus ex virgine, naturam, in se carnis exciperet, per *quæ huius admixtionis *societas, sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret, vt quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur,

Hilarij Pictauien. episcopi lib. 2. de fide, vel de trinitate.
Matth.16.c

*al. quam vel quem
*al. societate, vel societatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita rursum in omnes ipse,per id,quod eius est,inuisibile referretur.Dei igitur imago inuisibi- G
lis,pudorem humani exordij non recusauit,& per conceptionem, partum,vagitum, & cunas
omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantæ digna-
tionis affectui rependetur? Inenarrabilis à deo originis vnus vnigenitus deus, in corpusculi
humani formam sanctæ virginis vtero insertus,accrescit.Qui omnia continet,& intra quem
& per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur, & ad cuius vocem archangeli, atque
angeli tremunt,cœlum,& terra, & omnia huius mundi resoluentur elementa, vagitu infan-
tiæ auditur.Qui inuisibilis,& incomprehensibilis est,non visu,sensu,tactuq; moderandus,cu-
nis est obuolutus.Hæc si quis indigna deo recolit,tanto se maioris beneficij obnoxium confi-
Ioan.1.b tebitur, quanto minus hæc dei conuenerint maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem H
homo factus est,sed nos eguimus, vt deus caro fieret,& habitaret in nobis,id est, assumptio-
ne carnis vnius,membra vniuersæ carnis incoleret. Humilitas eius nostra nobilitas est,con-
tumelia eius noster honor est.Quod ille est deus in carne cõsistens,hoc nos vicissim in deum
Idẽ Hila.li. 9.vt supra. Matth.10.d carne renouati.Item,in libro nono inter cætera.Nescit plane,vitam suam nescit,qui Christum
Iesum,vt verum deum,ita & verum hominem ignorat.Et eiusdem periculi res est,Christum
Iesum,vel spiritum deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebi-
tur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis. Qui au-
tem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis.
*al.non habet Hæc *al.illo ipso vel illeī ipso *Hæc verbum caro factum loquebatur,& homo Iesus Christus dominus maiestatis docebat, I
mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus,& *ipso illo inter deum, & homines me-
diatoris sacramento vtrinque vnus existens, dum ipse, ex vnitis in idipsum naturis, naturæ
vtriusque res eadem est,ita tamen,vt neutro careret in vtroque,ne forte deus esse homo,na-
scendo desineret,& homo rursus deus,manendo,non esset.Hæc itaque humanæ beatitudinis
fides vera est,deum & hominem prædicare,verbum & carnem confiteri, neque deum nesci-
re,quod homo sit,neque carnem ignorare,quod verbum sit.Item,eiusdem in eodem libro in-
Idẽ vbi sup. ter cætera. Natus igitur vnigenitus deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem tem-
porum in semetipso prouecturus in deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis
modum tenuit,vt se filium dei credi,doceret, & hominis filium prædicari, admoneret, *lo- K
*al.locutus quens,& gerens homo vniuersa,quæ dei sunt, loquens deinde, & gerens deus vniuersa, quæ
hominis sunt,ita tamen,vt in ipso illo vtriusque generis sermone,nunquam nisi cum signifi-
Idẽ vbi sup. catione & hominis loquutus,& dei sit.Item, alio loco in eodem libro inter cætera. Hinc ita-
que fallendi simplices, atque ignoranter hæreticis occasio est,vt quæ ab eo secundum homi-
nem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatem mentiantur, & quia vnus,
atque idem est,loquens omnia,quæ loquitur de semetipso, omnia eum locutum esse, conten-
dant. Nec sane negamus,totum illum, qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Ie-
sus Christus & homo, & deus & neque cum homo sit, tum primum deus, neque cum & ho-
mo, tum non etiam & deus, neque post hominem, in deo non totus homo totus deus, vnum L
atque idem necesse est dictorum sacramentum eius esse, quod generis. Et cum in eo se-
cundum tempus discernis hominem à deo, dei tum, atque hominis discerne sermonem.
Et cum deum, atque hominem in tempore confiteberis, dei, atque hominis in tempore di-
cta diiudica. Cum vero ex homine, & deo rursum totius hominis, totius etiam dei tem-
pus intelligis. Si quid aliud, ad demonstrationem eius temporis, dictum est, tempori coa-
ptato, quæ dicta sunt, vt cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo, & deus, aliud
sit post hominem, & deum totus homo, & totus deus. Non confundas temporibus, & ge-
neribus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei
in sacramento hominis necesse est, sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, a- M
*al.gerens lium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus *manens, & corporis no-
stri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ, loquutus est, non tamen omit-
tens naturæ suæ esse, quod deus est. Nam tametsi in partu, & passione, & morte naturæ
Idẽ vbi sup. nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. Et reliqua. Item, a-
lio loco in eodem libro inter cætera. Videsne, ita deum, & hominem prædicari, vt mors
homini, ideo vero carnis excitatio deputetur? Non tamen vt alius sit, qui mortuus est, &
*al.caro Idẽ vbi sup. alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim *carne Christus est mortuus, & rur-
sum Christum à mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam dei in
virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint
vtraque

A vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque
est.Item post pauca.Hæc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, vt vtriusque naturæ for-
mam,tractari in domino Iesu Christo meminissemus, quia * qui manens in forma dei, for- *al.qui manebat
mam serui suscepit,ipse diuinitatem nequaquam amisit. Item,sancti Athanasij Alexandrinæ Athan.Alexãdrino,e
ecclesiæ episcopi, & confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum. Quomodo autem epistola ad Epictetum epũ Corinthi.
vel dubitare ausi sunt,qui dicuntur Christiani, si is dominus, qui ex Maria virgine processit, *al.de*quidem de Amb.Mediolan.li.2. de fide.ca. 4.ad Gratianũ imperatorem.
*filius quidẽ substantia,& natura dei est,id vero, quod est secũdum carnem ex semine Dauid
est,& carne sanctæ Mariæ? Item sancti Ambrosij episcopi,& confessoris,Mediolanẽsis eccle-
siæ,quod misit ad Imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cętera.Vnde illud,
B quod lectum est,dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum
putemus. Sed quia idem deus, idem homo, per diuinitatem deus, per susceptionem carnis
homo, Christus Iesus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors vtriusque naturæ,
id est, humanæ, atque diuinæ, in natura hominis subiit passionem, vt indiscrete, & domi-
nus maiestatis dicatur esse, qui passus est, & filius hominis, sicut scriptum est: Qui descen-
dit de cœlo. Item alio loco in eodem libro inter cætera. Sileant igitur inanes de sermonibus
quæstiones,quia regnum dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi est, sed ostensione
virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis, & carnis. Vnus in vtroque loquitur dei filius,
quia in eodem vtraque natura est.Et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo.Inten
de in eo nunc gloriam dei,nunc hominis passiones. * Quasi deus loquitur, quæ sunt diuina, *al. Qui quasi
C quia verbum est, quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Ex c.6.eiusdẽ Amb.li. 10.de incarnatione domini cõtra Apollinaristas.
Item eiusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas. Sed dum hos redar-
guimus,emergunt alij, qui carnem domini, dicant, & diuinitatem vnius naturæ. Quæ tan-
tum sacrilegium inferna vomuere? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfi-
diæ robur adolescit, vt maiore contentione asserant patrem, & filium, & spiritum sanctum
vnius non esse substantiæ,quia isti diuinitatem domini, & carnem substantiæ vnius dicere
tentauere. Item infra. Et*hi mihi frequenter, Nicæni concilij tractatum se tenere,*comme- Eodẽ li. & capitulo *al.hic
morant.Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed dei verbumvnius substantiæ cum *al.cõmemorat.
D patre esse dixere.Et verbum quidem,ex paterna processisse substantia,carnem autem,ex vir- *al.Irenen. Lib.7.epist. 47.epistolaris eiusdẽ Philip.2.a
gine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilij nomen obtenditur, & noua indu-
cuntur,quæ nunquam nostri sensere maiores? Et reliqua. Item eiusdem ad*Sabinum episco-
pum inter cætera.Vnde pulchre Apostolus eiusdem verbi repetitione vsus est, dicens de do-
mino Iesu Christo.Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo,
sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens.Quid est,in forma dei,nisi in plenitudi-
ne deitatis,in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis,
exinaniuit se,& accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanæ. Sicut deo nihil dee-
rat,ita nec hominis consummationi,vt esset perfectus in vtraque forma.Vnde & Dauid di- Psal.44
cit: Speciosus forma præ filiis hominum.Cõcluditur Apollinarista, nec quo se vertat, habet,
E suis clãditur retibus.Ipse enim dixit, formam serui accepit, non seruus locutus est. Iterum Gala.4.b
ergo interrogo.Quid est in forma dei? Respondit. In natura dei. Sunt enim(ait Apostolus)
qui non sunt natura dij. Quæro,quid sit, formam serui accipiens. Sine dubio perfectionem
naturæ,& conditionis,vt dixi, humanæ,vt esset in hominum similitudine. Et pulchre, non
carnis,sed hominum dixit,similitudinem,quia in carne eadem est.Sed quia sine peccato erat
solus,omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vnde & propheta ait: Et Hiere.17.b
homo est,& quis cognoscit eum? Homo secundum carnem,sed vltra hominem diuina ope- Matth.8.a
ratio.Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur, sed vltra hominem, cum munda- Ioan.11.c
ret.Et cum Lazarum mortuum fleret,mortuum,quasi homo flebat,sed supra hominem erat, Ioan.19.d
F cum mortuum,*vinctis iuberet pedibus exire. Homo videbatur, cum penderet in cruce, sed Matth.27.f
supra hominem, cum reseratis tumulis mortuos suscitaret. Sancti Augustini episcopi Hip- *al.hunc Ex epistola beati Aug. Hip.ad Dardanum.
ponen.ecclesiæ ad Dardanum inter cætera.Noli itaque dubitare,ibi nunc esse hominem Chri
stum,vnde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem,
quoniam resurrexit à mortuis,ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris,nec aliunde quã Acto.1.b
inde ad iudicandos venturus est viuos & mortuos. Et sic venturus est illa angelica voce te-
statante,quemadmodum est ire visus in cœlum,id est,in eadem forma carnis,atque substantia, Eiusdem ex epistola ad Volusianũ.
cui profecto immortalitatem dedit,naturam non abstulit.Item eiusdem in epistola ad Volu-
sianum inter cætera.Nunc vero ita inter deum,& homines mediator apparuit, vt in vnitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tractatu. 78. post medium vbi supra statim post

personæ copulans vtranq; naturã,& solita sublimaret insolitis,& insolita solitis tẽperaret. Itẽ G
eiusdem in expositione euangelij secundũ Ioannem inter cætera. Quid igitur hæretice, cum
Christus sit deus,& homo,loquitur vt homo,& calumniaris deo? Ille in se naturam commen
dat humanam,tu in illo audes deformare diuinam? Et iterum infra. Agnoscamus geminam
substantiam Christi, diuinam, scilicet, qua æqualis est patri, humanam, qua maior est pater.
Vtrunque autem simul,non duo,sed vnus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. Si-
cut enim vnus est homo,anima rationalis,& caro,sic vnus est deus,Christus, & homo,ac per
hoc Christus est deus, anima rationalis,& caro.Christum in his omnibus,Christum in singu
lis confitemur.Quis est ergo,per quem factus est mundus ? Christus Iesus,sed in forma dei.
Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui.Item eiusdem cuius H
supra.Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus,sed in anima sola. Quis resurrectu-
rus,triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus,sed in carne sola . Dicitur ergo in his singulis
Christus.Verum hæc omnia non duo,vel tres, sed vnus est Christus.Ideo ergo dixit, Si dili-
geretis me, gauderetis vtique , quia vado ad patrem , quoniam naturæ humanæ gratulan-
dum est,eo quod sic assumpta est à verbo vnigenito , vt immortalis constitueretur in cœlo,
atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis , sederet ad dexteram patris . Sancti
Ioannis Constantinopolitani episcopi, & confessoris in homilia de cruce & latrone.Sed cur
cum cruce veniat, videamus,scilicet,vt hi,qui eum crucifixere,suæ sentiant dementiæ cæci-
tatem.Et ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo propheta ait: Tunc lamentabuntur I
omnes tribus terræ, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est,si,
crucem portans,aduenier, quando & vulnera corporis ipsa demonstrat. Tunc enim,inquit,
videbunt quem*confixere.Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit diffidentiam confu-
tare,& illi clauorum loca monstrauit, & lateris vulnera declarauit , & dixit , mitte manum
tuam, & vide, quoniam spiritus carnem,& ossa non habet, sicut me vides habere,sic & tunc
ostendet vulnera,crucémque demonstrabit , vt ostendat illum se esse , qui fuerat crucifixus.
Item eiusdem in homilia de ascensione domini. Nam sicut, duobus iurgio separatis, vnus in
medio positus,altercantium litem,discordiámque dissoluit , ita & Christus fecit . Deus no-
bis iuste irascebatur, & nos contemnebamus iratum,& clementem dominum declinabamus K
& se medium Christus ingessit , & sociauit vtramque naturam , & nobis , quod imminebat
supplicium, ipse sustinuit. Item eiusdem in eadem homilia inter cætera, Christus igitur no-
stræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater. Quod tanta digni-
tas offerebat, & quod offerebatur,nulla macula fœdabatur.Nam & suis manibus suscepit ob-
latum,& suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocauit.
Cognoscamus, quis ille est,qui audiuit, sede ad dexteram meam, quæ natura est, cui dixit,e-
sto meæ particeps sedis. Illa natura, quæ audiuit, terra es, & in terram ibis. Item eiusdem in
eadem homilia inter cætera.Quo sermone vtar, quo verbo dicam, reperire non possum.Na
tura fragilis,natura contẽpta, & omnibus monstrata deterior,omnia vicit,omnia superauit, L
& omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli , diu vota desiderata rece-
perunt,hodie archangeli,quod multo tempore cupiebant,inspicere valuerunt. Naturam no-
stram in sede dominica ipsi immortali fulgentem gloria , peruiderunt . Sancti Theophili e-
piscopi Alexandrini de epistola paschali quam per Aegyptum destinauit. Cuius rei testis est
ille,qui loquitur: Omnes declinauere simul inutiles facti sunt. Et prophetæ Christi auxilium
deprecantes, Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Non vt mutaret locum, in quo om-
nia sunt,sed vt propter salutem nostram, carnem humanæ fragilitatis assumeret, Paulo A-
postolo eadem concinente : Cum esset dives , pro nobis pauper factus est , vt nos illius pau-
pertate ditaremur,Venitq; in terras , & de virginali vtero , quem sanctificauit , egressus ho- M
mo, interpretationem nominis sui Emmanuel,id est,nobiscum deus , dispensatione confir-
mans,mirum in modum cœpit esse, quod nos sumus , & non desiit esse , quod erat , sic assu-
mens naturam nostram, vt quod erat, ipse non perderet. Quanquam enim Ioannes scribat,
verbum caro factum est,id est,aliis verbis,deus homo factus est , verbum tamen non est ver
sum in carnem,quia nunquã deus esse cessauit. Ad quem & spiritus sanctus loquitur: Tu autẽ
idem ipse es,Et pater de cœlo contestatur,& dicit : Tu es filius meus dilectus,in quo mihi be-
ne complacui.Vt & homo factus,nostra confessione permanere dicatur , quod fuit priusquã
homo fieret,Paulo nobiscum eadem prædicante,Iesus Christus heri,& hodie idem ipse , & in
æternum.In eo enim quod ait,ipse,ostendit eum pristinam nõ mutasse naturam, nec diuini-
tatis

Quasi cõtinue post præmissa.

Ioan.4.d

Ioã. episcopi Cõst.ex ho.de cruce & latrone inter mediũ & finẽ eiusdẽ homiliæ. Zacha.12.d *al.pupugerunt Zacha.12.d & Ioã.19.g Ioan.20.f.g Lucæ 24.f Eiusdẽ Ioãnis ex ho.de ascensione ante mediũ illius ho. cuius supra.

Psal.109 Matth.22.d Gene.3.d In ho.medio vbi supra.

Theop. Alexandrini ex epistola per Aegyptum missa. Psal.143. 2.Cor.8.b Matth.1.d

Ioan.1.b Psal.101 & Heb.1.d Matth.3.d Marci.1.b & Luc.3.e

Heb.13.b

A tatis suæ imminuisse diuitias,quia propter nos pauper effectus,plenam similitudinem nostræ
conditionis assumpserat.Item eiusdem in alia epistola paschali contra Origenem inter cæte-
ra.Vnus filius patris, nostriq; mediator, nec æqualitatem eius amisit, nec à nostro consortio
separatus est.Inuisibilis deus, & visibilis homo forma serui absconditus , & dominus gloriæ
confessione credentium comprobatus.Neque enim priuauit eum pater naturæ suæ nomine,
postquam pro nobis homo,& pauper effectus est,nec in Iordane fluuio baptizatum, altero ap Matth.3.d Marc.1.b & Luc.3.c
pellauit vocabulo,sed filium vnigenitum,tu es filius meus dilectus,in quo mihi bene compla
cui.Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturam, nec diuinitas in nostræ naturæ
versa est similitudinem.Sancti Gregorij episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter Gre.Naziã. in ho.de Epiphania post mediũ. Idẽ vbi supra circa mediũ medij & finis.
B cætera.Cum ergo processisset ex virgine deus,in ea,quam assumpserat humana natura,vnum
è duobus, sibi inuicem cõtrariis,existens,carne,& spiritu aliud in deum assumitur, aliud dei-
tatis gratia præstat.Item infra: Missus est quidem,sed vt homo.Duplex enim erat in eo natu-
ra,Inde denique & laborauit ex itinere,inde & esuriit,& sitiuit,& contristatus est,& fleuit hu
mani corporis lege . Sancti Basilij episcopi*Cappadocis . Cum ergo quædam in Christo ita *al.Cappa-dociæ.
videmus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita
diuina,quæ nulli alij,nisi illi ineffabili naturæ conueniant deitatis , hæret humani intellectus
angustia,& tantæ admirationis stupore perculsa,quo declinet,quid teneat,quo se vertat,igno
rat. Si hominem putet, deuicto mortis regno,cum spoliis redeuntem à mortuis,cernit. Pro-
C pter quod cum omni metu,& reuerentia contemplandum est,vt in vno, eodémque ita vtri-
usque naturæ veritas demonstretur , vt neque aliquid indignum , & indecens de diuina illa,
& ineffabili substantia sentiatur,neque rursum,quæ humanitus gesta sunt, falsis illusa imagi-
nibus æstimentur.Sancti Cyrilli episcopi Alexandrini. Homo nominatus est,cum sit natura Cyrilli episcopi Alexandrini.
deus dei patris verbum,quoniam similiter vt nos, sanguini communicauit & carni.Sic enim
in terris apparuit,non amittens id quod erat,sed assumẽs humanitatis naturam in sua ratio-
ne perfectam.Item eiusdem in libro qui dicitur Golia.Vnus igitur est,& ante incarnationem Eiusdem ex lib. dicto Golia.
deus verus,& qui in diuinitate manst,* in qua erat,est,& erit.Non* discernendum igitur v- *al.id quod *al.discernendo.
num dominum Iesum Christum,in hominem seorsum,& seorsum in deum, sed vnum, eun-
D demque Iesum Christum esse dicimus , non ignorantes differentias naturarum , sed eas in- *al.Certũ est,
confusas,inter se seruantes.Item,cuius supra.*Dicitur nanque tanquam aliud in alio inhabi-
tare,id est,diuinam naturam in humanitate, nõ perpessam commixtionem,vt esset, quod nõ
erat.Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale,quale est id,* in quo habitat, *al.quod
sed aliud in alio magis intelligitur.At vero in verbi natura, & humanitatis nobis solam dif-
ferentiam designat diuersitas naturarum . Vnus enim ex vtraque intelligitur Christus . Ergo
inconfusione(vt ante dixi)seruata,inhabitasse,ait,verbum in nobis . Scit enim , vnum esse fi-
lium vnigenitum,carnem factum , & hominem. Item cuius supra ad Nestorium. Ait igi- Idẽ Cyrill* in epi. ad Nestoriũ,& habetur tpe Ephesini cõc.sub Celest.papa. *al.in.
E tur sancta,& magna synodus,ipsum, qui est ex deo patre natus naturaliter , filium vnigeni-
tum,deum verum de deo vero,lumen de lumine, per quem , & cum quo omnia fecerit pa-
ter,hunc descendisse, incarnatum esse,& hominem factum , passum esse , resurrexisse tertia
die,& ascendisse rursus *ad cœlos . Hæc nos sequi verba debemus , his nos conuenit obtem-
perare dogmatibus,considerantes,quid sit incarnatum esse,& hominem factum dei verbum.
Non enim dicimus, quod dei natura conuersa, vel immutata facta sit caro, nec quod in to-
tum hominem,qui est ex anima,& corpore transformata sit , sed illud magis,quod carnem,
animatam anima rationali,sibi copulauerit verbum, & substantialiter , ineffabiliter, & irre-
prehensibiliter factus sit homo,& nuncupatus sit etiam filius hominis,non nuda tantummo-
F do voluntate,sed nec assumptione sola personæ , sed quod diuersæ quidem naturæ in vnum
conuenerint,vnus tamen ex ambabus Christus,& filius, non euacuata, aut sublata, diuersita-
te naturarum per coniunctionem,sed quia simul nobis effecerunt vnum deum,& Christum,
& filium,id est diuinitas & humanitas, per arcanam illam , ineffabilemq; copulationis adu-
nationem.Itaque is,qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter di-
citur procreatus in tempore.Non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordi-
um,nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem,quam habe-
bat ex patre,(est enim ineptum,& stultum hoc dicere,quod is,qui ante omnia secula est con-
sempiternus patri,secũdæ generationis egerit,vt esse inciperet)sed quia propter nos,& pro-
pter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam,& processit ex muliere,idcirco dici-
tur natus esse carnaliter.Neque enim*prius natus est homo communis de sancta virgine,& *al.primũ.
tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc demum habitauit in eo verbum,sed in ipsa vulua,vteroq; virginali,*secum carnem cō- G
iunxit,& sustinuit generationem carnalem,carnis suæ natiuitatem,suam faciens.Sic illum di
cimus,& passum esse,& resurrexisse,non quia deus verbum in sua natura passus sit,aut plagas
aut clauorum transfixiones,aut alia vulnera susceperit (deus nanque incorporalis extra pas-
sionem est)sed quia corpus illud,quod ipsius proprium factum est,*passum est, ideo hæc om-
nia pro nobis ipse dicitur passus.Inerat enim in eo corpore,quod patiebatur,deus,qui pati nō
poterat.Simili modo & mortem ipsius intelligimus.Immortale enim, & incorruptibile est
naturaliter,& vita,& viuificans*dei verbum.Sed quia corpus ipsius proprium, gratia dei,iu-
xta Pauli vocem,pro omnibus mortem gustauit,idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro
nobis.Non quòd*in se mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (insania H
est enim,hoc vel sentire,vel dicere)sed quòd(vt supra diximus)caro ipsius mortem gustauit.
Ita & resurgente carne,ipsius rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ce-
ciderit(quod absit)sed quia eius resurrexit corpus.Ita Christum vnum,& dominum confite-
mur,non tanquam hominem cum verbo coadorantes,ne diuisionis quædam species induca-
tur,sed vnum iam,& eundem adorātes,quia non est alienum à verbo corpus suum, cum quo
ipsi etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus,quasi duobus filiis assidētibus, sed vno cum car-
ne per vnitatem,quasi talem copulationem factam per substantiam,aut quasi*passibilem, aut
quasi parum decoram,voluerimus accipere,in id incidimus,vt duos filios esse dicamus. Ne- I
cesse est enim discernere,& dicere,hominem seperatim fuisse sola filij appellatione honora-
tum,& rursum verbum,quod est ex deo,*& nomine,& veritate,filium dei, sed discernere in
duos filios,non debemus vnum dominum Iesum Christum . Neque enim id adiuuat rectam
fidei rationem,licet nonnulli,nescio,quam perhibeant copulationem personarum . Non di-
xit enim scriptura, verbum dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum es-
se. Id autem est ostendere dei verbum , similiter ac nos*participationem habuisse carnis , &
sanguinis,& corpus nostrum proprie suum fecisse,& hominem ex muliere processisse,nō ab-
iecta,nec deposita deitate,aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in
assumptione carnis deum,quod erat.Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur.In tali sensu san
ctos patres fuisse comperimus.Ideo illi non dubitauere sanctam virginem dicere theotocon, K
non quod verbi natura,deitasq; in sancta virgine sumpsit exordium , sed quòd ex ea natum
sit sacrum illud corpus,animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum dei verbū,
carnaliter natum esse dicitur.

*al.se cum carne.

*al.hoc sustinuit.

*al.deus Heb.2.b

*al.ipse

*al.impassibilē,vel,impossibilem, vel præpassibilem.

*al.in homine, in. Ioan.1.b

*al.participiū,vel,participatum.

Finis epistolarum Leonis papæ primi.

PARISIIS.

Excudebat Carola Guillard,anno salutis.
M. D. XLIIII.

Index quaternionum.

a a b c d e f g h i k l m n o p q r s t
v x y z A B.

Omnes sunt quaterniones,præter A B. terniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca